XIV. Neque differentiam habens, neque concordantiam, neque contrarietatem, sed indifferentiam quandam recipit in se ipso, et diversitatem ab aliis, cum quibus nusquam genere convenire potest.

XV. Insuper non est a caussa seu ut caussatum, sed incaussabile prorsus, et est concaussa ante omnia, immo et ante corpoream et corporum actu caussam.

XVI. Est sine affectibilitate extentum; non enim instar | materiae sua extensione formabile et veluti passi- **102**v
bile percipitur, sed est neque cum passione subiectum.

XVII. Non est penetrabile ab alio, quia nusquam divisibile, neque ullis potest esse penetrativum, quia non est mobile; spatium enim eiuscemodi nullo stabilissimo minus stabile.

XVIII. Est sine partium diversitate extentum, et sine earundem unione ubique idem.

XIX. Licet ubique in infinito universo infinitum con-

---

2 abscindere *M*: abscondere *A* 5. 10 *questi due articoli* (*cf. a p. 12, 13*) *sembrano suppliti* (*in lacuna*) *in A* 8. 9 habens sed Ertium (*avrà voluto* entium?) ens, cum vero verum, atque necessarium cum necessario *M* 8 sed *ente ens (* = *lettera incerta*) *A*: *forse* sed ante ens? 16 sed est et est cum causa ante omnia *M* 20 sed et (et *sembra cancellato*) est neque *A*: sed neque est *M* 26 earūdem *A*

tinens spatium atque continuum intelligatur, nihil tamen implet, neque adimplentis modum, sed praesentis tantummodo rationem admittit.

XX. Neque rarum, neque densum, neque rarissimum esse intelligi potest, sed extra omnes huiuscemodi differentias esse concipitur.

XXI. Non est in compositione veluti pars, quamvis in compositis insitum sit et intelligatur, sed rationem habet disterminantis partes et distinguentis prima corpora individuorum, in quorum singulis contactu concurrentibus necessario interiectum sit oportet.

XXII. Ipsum quod in corporibus insitum est ad motum corporum minime motum intelligatur, quemadmodum putat Aristoteles; sed illis motis aliud vacuum sicut et aliud spatium occupatur. Haud enim ⟨aliter⟩ quam in annulo locum mutante aër, qui est intra annuli circumferentiam, non cum annulo movetur, sed moto annulo alius aër et aliud spatium incurrit, ita de vacuitatibus, quae in corporibus | inclusae videntur, est iudicandum. Chaos enim **103r**
est unum continuum undique et ubique; non enim corporum diversitate, distinctione, contiguitate, continuitate distinguitur, licet hic quidem plenum, ibi vero vacuum sit, licet etiam nusquam sit vacuum sine corpore saltem aethereo, quemadmodum et nos iudicamus.

XXIII. Non est ens neque non ens, sed verum, et horum quae sunt susceptaculum. Quod si ens et verum quis undique converti velit, libertatem nominandi concedimus et appetimus, dummodo rerum ratio maneat intacta.

XXIV. Cum sit ens (neque etenim vanum et nihil

---

5 intelligi] intelligere *A*: intelligitur (*om.* potest) *M* 10 individua *M* 15 aliter *M*: *om.* *A* 18 incurrit *M*: incurritur *A* 25. 26 verum (eorum, quae sunt) susceptaculum *M*

esse intelligimus), neque substantiam esse intelligimus neque accidens; haud quidem substantia, quia nullius formae substantialis sicut materiae, neque ullius formae accidentalis sicut compositum est subiectum; neque est accidens, quia nullum est eius subiectum, nihil quod ipsum recipiat, sed ipsum est quod omnia recipit.

XXV. Definitur in quo omnia, quia cum infinito universo adaequatur; quod in omnibus, quia omni compositioni est insitum et omnis plenitudinis est susceptaculum; est per quem omnia, quia amoto spatio nihil esset vel saltem esse fingi posset.

XXVI. Male definitur in quo nihil est, sed esse aliquid potest, quandoquidem et atomus est in quo nihil est, et locus est in quo esse aliquid potest; sed | bene dice- **103v**
batur spatium in quo omnia cum ceteris connumeratis differentiis.

XXVII. Eius partes ea ratione, qua partes habere fingi posset, nusquam formatae vel figuratae intelligantur; neque enim vacuum seu spatium quadratum aut rotundum intelligitur, nisi per accidens et extranea ratione, qua corpus sensibile terminatum suis lateribus quadratum vel concavitate sphaericum habebitur.

XXVIII. Idem dicitur Chaos, vacuum, inane, plenum, locus et susceptaculum, iuxta diversas rationes. Dicitur enim vacuum propter aptitudinem ad capiendum, dicitur Chaos propter infigurabilitatem, dicitur inane propter innominabilitatem et indefinibilitatem, dicitur plenum propter actualem continentiam, dicitur locus propter corporum

---

7 inquo omnia *A* 10 quem] *forse* quod 14 *dopo* esse aliquid *aveva ripetuto* esse *A* 18 possint *M*: *se mai* possit *forse* intelliguntur? 23 Ultimo dicitur idem Chaos *etc. M, dove l'articolo è il XXX°* (*v. a p. 12, 13 sqq.*)

in eodem vicissitudinalem translationem, dicitur receptaculum propter adaequationem dimensionum eiusque quae capiunt cum dimensionibus eorum quae capiuntur.

DE SECVNDO INFORMI ORCO SIVE ABYSSO. 106r

Sequitur, tanquam filius patrem, Chaos Abyssus ipsa seu Orcus; ex eo enim quod est vacuum et infinitum, sequitur aptitudo quaedam seu carentia seu desideratio infinita, ut est et proverbium quod ‘privatio parit appetentiam.’

Nomine Orci igitur intelligimus veluti vastam et infinitam voraginem, quae hoc addit inani, quod quodammodo omnia concipere et desiderare et attrahere queat. Ipsum triginta conditionibus indicabimus seu indicatum declarabimus; eius enim ullam afferre ideam vel formam non possumus.

I. Ergo appellatur Orcus seu Abyssus propter amplitudinem ipsius, quae concurrit cum amplitudine parentis Chaos; infinita enim appetentia infinitam sequitur vacuitatem et inanitatem.

II. Nominatur Acheron seu illaetabile, per similitudinem eorum quae propter egestatem minus contenta sunt; ipse omnium illaetabilissimum, quia omnem significat privationem et entitatis contradictoriam oppositionem.

III. Omne quod ipsum non explet abiicere intelligitur, quia finitum appositum ad infinitum seu cum infinito desiderio nullam admittit proportionem neque cohaerentiam.

---

2 ejusque quae *A*: eius quae *M*: *forse* eorum quae   3 *seguono in A quattro pagine e mezzo lasciate in bianco*   21 *cioè come se* Ἀχέρων *fosse* *ἀχαιρων   22 contenta *M*: contemta *A*

IV. Per Belidum puteum ipsius immensa [ea] notatur appiscentia, seu insinuat eam; in quod quantumvis multae iniectae aquae semper velut in pertusum vas effusae nihilum ad voraginis expletionem facere videntur et ad explendum conducere.

V. Quia hîc significatur desiderium, cuius obiectum est finis sine fine, ideo ipsum est infinitum; infinitae enim vacuitati atque carentiae non succedit appetitus, cui obiiciatur certum appiscentiae * * * certumque appetibile, sed pari ratione infinitum atque indeterminatum.

VI. Avari epitheton sibi appropriat, quia quodcunque **106v**
concupiscibile seu appetibile illi offeratur, quod comprehensibile iudicet, ipsi minime satisfaciet, haud etiam magis quam nihil ipsum.

VII. Non ab re per Tityi corpus, cuius moles iugera novem, hoc est ter tria quod est numerus (quae constituunt numerum et significant numerum perfecte perfectum seu sphaerice perfectum infinitum), ab cuius iecore semper renascente fames vulturis adhuc perpetuo innovabilis expleri nequeat. Si quippe infinitae appiscentiae obiectum seu subiectum tribuatur finitum, non contenta erit unquam; si nullum, temeraria; si semper ita finitum ut non etiam finiatur, utpote perpetuo vorabile subiectum, ita non absit ut praesens absit et absens praesto sit; quemadmodum et intelligentiae finitae et voluntatis finitae infinitum est obiectum bonum, quod si quando totum comprehenderetur

---

1 Belydum A^1 ea *sembra cancellato in A*: illa *M* 1. 2 notatur Appiscentia (immensam eius appiscentiam insinuat), in q̄m quamvis multae *M*; *per la voce* appiscentia (*falsa forma analogica di* concupiscentia) *v. p. 156, 19* 9 *dopo* appiscentiae *lacuna di quattro o cinque lettere in A*: cuius objiciatur certum, definitum, determinativum, appetibile *M* 10 indeterminabile *M* 14 nihil *A*: illud *M* 15 Titii *AM* 16 hoc est] ÷ *AM* 18 ab *corr. in A*: est (*piuttosto* corpus ‹significatur› *al v. 15*) *M*, *dove* e iecore 19 famis (*forma non impossibile*) *A*

et expleret, iam non esset bonum, quia cessaret ratio desiderii ipsius. Ut ergo sit semper bonum, oportet esse semper desiderabile; ut semper desideretur, necessarium est ut nunquam expleat; non ergo omnino absit, ne forte omnino non sit bonum, ubi omnino se non communicet; neque omnino adsit, ne sit finite bonum et consequenter eius bonitas terminetur et alicubi desinat, ubi videlicet expleat et exaequet finitum.

VIII. Per carcerem Gigantum significatur, adeo quod dicunt profundum poetae, ut tantum a superficie terrae deorsum protendatur, quantum coelum ab eadem superficie sursum tollitur; qua in re significatur tantum esse desiderii et carentiae ambitum, quantum boni. Bonum ergo simpliciter infinitum supponit appetibilitatem infinitam, capessens infinitum, abyssens interminatum.

IX. Dicitur noctis aeternae Chaos, quia antiquum, quo nihil antiquius patri Chaos coaequaretur, capacibilitatem | illius coaequans, ut dictum est, quia sicut capacitate **107r**
nihil capacius, ita ipsa indigentia et abyssentia nihil indigentius et abyssentius.

X. Sorbere dicitur omnia, quia sicut est potens facere infinitum, potens capere infinitum, ita potens tradere infinitum et appellere ad infinitum; haec enim mutuo se ponunt posita, et ablata se mutuo removent.

XI. Inter ipsum Orcum et ipsam plenitudinem Chaos vastum interiectum dicitur, quia inter talem appetitum et

---

9. 10 significatur quod adeo portae (*e* portae *invece di* poetae *avevamo letto dapprima in A anche noi*) profundum petunt, ut tantum *M* 9 quod] *forse* quem; *ma non siamo sicuri che A non abbia* ideo *invece di* adeo 10 *cf. Verg. Aen. 6, 578* 11 protendatur A^1M: protenderetur *corr. A* 12 tollitur *corr. A*: tollatur A^1: attollitur *M* 14. 15 capescens infinitum, appiscens indeterminatum *M* 18 illius ‹etiam› *M* 19 abysscentia, *a quel che sembra*, *A*: appiscentia *e v. 20* appiscentius *M* 26 vastum *M corr. A*: fastum A^1

tantum bonum opus immensi universi a matre Nocte et patre Luce progenitum est.

XII. Dicitur caecum, confusum, quia nullam habet formam et figurationem et cognoscibilitatem consequenter, ne a patre Chaos degeneret filius.

XIII. Ne ipse quidem sui sensum cognitionemque retinere potest, immo et omnis insensationis et oblivionis est typus et susceptaculum; unde ad ipsum fluere et ab ipso defluere Lethaeus fluvius praedicatur.

XIV. Omnis vicissitudinis intelligitur esse parens, quandoquidem eius privationis omnia umbrae et Chaos participia, quasi materna quadam affectione intelliguntur esse infecta; omnia etenim ex hoc principio omnia esse desiderant, ex singulis inquam nihil est quod totum esse non concupiscat, quandoquidem Orcicus appulsus et Noctis filiae omnem finitam et determinatam lucem respuunt, ne a protoparente Chaos degenerare videantur.

XV. Sicut parens Chaos ex una parte eget omnibus, ita eius neptis Nox quaerit omnia; in medio est filius Orcus appetens omnia.

XVI. Sicut Chaos nec movetur neque consequenter habet in quo conquiescat, nec motum neque quietem cognoscit (neque enim immobile quiescens dici potest), ita Orcus indicat quietem; eius enim desiderio a se ipso spoliari non | vult nec velle potest. Nox quietem et bonum 107v
persequitur; et quia in particulari semper arripit, veluti indignabunda abiicit; totumque, quod simul in omnibus partibus haberi nequit, per omnes partes successive

---

1 immensum *M* 1. 2 et patre *M*: et matre *A* 10 IVXIV (*sic*) *A* 17 videantur (*corretto*) *A* 19 neptis *M corr. A*: nepos *A*[1] 23 quiescens *è scritto poco chiaramente in A*: *om. M* 27 abiicit *noi*: adjicit *A*: adiacet *M* 28 haberi *A*: habere *bene M*

requirit. Sicut ergo Nox quietem perquirit, ita Orcus indicat.

XVII. Non transit Orcus nec transire potest concupiscere in coelum et mundum lucis, quia sic desineret esse ipsum, et destrueretur tandem ordo universi; neque etenim sine implicatione in adiecto posset quispiam fingere privationem non esse privationem et appetitivum transire in appetibile, quandoquidem remoto appetitivo nullum potest dari appetibile, non minus quam remoto appetibili potest dari appetitivum. Ut ergo necessarium est universum lucis, plenitudinis et lucis, ita necessarium est esse universum in quo luceant, inspirent, impleant. Est ergo tale desiderium, ut nolit non esse desiderium, sicut omne ens non potest velle esse non ens; et ideo Orci appetitus indicativus dicitur, Noctis vero persecutivus.

XVIII. In eo dicitur esse Acheron, Cocytus, Styx, Phlegethon, non quia haec abyssentia sit tristis, lacrymabilis, dolens, quandoquidem suum esse est sibi iucundum, placidum, non minus in rerum natura bonum et necessarium. Hinc Pluto Iovi non invidet nec invidere potest. Sed haec dicuntur non Orci affectiones, sed affectus ab Orco in ipsis, in quibus compositio est ex luce et tenebris, quibus videlicet mater est Nox et pater coelum; si in ipsis compositis excellit lux, conqueruntur de valle tenebrarum;

---

quam
1 ..... ergo nox quietem perquirit, ita orcus (*ma* ita *sembra cancellato; e la parola innanzi ad* ergo *è corretta in modo da non lasciare riconoscere nè la parola primitiva, che abbiamo supposto fosse* Sicut, *nè la correzione, che potrebbe essere* Illam) *A*: Illam ergo quam Nox quietem perquirit orcus *M* 9 ‹nullum› potest *M* 10 lucis] *le lettere* ci *corrette A*: *forse* spiritus: universo (*sic*) lucis, plenitudinis et spiritus *M* 17 abyssentia *A*: appiscentia *M* 19 minus ‹quam› in *M* 22 *le prime lettere di* tenebris *sono corrette in A, che forse aveva ripetuto erroneamente* luce 24 excedit *M* conq̄runtur *A*: conquaeruntur *M*

sin in iisdem materna portio superat, coelum oderunt et ad Orcum adnituntur.

XIX. Est informe Chaos, informabilis Orcus, quae semper informatur nunquam plene formata Nox; sic igitur in horum me|dio Orcus est, ut in ipsa informabilitate **108r** non formetur, sed formari cupiat, inane seu Chaos ex una parte nunquam formetur nec etiam cupiat informari, ex alia parte Nox quae semper formetur et semper formari concupiscat.

XX. Ita est malum, ut malum non esse non bene sit; facit enim ad boni necessitatem, siquidem, si malum tollatur, boni desiderium non erit quomodo bonum erit desiderabile, gloriosum, magnificabile. Sit ergo Orcus necesse est, utpote malorum Amphitrites.

XXI. Sicut bonum summum non est factum neque factibile, ita neque plenitudinis illius oppositum Chaos, neque quae istum consequuntur, non obstante quod dictum est Chaos veluti parens Orci, Orcus parens tenebrarum seu Noctis; in his enim per hunc intelligendi modum dependentiam quandam et ordinem, non caussam et successionalem quandam derivationem intelligimus.

XXII. Ante eius vestibulum dicuntur esse luctus, morbos, ultrices curae, ad significandum Orci potentiam seu eius influxum et influentiam, per seminalem propagationem filiae Nocti communicatam, omnem alterationem et mutationem, quae corruptionis et mortis sunt semina,

---

7 formari *M* 12 non erit: quo modo *A* 12. 13 erit bonum magnificabile, desiderabile, gloriosum *M* 17 istum (*sic*) *A*: ipsum *M* 18 orci, orcus *M*: orcus orci *A* 18. 19 seu (*corr. da* sive?) Noctis *A*: *om. M* 20 *innanzi a* successoelem (*sic*) *è cancellato* indi *in A* 23 curas A^1: luctus mortis, ultrices, curae *M*: *basterà correggere* morbi, *se non si vuol toccare il* dicuntur (dnr *A*); *del resto cf. Vergil. Aen. 6, 273 sqq.*

procreari (alteratio enim et passio sunt ostium et porta mortis et corruptionis); quibus adstant fauces Orci, quia haec omnia absorbentur et abripiuntur ab ipsa, quam diximus, Orcica abyssentia.

XXIII. Ibi catenae significant irrefragabilem fati necessitatem, qua omnia constringuntur et tenentur.

XXIV. Ignis ipse est flagrans et activissimus activitatis effectus, qui ab hoc desiderio proficiscitur, qui ita quodammodo omnia in se ipsum convertere et ad se ipsum attrahere intelligitur, sicut | et inter elementa activissimus **108v** ignis omnia in se ipsum simili ratione convertere posse videtur.

XXV. In eo esse fingitur Ixion in rota, ubi 'se sequiturque fugitque', ad significandum Orci desiderium ita omnia desiderare, ut cum se ipsum desiderare non possit, idem nihil desiderare intelligatur; oporteret enim alioquin, si non temere se fugeret, Orcum non esse, sed coelum; si se ipsum prorsus sequatur, non solum infinitum, sed nec ullum esse desiderium; itaque desiderans nihil Orcus non esset.

XXVI. In eo Sisyphus saxum in montis cacumen urgere fingitur, cum mox in eandem recidat planitiem; significat privationis talem versus lucem atque formam et entitatis regionem appulsum, ut proprium esse utpote inanis regionem paternam destituat.

---

1 *o correggi qui* procreare, *o meno probabilmente più sopra* Orci potentia seu eius influxu et influentia 2 adstant *noi:* adstat (*? certo similmente* constat *p. 43, 13*) *A*: obstant *M* 4 orcicam appiscentiam *M* 5 cathenae *A* 7 ipsum *A*[1] 13 *Ovid. Metam. 4, 460* 14 ita (*corretto*) *A*: ⟨non⟩ ita *a ragione M*, *dove erroneamente in seguito* etiam *per* cum 19 desiderans *corr.* (*da* desiderare) *A* 22 cum *A*: quod *M*; *cf. a p. 27, 15* 22.23 significat] s̄gt *A*: *forse* significans? 24 *innanzi ad* upote (con t soprascritto) (*sic*) *è cancellato* et tenebrarum *in A*

XXVII. In eo Tantalus fingitur ita praesentes habere dapes, ut iisdem perpetuo careat, ad denotandum privationi perpetuum socium esse appetitum.

XXVIII. Ibi Erynnes, utpote Furiae, locum habere graves Deae fingitur, quia Orcus seu privatio omnis irae, indignationis, invidiae caeterorumque huiusmodi locus est atque caussa.

⟨XXIX.⟩ Ibidem centimanus Briareus detrusus dicitur, qui centum scopulos contra Iovem intorquet, ad denotandum omnis sceleris atque peccati caussam esse privationem. Omne peccatum delictumque sive defectum a derelinquendo et deficiendo et consequenter carendo dicitur; crimina enim non effectus sed defectus genus incolunt, ideoque ad Orci regionem pertinent, unde contra regnum lucis belligerant.

XXX. Quemadmodum ex una parte plenitudinem lucis quanto magis incomprehensibilem iudicamus, tanto magis attingimus, ita et hanc regionem privationis et tenebrarum tanto magis cognoscimus, quanto magis inde|finitam, **109r** indeterminatam concipimus.

DE TERTIO INFIGVRABILI, PVTA DE NOCTE SEV TENEBRIS.

Orci filiam primogenitam [esse] Noctem esse intelligimus, quae iuxta rationem, qua filia Orci est, unum de tribus infigurabilibus habetur, ratione autem, qua ipsa est in propria ratione et natura, qua a parente degenerat, anti-

---

4 Erynnes (*sic*) *AM*   5 *l.* finguntur   8 *il numero manca in A* Priareus *A*   11 ⟨Hinc⟩ omne *M*: *f.* Omne ⟨enim⟩   a] ad *A*¹   15 plenitudinem atque lucis *A*¹   19 et indeterminatam *M*   20 INFIGURAGIBILI *A*   22 filium *A*¹   esse (*la prima volta*) *om. M*   25 qua apparente *A*

quissima inter Deos habetur; et hac ratione figurabilis est. Materia enim prima, quae per Noctem figuratur, quatenus privata est et privationem admixtam supponit, Orci filiae typum gerit; quatenus vero subiectum est, propriam indolem refert. Istius infiguratae triginta referuntur conditiones, quarum

Prima est qua esse intelligitur lucis ad lucem vicissitudo aut ordo; accessus et reditus eiusdem tenebras noctemque esse indicant. Sicut enim distinctionem et naturam loci a locati natura distinguimus, quia diversa locata in eodem spatio mutuo succedunt, et in eodem subiecto diversas qualitates, quarum esse eadem ratione ab esse subiecti distinguatur; ita cum diversae naturae eidem insensibili materiae ordine quodam succedere videantur, ipsam veluti immutabile atque permanens subiectum ab omnibus naturae speciebus distinguere cogimur.

II. Concipitur esse per differentiam a loco et inani, quae non sunt pars compositorum naturalium, et secundum differentiam ab omnibus formis artificialibus et accidentalibus, quae materiam aliquam physicam sensibilem supponunt. Umbra enim subiectum quoddam est insensibile, et nullam naturalem speciem refert, sed naturalium specierum subiectum individuum et immobile ratione concipitur.

III. Consequenter a secundo, sicut umbram non cognoscimus praeterquam a differentia a luce, lux vero per se
ipsam est ¦ cognoscibilis; ita Noctem seu materiam non co- **109v**
gnoscere contingit, nisi per formarum, quae lucis filiae sunt, successionem circa idem.

---

7 ad *M*: aut *A*   10 locatis *AM*   11. 12 diversae, *a quel che sembra, A^1*   12 qu$\overset{a}{o}$rum *M*: quorum *A*   22 *dopo* sed *parola cancellata* (*forse aveva ripetuto* naturalium) *A*   25 per differentiam *M*

IV. Dicitur ipsa primum subiectum, quia neque parens privatio seu Orcus subiectum esse potest, neque vacuum est subiectum, sed subiectorum receptaculum; ipsa vero umbra, quae Chaos universum implet et Orci amplitudinem exaequat, primum est quod entitati subiicitur et actus veluti connubium acceptat, luci utpote coniugabilis.

V. Consequenter ad proximum sequitur: umbra non habenda est quid fictum et quasi pure logicum, sed costantissimum quid, immo constantissima natura; in rebus enim naturalibus ipsum, quod manere perpetuo videmus, est insensibile subiectum illud, circa quod formarum peragitur vicissitudo.

VI. Tale principium est iudicandum, ut per sese nullius actionis principium extet; non enim ipsius est agere, sed agenti subiici atque substerni.

VII. Impassibilis eadem ratione coniiciatur oportet; cum enim varia rerum generabilium et corruptibilium in eius dorso fluctuatio videatur, passio omnis ad ea quae corrumpuntur, non autem ad ipsam, quae eadem perpetuo subest, referatur oportet. Aliud enim est pati, aliud subiici in proposito. Ita igitur ipsa sine passione subiicitur.

VIII. Quod non ens quibusdam habeatur, ea ratione dictum putetur, quod entis ratione composita atque formas intelligunt, ut etiam ex alio extremo superessentiam, hyperusian, non essentiam neque ens appellant primam caussam, quia omnibus superminet, ita et primam materiam non ens, sed infra ens, tanquam omnia sustentans, intelligatur.

---

7 a proximo *M* *abbiamo interpunto dopo* sequitur non *corretto A* 7.8 sequitur umbram, Materia prima; Umbra non est habenda *etc. M* 20.21 subiici. in proposito igitur sine passione ipsa *M* 23 entis ratione *A*: entia *M* 24.25 ex alio extremo ὑπαῤῥουσίαν ÷ (= *hoc est*) superessentiam; neque ens *M*

IX. Eius nulla dicitur idea, cum (quippe entium seu
specierum ideae sint) ipsa de prole ipsius Chaos, ut informis
est, ita et ideam non habet, neque apud nos statuam con-
sequenter; | non propterea tamen, ut visum est, simplici- **110r**
ter non ens est iudicanda.

XI. Est primum ex quo aliquid fit. Inane enim et Orci aviditas etiam(si) in omnibus compositis inveniatur, non sunt tamen vere ex quibus entia sunt, sed potius cum quibus; non enim partium rationem habent, ut supra dictum est, sed partibus inseruntur et universa composita complectuntur.

XII. Est in quod ultima corruptibilium omnium fit resolutio; quotiescunque enim de specie in speciem transmigratio fit, ut cum ex chylo fit sanguis, ita abiicitur forma chyli, ut materia prorsus ab ipsa denudata secundum omnes conditiones et circumstantias formam subeat sanguinis, et prorsus huius abiecta forma et essentia, nuda penitus formam induit embryonis. Neque etenim, ut crassius philosophantes autumant, quando ex homine fit cadaver, et per consequens fit transmutatio ex specie in speciem, non fit resolutio in materiam primam, sed eadem corporis forma remanente et quantitate succedit esse cadaver super substantiam materiae. Nos autem intelligimus hanc mutationem seu corruptionem, licet in instanti fiat, in ultimam nudamque materiam fieri [dicimus], tanquam omnino a praecedenti specie et individuo denudata in subsequentem individui speciem; itaque resolutio non exigit materiae exi-

---

1 *le parentesi sono aggiunte da M* 3 apud statuam nos (*sic*) consequenter *A*: apud nos consequenter statuam *M* 6 XI.] *manca l' articolo X in A; M restituisce qui* X *per* XI *e continua normalmente con una unità di meno rispetto alla nostra numerazione* (*ma cf. a p. 32, 2*) 7 etiamsi *M*: etiam *A* 25 *abbiamo cancellato* dicimus

stentiam sine omni forma prorsus in aliquo tempore, sed intelligimus totius huius formae abiectionem et illius subsequentis assumtionem. Itaque quia formae accidentales consequuntur formam substantialem, dimensiones, qualitates, colores, figurae etc., quae sunt in isto subiecto, specie differunt ab his, quantumvis simillimis, quae erant in praecedenti.

XIII. Illud quod primo recipit umbra, seu primo in umbram infunditur, est substantia, puta substantialis forma; circa materiam enim non sibi cedunt accidentia, sed substantiales formae. | Accidentium enim subiecta sunt com- 110v posita et quae sunt entia actu, et ideo mediate circa materiam concursus efficitur accidentium, quae quidem conditionem et rationem formae substantialis consequuntur. Ex hoc enim cum materia recipit formam hominis substantialem, sequitur ut subinde consequenter hominis recipiat accidentia; unde non ex proprietate materiae, sed ex proprietate formae, non quidem substantiae, sed composito accidentium catalogus est adscribendus. Hoc est quod ad praecedentis articuli confirmationem facit, unde sicut forma a forma, ita et accidentia ab accidentibus specie differunt, et consequenter numero longe minus convenire possunt.

XIV. Intelligendum est umbram esse infinitum quid, sive in particulari sive in universo sumatur. In eius enim essentia nuda et absoluta, sicut nulla est forma, ita nulla est determinata quantitas; sed quia suscipit certam for-

---

2 abiectionem *M*: adjectionem *A* 6 similimis (*cf. a p. 4, 15*) *A* 11 *dopo* formae *abbiamo aggiunta l'interpunzione*: formae accidentium, et subiecta *M* 15 cum *A*: *forse* quod *con M, cf. a p. 22, 22* 17 non ex proprietate materiae *M*: non proprietate ex [materiae] *A* 18 substantiae] s̄ubo [in] *A*: materiae *MA*[1] sed *M*: sed ex (ex *però cancellato*) *A* 24 ejus *A*

mam, sequitur quod certam suscipiat quantitatem; formam enim hominis consequitur quantitas hominis in materia, formam passeris passeris quantitas. Sicut ergo ad essentiam materiae nulla forma pertinet, ita et nulla determinata quantitas; et hoc pacto intelligitur infinitum. Sicut ergo forma sine materia quaelibet indefinita est, ita et materia quaelibet sine forma; mutuo igitur definiuntur, quando in compositionem veniunt.

XV. In umbra est multitudo, et ipsa intelligitur esse multitudinis principium passivum, non propter se, quae una est, sed propter efficientem diversimode ipsam formantem.

XVI. Ipsa caussam non habet, et omnia, quae omnino ab umbra sunt absoluta, caussam non cognoscunt, sed sunt per se entia; nihil enim factum est et caussatum, nisi quod fieri potuit et caussari. Tale ergo per potentiam est; potentia igitur ipsa, quae non habet potentiam et cuius potentia non est, sicut etiam et actus ipse, caussam non habet.

XVII. Non habet nomen neque dat nomen, quia nulli est propria neque ullam habet proprietatem; non ergo dat nomen, quia statua ex aere non dicitur esse, sed statua, et in | huiuscemodi non nominat, sed denominat (statua enim **111r** dicitur non esse, sed aenea); neque habet nomen, quia neque speciem.

XVIII. Est quidem pars compositi, sed non est compositum, neque est pars essentiae; est enim necessarium principium rerum naturalium constitutivum, sed tamen in eorum definitione non collocatur, quia nulli est propria,

2. 3 consequitur qua^{n}litas (*sic*) hominis. In materia formarum passeris quantitas passeris *M* 3 quantitatem *A* 5 infinita *M* 16. 17 et cuique (*in A* cui *col compendio* us *poco chiaro!*) pot^{2}entia non^{1} est, sicut etiam actus ipse *M* 21. 22 *i segni di parentesi li abbiamo aggiunti noi* 22 non dicitur esse *M*

nisi forte in definitione naturalium, quatenus naturalia sunt et quoddam genus entium constituunt.

XIX. Ab Aristotele dicitur principium transmutationis ipsius non esse a natura intellectuali, sed a principio intrinseco; qui forte intelligit, ut intelligere debet, de principio passivo, non activo.

XX. A compositione sive a luce non est actu separabilis, sed ratione tantum, quemadmodum propriam non habet actualem subsistentiam, sed essentiam et esse; ut enim supra dictum est, ideo in ipsam ultima fit cuiusque compositi resolutio, quia in sequenti post corruptum composito de praecedenti forma seu specie nihil remanet [in subsequenti] praeter materiam.

XXI. Dicitur esse neque quid, neque quale, neque quantum, sed in potentia omnia, quia, ut supra dictum est, non est ens, sed infra ens et basis entis et fundamentum. Non est quid, quia quidditas dicit formam seu lucem. Non est quantitas neque qualitas, quia eorum est subiectum propter formam, cui primo subiicitur, substantialem. Si ergo neque quantitatem, neque qualitatem, neque quidditatem dicere licet, et dicere nequeamus non entitatem, iditatem dicamus.

XXII. Neque perfectum dicere eam possumus neque imperfectum, quia sive essentiae sive esse nihil apponi potest vel debet; non est perfecta, quia non facta, sed perfici dicitur per accidens, quia videlicet ex ipsa aliquid perficitur dum lucem incurrit.

XXIII. Dicitur una | numero, non per unam formam **111**v
quam habeat vel essentiam particularem, quia actum haberet

---

10 *cf. p. 26, 12 sqq.*   12.13 *abbiamo cancellato* in subsequenti
23 dr̃ (= dicitur) eã *A*: ipsum dicere *M*   29 haberet] habeat A^1

aliquem, sed propterea quia nullam habet formarum differentiam; et ideo dicitur una privative, quia secundum se nullam habet formalem unitatem, non autem formaliter et terminative; dicitur inquam una per absolutionem a numero, non per contractionem ab unitate.

XXIV. Ipsius nulla est natura, neque ipsa naturam habere dicitur, sed ipsa est natura seu naturae species, indistincta ab alia specie seu ab alia natura, quae est lux, e quorum coitu naturalia generantur.

XXV. Materia cum concurrat cum luce, mutuam non efficiunt perfectionem, sed ex ipsis aliquid perficitur, mutuam non faciunt mutationem (perseverat enim in sua essentia lux et perseverat in sua essentia Nox immutabiliter), sed quod est ex ipsis, inconstantissimum est et mutabilissimum. Unde sicut non est possibile bis eundem fluvium introire, immo, ut aiunt, neque semel, ita non est possibile idem compositum bis nominare, immo dum nominatur ipsum iam est aliud; interim tamen Nocte seu tenebris et luce nihil est invariabilius.

XXVI. In hoc concursu motus et penetratio non est proprius tenebrarum, quibus neque cognitio neque motus ullus convenire potest, sed lux est quae ad hanc immobilem et omnino brutam accedit, et recedit immutilata, inalterata.

XXVII. Accidit quidem lucem fortasse a tenebris separari, si possibile est horum alterum ab altero separari, umbram vero seu Noctem a tenebris separatam intelligere nulla ratio patitur; si quod enim privilegium et maiestas

---

2 adeo A^1 4 in quam *A*: autem *M* 6 ipsa *M*: ipsam *A* 8 specie ‹naturae› *M* 18 tamen materia nocte A^1 20. 21 motus (*tutte e due le volte*) e proprius *M*: modus e propius *A* 23 ‹immutata,› immutilata *M*

alterius horum super alterum est, luci debetur. Ideo si horum alterum ab altero exceditur, tenebras convenit a luce separari potius et contineri, quam e contra, iuxta divinum certe dictum illud, a quocunque prolatum: ‘lux in tenebris lucet, et tenebrae ipsam non comprehenderunt.’

XXVIII. Turpitudo Nocti tribuitur et | turpe dicitur **112r**
quoddam materia, quia privationem sociam habet seu utpote parentem Orcum, propter genus inquam turpe, per se autem ipsam neque turpis est, neque pulcra, sed potius pulcritudinis subiectum. Informe enim dicitur propter se, quia formam non habet; deforme vero dicitur propter Orcum, in quo potius quam a quo forma desideratur.

XXIX. Ipsa in suam substantiam nihil convertibile absorbet; neque etenim est augmentabilis, neque diminuibilis; nihil enim advenire potest, quod sit illi proprium vel appropriabile.

XXX. Ipsa per lucem finitur, formatur, terminatur non absolute, sed ad hanc vel illam speciem. Sicut enim Chaos est unum continuum infinitum, licet undique diversimode plenum, et ea contineat quae non sunt unum atque continuum, ita umbra; et ideo universum attingit infinitum et per amplissimum ipsum extenditur, licet quanto magis ascendit versus lucis regionem insensibilior sit, sensibilissima vero in infimo naturae gradu, sicut e contra lux; nusquam tamen abest, quia nihil est quod esse non possit, quod non sit possibile, praeter ipsam absolutam necessitatem et inaccessibilem lucem, quae extra et supra omnem intellectum atque sensum tota est ubique, cui nul-

---

4 *Iohann. 1, 5* 5 tenebrae (*om.* ipsam non) apprachenderunt *M* 8 inquam quia turpe A^1 14 *l.* dominuibilis 20 continet *M* 21 ita orcus umbra (orcus è *cancellato*) *A*: ita orcus, ita umbra *M* ideo (ita sup.) *M*

lae tenebrae occurrunt vel obversantur, sed absolutissima est ab omni contrarietate et contradictione. Ultimo igitur inter lucem et tenebras licet occursus atque contrarietas sit, luci illi, quae est fons omnis lucis et quae facit veluti ex nihilo lucem, subcontraria dicitur a Platonicis, non contraria, utpote habeat contrarietatis similitudinem, non veritatem; contraria enim sunt, quae possunt eiusdem participia esse generis.

DE NOCTIS STATVA. **112v**

Habet Nox ideam seu speciem, in qua triginta complere licet contemplationes.

Primum igitur, quod statuam habet, Deam se esse testatur (similitudinem quippe habet cum Deo), ex hoc quod caussa est incaussata et multorum et omnium citra Deum principii rationem obtinet; in quibus videlicet esse distinguitur ab essentia, in his Noctem intueri licet matrem et patrem Lucem.

II. Deorum hominumque mater inscribitur, quandoquidem duplex dicitur sensibilis et insensibilis umbra, seu materialium et immaterialium; materia quippe sensibilium et insensibilium duplex est.

III. Vetula dicitur propter antiquitatem, qua temporis antiquitatem adaequare coniicitur.

IV. Nigris induta vestibus, quia orba est, utpote nihil habens.

---

2. 3 Ultmo (*sic*) igitur inter *A* : XXX. Inter *M*, *cf. a p. 26, 6* 6 habens *M* 7. 8 quae eiusdem sunt participia generis *M* 13 cum Deo *M*: ex eo *A* 20. 21 quippe intelligibilium et sensibilium duplex est *M*

V. Nigrum habet capitis velamentum ob eam caussam, quod a parente Orco proficiscitur.

VI. Alas habet, quia variationem et mutationem efficit et concomitatur.

VII. Nigras habet alas, quia privatione intinctam habet adeptionem; nihil enim habet et alis attingit, ut privatione induta et orbitate exuta intelligatur.

VIII. In immensum extentas habet alas, quia Orci privationem, Chaos amplitudinem, inanitatem immensam exaequat.

IX. Bigis vehitur, quia, ut declarant Pythagorici, materia dualitas quaedam est, utpote multitudinis principium, contra lucis unitatem et simplicitatem commilitans.

X. Duobus nigris equis et alatis trahitur, qui significant eius subiectionem et potentiam; nigri sunt, quia ab Orco educti, quandoquidem in potentia actus orbitas, in subiectione termini privatio protestatur.

XI. Ab Erebo ad lucem exilire, et a luce ad Erebum remigrare dicitur, quia eadem generationis et corruptionis est principium.

XII. Lucem dicit Orpheus ad Orcum advehere, | **113r** secum et demittere, quia mediante materia privatio et inane implentur et formantur.

XIII. Quanto magis versus lucis regionem attollitur, eo attenuari magis videtur, quia et quo magis ad paternas retrocedit regiones, magis sensibiliter amplificatur; quia formas superiores difficilius abiicit, utpote in quibus minus habet imperii, inferiores vero e contra.

---

9 et Chaos (*om.* amplitudinem) immensam inanitatem *M* 12 multudinis *A* 22 Lucem] *la sillaba* Lu *è corretta* (*da* Luci?) *A* dicit *A*: dedit *M* 26 quia *om.* *M*

XIV. [Ala] alis et curru advecta confuso quodam veluti tractu exagitatur, quia in continua mutatione et alteritate fluctuans incertum nobis servat ordinem.

XV. Ei Parca praesidere fingitur, quia umbrae participia fato aguntur, et necessitatis vicissitudine exspatiantur; exemta autem a fato sunt, si quae puram simplicissimamque lucem inhabitant.

XVI. Somnus et Mors illi dicuntur astare filii, quia omnis ignorantiae et malitiae parens iudicatur, contra lucem primam, a qua primum bonum amor, et primum verum intellectus procedere dicitur.

XVII. Ex nullo parente filios hos progenuisse dicitur, quia ignorantia et malum, cum sint defectus non effectus, non ex concursu lucis cum tenebris, sed potius ex divortio quodam generantur.

XVIII. Ei gallus pro sacrificio offertur, tanquam numen contrarium luci; filii enim lucis dicuntur inimici tenebrarum et filiorum; gallus enim inter solaria animalia computatur.

XIX. Sine sceptro fingitur, sine corona, sine vase, quia pauperrima est et ut eius pauperies denotetur; ex se enim nihil habet.

XX. Quicquid accipit, simul atque accipit abiicere fin|gitur, quia nihil illi proprium, nihil illi appropriabile. **113v**

XXI. Ante currum eius astra nitescentia pinguntur, ad notandum quod ipsa formas rerum et species prosequitur ut omnes arripiat, dum tamen duabus manibus

---

1 Ala *om.* *M*: *o forse* Alatis equis et curru? *cf. p. 33, 15* 3 incertum *M*: in certum *A* servat *noi*: versat *AM* 5. 6 exspatiuntur (*sic*) *A*: necessitatis vices patiuntur *M* 10 amor *A*: bonum (*om.* amor) *M* [bonum written above amor] 16. 17 *l.* numini 18 *dopo* filiorum *c'è in A un po' di spazio con de' segni, che pare non abbiano alcun significato:* filiorum illius *M*

ambabus arrectis alias abripere protentat, prius abreptae illam effugiunt; materia enim sine praecedentis formae amissione nequit admittere subsequentem seu arripere.

XXII. Currum intelligitur habere nullius effigiei, ita confusas habens species, ut et omnes ibi videas intectas pariter atque nullas; secundum enim commixtionem et complexionem omnia licet in omnibus quasi per lenius phantasiae somnium intueri. Unde 'hylem' quasi sylvam appellant, et Plato in Theaeteto eam multitudinis et alteritatis regionem incolere dicit, quae nobis per informem multiformemque currum significetur.

XXIII. Eius progressus, regressus, non per proprium motum, sed per lucis contractionem et expansionem fieri intelligimus. Ideo enim Nox ab ortu in occasum bigis trahitur et appellit, quia Titan ab occasu remigrat ad ortum, ad notandum quod motus illi per accidens tribuatur; luci enim proprium est ut attingat a fine ad finem et ut sit rerum omnium mobilissima.

XXIV. Lucem iactat patrem neque alium parentem habet, quatenus principii rationem habet et bonitatis in rerum compositionem veniens particeps efficitur; ut vero unitatem habet et in proprio esse veritatem, vel Orcum habet parentem vel nullum.

XXV. Fallax et mendax proclamatur, quia cum desiderio et amoris pollicitatione luci copulatur, cum taedio et aspernatione lucem retinet, cum odio dimittit et abiicit. Affectat enim formas quas non habet, quas habet spernit,

---

1 arrectis *scriviamo per* obreptis (*ma* arr- *A*[1]), *poichè è per lo meno inutile* abreptis *unito ad* alias pertentat *M* 2 illum *AM* 4 habens *M* figurae s. effigiei *M* 5 impictas *M*: *in A la lettera* e *della parola* intectas *non è chiara* 9 Theaeteto *A*: Timaeo *M*, *e certo il Bruno avrà avuto in mente il Timeo* 15 et ⟨alis⟩ appellit *M* 17 lucis *M*

quas spretas abiecit non recipit; unde a privatione ad | habitum non est facilis regressus. **114r**

XXVI. Dicitur Penia cum Poro nupsisse; 'penia' enim significat egestatem, 'porus' plenitudinem; quorum tamen nuptiae falsae sunt, quia ipsa nihil ex illo concipit, nihil ex illo retinet, quo significatur ita contubernium esse Nocti cum luce, ut nunquam induat lux Noctem neque Nox lucem; ideo si coniugium est, nulla tamen fit conceptio.

XXVII. Coelo dicitur etiam quasi per adulterium copulata, a quo tamen nunquam abiungatur; quo quidam significari volunt quod materia sub forma coeli perpetuatur, utpote quae eius expleat desiderium; quod tamen est falsum, sed forte significatur immensitas materiae, quae cum inani infinitum constituens universum nusquam Chaos magni praesentiam viduatam relinquit.

XXVIII. Ea ratione dicitur abiicere quas recipit formas atque contemnere, quia nudas et simplices species affectat; naturales ergo formae, quae accidentibus indutae adveniunt, ab ipsa propter odium accidentium reiiciuntur et spernuntur; statum enim novercae execratur. Si quae vero luces seu formae nudae atque propriae et in quadam simplicitate consistentes illi offeruntur, aut eas perpetuo retinet, aut in immensum aevum. Omnes enim formae naturales, quae in quadam compositione consistunt, utpote composito adveniunt, et quorum subiectum non est prima materia puram habens potentiam, sed aliquid iam actu existens, tanquam odio habeantur ab ipsa materia cum

---

3 *cf. Jahn-Usener a Plat. Sympos. p. 203 B sqq.* 8 unde etiamsi connubium fiat, nulla tamen efficitur conceptio *M* 15 magnipraesentiam *M* 21 propriae *A* : purae *M* 27 odio[2] habentur (*scritto* hn̄tur) tanquam[1] *A* : odio habentur, tanquam odio habeantur *M*

sua forma radicali et fundamentali, quae eas consequitur, abiiciuntur. Itaque significatur principium corruptionis omnis esse accidentia et qualitates, et mediantibus istis, tanquam portis ortus atque mortis, lucis ingressum et regressum in Orcum et ab Orco consequi iudicamus; divortio enim substantiae lucis a substantia tenebrarum perpetuo fieri mediantibus accidentibus convincitur.

XXIX. Pingitur innumerabilia ex sinu promere, quae **114v** eadem ore conterat et consumat, quia eadem matris puta parentis rationem obtinet et destruentis.

XXX. Cum luce disceptare producitur de primatu et principatu, quorum lis tandem ea ratione componitur, quod ea prima est omnium et maxima, et universum in potentia, veluti mater atque matrix, Lux autem veluti pater atque sator; quos ambos nomine Liberi atque Cereris, Solis atque Terrae, inscripsit antiquitas, unde Pythagoricus poeta inquit: 'vos, o clarissima mundi Lumina, labentem coelo quae ducitis' etc.

DE OPPOSITA SVPERNA TRIADE,

PVTA PLENITVDINIS SEV MENTIS INNOMINABILIS ET INCIRCVMSCRIPTIBILIS, APOLLINIS VNIVERSALIS ET SPIRITVS SEV LVCIS EFFVSAE.

Quemadmodum ab infernis est Chaos, Orcus et Nox, ita a supernis est plenitudo, idearum fons et lux; quae

---

2 adjiciuntur *A*[1] 4. 5 ingressum (*ma* egressum *A*[1]) et regressum *A*: ingressum et egressum *M* 6 substantiae *om. M* 11 disceptare *M*: disceptari *A* introducitur *M* 17 *Virg. Georg. 1, 5* 18 coelo quae ducitis *om. M* 21. 23 et incircumscriptibilis. | I Apollinis — effusae | quemadmodum ab *A* 22 effusae *om. M*

tria, etiam absolute considerata, formae potius quam formabilia sunt; et ideo ea ratione neque ipsorum intentione prima statuae sunt, praesertim vero plenitudinis seu mentis nulla est figura, sicut neque ullus est terminus.

DE PATRE SEV MENTE SEV PLENITVDINE.

Statua quidem patris nulla est, typus tamen ipsius est lux infinita, in qua tria concurrunt, ut undique sit et ubique sol, radius et fulgor, ut in eo nulla distinctio sit, sed omnis horum trium unitas et identitas, ut si detur fons, fluvius et mare in eodem subiecto, eadem quantitate et eadem forma, quia est fons in quem fluvius influit, est fluvius qui idem est fons, est fluvius et fons qui idem est mare seu lacus; itaque undique quod vides et quicquid vides in eo ita apparet et est fluvius, ut idem sit fons et mare, quod apparet mare idem est fluvius et fons, quod ap|paret fons idem est mare et fluvius. Hunc typum tri- **115r**
ginta conditionibus explicamus seu descriptionibus.

I. Est sphaera infinita undique aequalis, ubi non ideo dicitur sphaera quia habeat extrema a medio aequidistantia, unde sequeretur esse finitam, ut docuit Aristoteles, sed intelligitur secundum similitudinem; ex omni termino enim aequaliter distat, quia infinite distat. Et propterea dicitur sphaera propter aequidistantiam a medio; dicitur infinita sphaera, quia eius non est unum me-

---

10 omnium *M* 13 qui idem] quidem *tutte e due le volte A* 17 Hunc *A*: Huius *M* 18 seu describimus *M* 21 ut docuit Aristoteles *A*: contra antiquos *M*

dium simplex extra quod punctus acceptus non sit medius, sed est sphaera in qua quicunque punctus capiatur est medium, sicut in infinito spatio nullum vel possumus dicere medium vel totum medium; et ideo dicitur sphaera cuius centrum ubique, sicut in praedicto Amphitrite fluvius est ubique et fons ubique; et ideo dicitur etiam undique aequalis ad differentiam sphaerae finitae, quae in uno individuo tantum, non in toto undique aequalitatem habet. Neque absurdam oportet credere Parmenidis et aliorum definitionem et nomen sphaerae infinito tributum; sicut enim sphaeram ex intimis definientes diceremus ‘corpus, in quo idem est longitudo, latitudo et profundum’, ita sane et infinitum definiemus et consequenter nominabimus, cum alioquin nomine careat. Ad differentiam vero finitae sphaerae additur ‘undique aequale’, additur ‘cuius centrum ubique’; qua definitione quae fingi potest excellentior? Quam si Aristoteles percepisset, a reprehensione pepercisset.

II. Significatur ens actu quicquid esse potest, sicut in fonte praedicto est manifestum, qui potest esse fluvius ut sit fluvius simul atque semper, et in eodem est potentia et actus trina et triplex.

III. Consequenter est sphaera infinita, in qua idem est centrum, diameter, circumferentia et dimensionum plenitudo. | Cum enim centrum possit esse linea, iam est **115v**
linea; cum linea possit esse superficies, per transitum est superficies; cum superficies possit esse corpus, est corpus. Itaque idem est centrum et corpus et linea.

IV. In eo idem est ens et essentia, utpote quod est et quo est, quae quidem in omnibus aliis citra ipsum distin-

3 vel *om.* *M*   6 etiam *om.* *M*   9 opotret A^1

gnuntur, et ideo unus ipse est omnium simplicissima substantia, et praeter ipsum omnia sunt composita etsi incorporea, quia in iisdem esse distinguitur ab essentia.

V. Sicut in se ipso est idem undique, ita in aliis, quorum nullum est extra ipsum, intelligitur velut essentia essentiae, anima animae, natura naturae.

VI. Est supra omnia, infra omnia, in omnibus.

VII. Est unitas absoluta, qua omnia, quae unum sunt, unum sunt; omnia enim unitate unum sunt, sicut bonitate bona sunt; et sicut quod non est unum, est nihil, ita quod ipse non est, nihil est.

VIII. Est ab omni contrarietate et oppositione universaliter absolutum, quia neque in ipso neque ad ipsum haec verificari possunt. Ens enim quod est generalissimum substantiae et accidenti ipsum habet contradictorium non ens, et in ipso sunt contraria entia vel entium qualitates, sed plenitudini absolutae et in plenitudine absoluta non ens oppositionem non habet.

IX. Est centrum omnium naturarum, utpote essentia essentiarum, quidditas quidditatum.

X. Per se, a se, ex se, in se beatissimum, cui nihil externum et aliud addere quicquam vel subtrahere potest. Non tamen illud profanum concludimus: 'non bene pro meritis capitur, ⟨nec⟩ tangitur ira', profanum inquam, si de ira et delectatione non etiam activa sicut vere passiva intelligi debet.

XI. Est principium idem, medium et finis individuali- **116r**
ter, sicut idem fons, fluvius, oceanus.

---

5 essentia] essentiae *A* 13 ad ipsum *A*: ab ipso *M* 14 possunt, ⟨sicut absolutum ab omni genere, ita est absolutum ab omni contrarietate.⟩ *M* 15 accidentis *e* 17 sed plenitudinis *M* 22 *forse* quisquam (*così A?*) 23 *e* 24 prophanum *AM* 23 *Lucret.* 2, 651 24 nec *om. A*

XII. Magis intrinsecum est rerum substantiae, et intimius in omnibus ac singulis, quam omnia ac singula esse possunt in se ipsis.

XIII. Quicquid est in ipso, est ipse, sicut fulgor est ipsa lux, radius est ipse sol (in eo enim diversae rationes a nostri intellectus formatione); et sicut omnia quae sunt in veritate sunt veritas, et quicquid est in luce est lux, ita ipse et in ipso non est aliud.

XIV. Est qui est; praeter enim ipsum nihil est; reliqua enim potius e x i s t e r e, quasi ex alio consistere, s u b s i s t e r e, quasi sub aliis esse, i n h a e r e r e et i n e x i s t e r e, sicut accidentia.

XV. Est quicquid habet; si enim habet sapientiam, iustitiam, magnitudinem, bonitatem, est bonitas, magnitudo etc.

XVI. In eo idem est esse, posse et operari, quae in reliquis omnibus distinguuntur ex natura rei; propterea non potest facere nisi quae facit, nec velle nisi quae vult. Cum hoc tamen est ita absoluta necessitas, ut sit etiam absoluta libertas; necessitas enim in eo et voluntas, sicut et reliqua omnia, idem sunt; neque etenim potest velle nisi quae vult, neque velle potest posse nisi quae potest.

XVII. Est finis infinitus; ita enim finit omnia, ut nihil sit a quo ipse finiatur; et ideo simul est libertas absolutissima et absolutissima necessitas, lux immensa et Deus absconditus, claritas infinita et abyssus profunda.

XVIII. Illius nullum est nomen; nomina enim omnia ad distinguendum posita sunt et definiendum et separandum ab aliis, in eo vero nulla est distinctio, nulla | definitio, et **116v**

5 rationes ⟨sunt⟩ *M* 10 *forse* existere ⟨dicuntur⟩ 22 velle potest[1]: nisi quae potest; posse[2] *A* : potest velle posse, nisi quae potest *M*

a nullo differt, utpote supra omnem differentiam, alteritatem, diversitatem, multitudinem et definibilitatem.

XIX. Definientibus seu definitionem pro virili attrectantibus nihil debet esse eorum, quae intellectu concipiuntur.

XX. Quemadmodum numerus citra unitatem nihil est, ita entium multitudo et universitas citra hanc unitatem et veritatem est nihil, quae ab iisdem separata nihilominus est totum.

XXI. Ita intelligere oportet unum esse, ut concipiatur absolutum ab omni singularitate et universitate; neque enim singulare atque individuum est, neque universale; non singulare, quia cum nullo convenit specie, genere vel aliqua ratione; non universale, quia non est pluribus natura communicabilis.

XXII. Invenitur ab eo, qui ita attollit se supra omnia, ut relinquat omnia, per infinitum et interminabilem ascensum super omnia, versus ipsum tantum tendendo, nunquam tamen attingendo. Hunc enim primus tantum intellectus dicitur attingere, a nullo autem praeterquam a semet ipso infinitus infinito exaequari.

XXIII. Dicitur omnia in omnibus, ex qua ratione, quia ipse est totus ubique praesens, dixit Anaxagoras ' omnia esse in omnibus '; quia qui est omnia, est in omnibus.

XXIV. Dicitur basis lucis, quia cum duo habeantur infra et supra naturae scalae extremitates, ipsum inane in infimo et ipsa plenitudo in supremo, iuxta illud [Cabali] ' vidi scalam . . . . . um '.

---

11 universalitate *M, ma cf. p. 44, 6 sqq.* 12 atque] ..que (*le prime due lettere, corrette, non sono chiare*) *A*: et *M* 21 infinitus *om. M* 23 dixisse creditur Anaxagoras *M* 27. 28 iuxta *etc. om. M*: *in A* Cabali *è in fine di rigo e sottolineato, e della parola dopo* scalam *vediamo sicura solo la desinenza; cf. ad ogni modo Genes. 28, 12 sq.*

XXV. Dicitur ipsum maximum, immo ipsa maximitas seu eminentia, quia omnem magnitudinem exsuperat, et omnis magnitudo finita infra ipsum ad distantiam | 117r infinitam ab ipso terminatur et ad ipsum. Maximum vero non dicitur in comparatione malorum; mala enim sunt in genere defectus, et tendunt versus minimum.

XXVI. Est natura ab intelligentia finita, cuiusmodi nostra est, attingibilis veluti in speculo, quandoquidem tanquam consistentibus in Platonis antro rectum intuitum ad ipsum infigere non licet, sed ex adverso ad fundum antri respicientibus, non lucem sed lucis vestigium, non species et ideas sed specierum et idearum umbras licet intueri, ubi speculum constat ex diaphano corpore, in quo non liceret imaginem perspicere, nisi opacitate umbrae terminetur. Ideo eius vultum non possumus nisi in vestigiis et effectibus, qui sunt circa materiam, contemplari.

XXVII. Dicimur ex eius visione beatificari, quia qui ipsum videt, omnia videt (extra tamen speculum et aenigmaticam similitudinem); qui ita omnia videt, omnia possidet, nihilo eget. Unde et Aristoteles eius actionem et evidentiam vitam appellat sempiternam.

XXVIII. Eius esse est citra omnem differentiam, omnem contrarietatem, omnem convenientiam; ab ipso enim haec omnia sunt, tum formaliter tum fundamentaliter.

XXIX. Ipse est omnium tricausale principium; est enim forma omnium, efficiens omnium, finis omnium; forma formarum, efficiens efficientum, finis infinitus.

XXX. Attingit a fine usque ad finem, ita ut sit super omnia non exclusive, infra omnia non subiective, in omnibus non inclusive.

---

19 ita *A*: autem *M* 20 Aristoteles (in l. de Caelo) (*sic*) *M; cioè Arist. de Cael. B3. 286a 9* 26 e 27 effigiēs *e* effigiens effigientum *A*

DE PRIMO INTELLECTV. 117v

Sicut inani opponitur plenitudo, et sicut inane sequitur carentia, ita plenitudinem consequitur activissima efficacia, primus videlicet intellectus, prima idea, idearum omnium fons; post enim unitatem absolutissimam sequitur universitatis principium, veluti dualitas, ut mox universitatis emanatio, veluti trinitas, dualitatem consequens. Eius nulla est figura, quia nihil est particulare, quod omnia referat, veluti sensibiliter et expliciter; tamen si aliquem eius typum afferre possumus, intelligatur circulus qui mox circa individuum centrum reflectatur; individuum enim ipsum erat plenitudo ubique tota et ab omnibus absoluta, circulus etiam sit unitas ubique tota, sed omnibus se communicans. Antiqui theologi centrum illud paternam mentem intelligunt, quae, dum se ipsam contemplatur, circulum quendam producit et primum generat intellectum, quem filium appellant, qua conceptione perfecta in imagine essentiae suae sibi complacens fulgorem emittit, quem amorem appellant, qui a patre se ipsum contemplante in filio proficiscitur. Hic licet contemplari in patre essentiarum essentiam, in filio omnem pulcritudinem et generandi appetitum, in fulgore ipsum spiritum pervadentem omnia et vivificantem. Quibus ita se habentibus, mente concipiatur primus intellectus iuxta triginta conditiones:

---

6 dualitas *M*: dualitatis *A* 7 emnatio *A* 9 *l.* explicite 13 circulus verò sit etiam *M* 14 *sqq. cf. Summa termin. metaphys. p.* 79, 23 *sqq.* 14 ⟨per⟩ centrum *M* 17 conceptione *AM, ma* A^1 *aveva cominciato con* p *la parola, sicchè il compendio* con *sembra ora* pro 20 Hic *A*: His, *a quanto sembra*, *M*

I. Sit circulus non solum lucidissimus, sed ipsa lux circa centrum, circa quod sit fulgor in immensum se diffundens.

II. Concipiatur circulus idem secundum duos progressus, | alterum quo in se ipso reflectitur, alterum quo ad **118r** alia veluti radios eiaculando respiciat; ad denotandum eum primo plenissime intelligere se ipsum, moxque caetera omnia.

III. Eodem circulo in orbem se amplificante radii effusi contenti tandem intelligantur, ad denotandum ita eum intelligere se ipsum et omnia, ut se ipsum intelligat in omnibus et omnia in se ipso; et sicut est substantialiter unum in radiis, principio et radio terminorum, ita non in multiplici, sed simplici intelligentiae actu omnia comprehendit.

IV. Cum sit prima species, in qua paternus oculus sibi complacet, tanquam in plenitudinis plene omnia repraesentantis effigie, credendum est ipsum esse pulcritudinem pulcritudinis, utpote primam pulcritudinem, cuius participatione et imitatione omnia pulcra sunt pulcra.

V. Bifrons intelligitur, qualem Apollinem universalem fingebant .....dai (hac enim ratione primum intellectum inscribebant); dum enim patrem intelligit, non ita intelligit ut se ipsum quodammodo destituat, sed ut tunc maxime sit in se ipso, immo tunc maxime sit ipse; ad denotandum etiam praeteritum illi non esse praeteritum, futurum illi non esse futurum, sed universam aeternitatem unum etiam illi praesens totum simul atque perfectum.

---

5 in se ipsum *M* 10 tandem *con indicazione di una variante* tm̄ (= tantum) *M* 13 et radio terminorum *A* : et termino radiorum *bene M* 22 *innanzi a* dai *lacuna di cinque o sei lettere A* : Chaldaej *M* hoc enim nomine *M* 28 unum illi esse simul atque *M*

VI. Imaginatur sphaera oculis plena tota, quia, ut dicit Orpheus, ubique est oculus, ubique videt, sicut ubique operatur, quia omne ens est opus intelligentiae, et omne | quod est ideo est quia intelligitur. **118v**

VII. Dicitur circulus et sphaera omnium mobilissima, quia procedit ad omnia et est in omnibus; ita autem est ubique, eo ⟨se⟩ diffundit undique, ut ubique semper sit, adsit et nusquam absentetur ab aliquo. Unde eius motus cum summa quiete coincidere intelligitur, et ideo dicitur mobilissima omnium quia est stabilissima, et ideo stabilissima quia est mobilissima; quod enim infinita velocitate movetur in circulum undique simul recessit et accessit, undique simul movetur et simul ubique manet. Atqui non propterea licet illam immobilem citra motum intelligere, ne forte ab operatione absolutam intelligamus.

VIII. Est lux complicans omnem lucem; quicquid enim intelligit illo intelligit, sicut quicquid lucet luce lucet, et omne quod lucet in luce est; ita quicquid intelligit in ipso intelligit, et propterea ipse vera est lux universi.

IX. Idem est fons vitae, immo vita omnium; quicquid enim est ideo est ut in ordinem concurrat universi, ordinem vero universi caussat qui ordinem illum intelligit et dictat. Hic autem est primus intellectus, qui cum eo quod ⟨dat⟩ et disponit ordinem, distribuit esse atque vitam, estque essentialiter vita.

X. Finge tibi sphaeram seu globum undique specularem, qui ita sit in rerum medio, ut ita in eo coniungantur circumcirca omnes rerum formae et figurae, ut eaedem

---

7 eo (*segue uno spazio di due o al più tre lettere*) diffundit *A*: esse diffundi *M* undique] ubique A^1 adsit *M*: absit *A* 13 manet *corr. A*: movet A^1M 24 dat *M*: *om. in lacuna A*: *forse* dictat 26. 27 speculare *A* 27 ⟨omnium⟩ rerum *M* 28 omnium *M* eadem (?) *A*

verius ab ipso proficiscantur, ut.... sit undique speculum, quod non tam vero et proprie species et formas ab externis accipiat, quam vere ipsum formas ad externa transmittat; postea intelligatur non tam | vere accipere et trans- **119r** mittere species et figuras, quam vere ipse in se ipso omnes habeat et contineat, quae subinde omnes in suo centro sint unum, quia omnis idearum multitudo tandem in unitatem reducitur et in unitate consistit, sicut et omnis numeri substantia unitas est, qua ablata numerus nullus est. Ita una fundati, ut ita dicam, idea non existente numerus idearum nullus est. Sic ergo in unitate primi intellectus sunt omnes intellectus et omnia intelligibilia, ita in unitate centri consistit veritas totius circuli et sphaerae; si enim centrum seu medium illud simplex et individuum non sit, sphaera et circulus non erit. Tamen ita distinguimus primum intellectum, ut ipsum non tantum sint centrum et individuum unum, sed ut sphaeram et circulum comprehendamus duplici de caussa: 1. ut ad omnia explicantiam intelligamus, et non veluti mentem absolutam sicut patrem plenitudinem intelligimus, sed ad adiuvandam nostri sensus imbecillitatem; 2. ut ita in unitate et simplicitate ideae unius omnia contineri credamus, ut etiam non existimemus eum omnia confuse intelligere; non in confusa ergo, sed distincta unitate intelligere omnium species imaginemur centrum cum circumferentia.

XI. Iuxta Phoeniciorum theologiam finge corpus tralucidum seu naturam tralucidam, omnia pervadentem, ubi-

1 *dopo* ut *lacuna di quattro o cinque lettere* A: ut videlicet undique sit spendum (*sic*), quod *etc.* *M* 6 quae, *come sembra*, *A*: qua *M* 8 *e* 9 Sicut enim omnis e nullus est, ita *M* 10 fundati *A*: fontali *M*: *f.* fundamentali numerus *è ripetuto in* A 11 *f.* Sicut? 18. 19 explicantiam (*? corr. da* explicantem?) A: ‹se› explicantem *M* 23 existimemus *M*: existimus *A* 24 intelligeretur (?) A[1]

que diffusam et ad instar naturae spiritualis ubique integram, sicut et percipimus unam vocem, unum verbum prolatum, ubique totum; et, si ubique adsit auris, ubique auditur; | similiter si adsit subiectum ubique intellectionem **119v**
faciens, sicut et spiritus ubique animat, ubique vivificat, pro ratione proximae speciei; unde veluti non motu locali intellectus et anima his, quae intellectus et vitae sunt participia, accedere intelligatur.

XII. Adest quidem omnibus non sicut pars neque sicut potentia, sed sicut agens et formator magis praesto rebus ipse quam ipsae sibi; unde non veluti de forinsecus accedere vel quodam motu progressivo ad operandum transcurrere intelligatur, quia implet omnia. Quod autem a philosophis separabilis a rebus appelletur, immo intellectus separatus dicatur, ideo dictum credendum est, quia ad rerum particularium substantiam non pertinet et ita in ipsis operatur, ut eorum pars non existat; separabilis quoque ab his esse dicitur, non quia abesse ex aliquo loco incipiat vel adesse desinat, sed quia per rei dissolutionem ab operatione desistit. Quemadmodum enim citra spatii alterationem aliquam corpore in eo consistente eius dicitur locus, eodemque dissoluto non amplius eius locus est, unde ratio loci separabilis est ab eo non tantum quia locus cessat [tantum], ⟨quantum⟩ quia locatum cessat; ita non tantum est intellectus separabilis a rebus in quibus erat quia iste separatur, quantum quia res ab ipso.

XIII. Ita intelligatur analogia intellectus universalis

---

2 *sqq. cf. Opp. ital. ediz. Lagarde p. 242, 8 sqq.* 6 non veluti motu *M* 10 potentia] substantia, *a quanto sembra, A*[1] 11 ipse *A*: *om. M* ipsae *M*: ipse *A* 12 quoddam (*sic*) motu *A*: motu qnodam *M* 21 *abbiamo cancellato* tantum *che è omesso in M, e aggiunto* quantum *che manca in A* 25 iste *A*: ipse *M*

ad intellectus nostros et aliorum participium, sicut visio quae est in oculo ad visionem quae est in sole; in oculo enim est principium videndi, quod proportionatur intellectui quem vocant passivum, in sole vero intellectui agenti quem appellant. Sicut autem infinitis oculis, ut actu videant, sufficit unus sol, ita infinitis intelligentiis unus intellectus agens. Typo igitur oculi | erecti ad solem actio **120r**
agentis intellectus figuratur.

XIV. Consideranda est differentia inter hunc intellectum primum ad alios illuminatos intellectus, et solem ad illuminandos et formandos sensus; hic enim debet intelligi ut sol in centro et oculorum medio, ibi vero ut sol ex opposito vel ex adverso oculorum. Tum enim intellectus agens, tum et spiritus vivificans ab intrinseco producunt, operantur et illuminant; est enim artifex, qui non circa materiam, sed intra omnem materiam et naturam operatur.

XV. Esse naturam absconditam dicunt, latere autem in caligine lucis, e contra ad Orcum qui latet in caligine tenebrarum. Ita ergo lucet in omnibus; et quia non lucet ut lumina exaequet et oculorum veluti obtutui proportionetur, sed omnem obtutum excedit, nullam prae se fert speciem, nullam figuram, neque solium est illi neque cathedra, quia infinitus. Et ideo dicitur oculos occaecare dum illuminat, et oculos illuminare dum occaecat; ille enim videt hanc lucem, qui ipsam invisibilem et incomprehensibilem videt; ille etiam non videt, qui videre illam sese existimat et apprehendere.

XVI. Eius nulla est figuratio, nulla formatio, quia ipse est forma, figura, formator et figurator et actor omnis

3 proportionotur (?) A^1 19 *la desinenza del secondo* lucet *è corretta in A* 20 *dopo* et *cancella* lum *A* obtu|itui *A* 22.23 neque cathedra certa et ideo infinitus *M*

formationis. Quis autem existimarit formae esse formam, figurationis esse figurationem, primi figuratoris esse figuratorem?

XVII. Figurabatur circulo, qui tum circa proprium centrum, tum circa alium secundum totum moveba¦tur, **120v**
ad denotandum duplicem intelligendi rationem illi tribui, ut Platonicis est satis vulgatum, alteram scilicet qua vertit se circa se ipsum, alteram qua circa patrem convertitur.

XVIII. Quemadmodum omnes sensus particulares ad sensum communem, quemadmodum ad unicum centrum, referuntur et reducuntur, et ab eodem emanant; ita et omnes intellectus particulares ab uno formantur intellectu, et ad unum reducuntur et referuntur.

XIX. Idem lumen intelligentiae, cum ad omnia se diffundat, omnibus tamen pro suae naturae captu se infundit. Licet autem totus infundatur, totus inquam adsit, non tamen ubique totaliter, immo nusquam totaliter elucescit; nulla enim particularis natura ipsum referre potest, quia aequalitatem non admittit.

XX. Quemadmodum lapillo in aquam iniecto primum quidem videre est in ea punctualem efficaciam, a qua statim producitur circulus, qui mox alium circulum exsuscitat, a quo successive alius et alius producitur; ita intelligunt Pythagorici circa individuam plenitudinem primum quidem et proximum esse circulum istum centro persimilem et unitissimum, omnium circulorum successive exsuscitativum, quia circa circulum primi intellectus est circulus spiritus universalis seu animae mundi, circa illum, ut

---

1 existimaro poterit *M* 7 scilicet (ʹ/· *aggiunto*) *A*: *om.* *M* *ciato* et *A*[1] ?) *interpungiamo con A è chiara in A*: et suscitative *M* 3 *abbiamo aggiunto l' interrogativo* 26 *innanzi ad* omnium (*aveva cominciato* et *A*[1] ?) 27 exsuscitativum] *la desinenza non è chiara in A*: et suscitative *M*

aiunt Platonici, est circulus naturae, cui succedit circulus materiae, usque ad inane iuxta hunc procedendi modum.

XXI. Est considerandum quod si intellectus prima natura individua appellatur et est, individuitas eius differt ab individuitate paterna secundum praenominatos theologos. | Hic enim ideo individuus dicitur, quia est ubique to- **121r**
tus; ille autem, quia est ab omnibus absolutus, ita inquam absolutus, ne intelligatur abesse, sed potius eminentiori omnibus adesse ratione.

XXII. Eo ordine procedamus ad eius cognitionem, ut patrem intelligamus veluti lucem, mentem filium seu intellectum veluti solem, intelligentias separatas veluti luminaria quae a sole lumen concipiunt, intellectum humanum veluti lunam partim ea luce lucidam partim materiali conditione opacam, corpoream naturam sensibilibus qualitatibus praeditam veluti coloratum, materiam veluti umbram.

XXIII. Intelligamus mentem primam parentem luminis, intellectum primum fontem idearum et ideam idearum, intelligentias specula, species in natura idearum vestigia, rationes illarum specierum in nostro intellectu umbras idearum.

XXIV. Imaginare triadem, quae est in dicente verbo, et significato in eo quod dicitur 'pater mens est qui dicendo produxit filium seu verbum, et per verbum dictum universa sunt producta'; verbum etenim illud non solum est substantia, sed substantiarum substantia, in quo

---

11. 12 mentem[1] veluti solem filium[2], seu intellectum *A*: mentem, filium seu veluti Solem, qui est pater Solis *M* 14 lucidum *A*[1] 15 conditioni *A* 23 in dicente *M*: indigente *A* 24 In (*corretto, e del tutto incerto;* seu *A*[1] ?) eo quod dr̄ *A*: In eo quod dicit seu in quod dicitur Pater seu mens est qui *etc.* *M*

est efficacia mundi producendi, conservandi et reparandi. Ita ergo se habet intellectus primus ad mentem absolutam, sicut verbum ad dicentem a quo procedit, et intelligitur habere esse medium inter omnia producta et super illa omnia et inter primum efficientem, efficientem inquam verbi respectu, quod [est] efficiens est subinde universorum respectu, licet aequivoce dicatur verbum effectionis in hoc et in illis.

XXV. Intellectus dicitur centrum secundi mundi, mun- **121v**
dus primus archetypus idealis, in tota sphaera ubique totus et ubique centrum.

XXVI. In ipso intelligere licet duplicem actionem: alteram veluti reflexam, alteram veluti directam; primam qua immanenter in se ipse, secundam qua veluti progressive in alia efferatur; quam sane similitudinem etiam in nostro comperimus intellectu et anima, in qua immanentem pariter et transeuntem distinguimus actionem.

XXVII. Mundi faber intelligitur intrinsecus agens et fabrefaciens, et architectum ordinans et consumans.

XXVIII. Intelligitur agere sine successione et discursu, quia simul facit omnia et habet omnia, et non veluti argumentando vel discurrendo apprehendit et se ingerit, licet in quibusdam apprehensionem et discursum exsuscitet.

XXIX. Intellectualis haec vis in omnibus insita est, unde in omnibus praesto cognitionis principium effectivum sufficientissimum, a cuius lumine nihil est quod se abscondere posset; non tamen propterea omnia intelligunt, sed quaedam loco intellectus habent ratiocinium, quaedam loco

---

6 quid *A*[1] est (*la prima volta*) *om. M*, *dove* quod subinde est efficiens respectu universorum 7 verbum *A* : nomine *M* 14 immanen... *A*[1] ipse *A* : isso *M* 17 actionem *A* : transmutationem *M* 19 architectum] *sic AM* 25 praesto ⟨adest⟩ *M* 27 possit *emenda M*

ratiocinii imaginationem, quaedam magis obscure habent sensum, in quibusdam et iste quidem latet, quae sane, si veluti pellucidum corpus dissepta essent, luminis essent participes; ita sol universo adest hemisphaerio aequaliter, et lux aequaliter omnibus se infundit et in omnibus insinuata perstat, sed non ab omnibus aeque reflectitur et reclarescit. Ita quidam intelligebant intellectum esse effusum usque non solum ad bruta et plantas, sed et ad lapides et imperfectiora quae videntur corpora, sed in quibusdam latere, in quibusdam autem apparere, in his quidem secundum unam, in aliis vero secundum aliam rationem, ibi quidem magis, ibi vero minus.

XXX. Ubique perfecte et secundum totius sphaerae **122r**
vim dicendus est adesse, quia est ubique totus, impartibilis, nusquam absens nec deficiens, sed, ut dictum est, secundum differentias evidentiae et sublitescentiae per materierum differentias alias atque alias, aliter atque aliter.

DE LVMINE SEV SPIRITV VNIVERSORVM.

Sicut a centro plenitudinis prodit lux, a luce fulgor, ita a mente processit intellectus, ab intellectu procedit affectus quidam seu amor; mens super omnia sedet, intellectus omnia videt et distribuit, amor omnia fabricat et disponit; mens, dum sui quodammodo meminit, sui simili-

---

4 participia *bene M, dove però si omette* si *e* dissepta essent 8 lapides] ali *aveva cominciato A*[1] 9 imperfectora *A* 12 quidem] *aveva cominciato* vero *A*[1] 14 totus (*corretto*) *A* 19 Universi *M*

tudinem apprehendit, quae est verbum suum principium praedicans et referens, ex qua relatione et conceptione prodit pulcritudinis illius amor; mox ad secundi universi constitutionem primus intellectus concipit sui ideam et in simplici illa specie ideas universorum, quarum specie delectatus quasi calore quodam percitus spiritum producit, qui ab eo procedit veluti a luce fulgor; hic sane fulgor implet universa, in omnia se totus diffundit, et sicut intellectus intelligit omnia in omnibus, ita iste affectat omnia in omnibus, operatur omnia in omnibus; unde anima mundi dicitur et spiritus universorum, quem triginta conditionibus alioquin infigurabilem denotemus:

I. Imaginata basi, quae procedit ex individuo et in amplissimum se distendit et amplificat, non sicut nubes quae quanto magis amplificatur, eo magis attenuatur et evanescit, sed ubique tota et secundum omnimodam vim permanens et subsistens.

II. Sicut pater est veluti centrum, intellectus veluti circulus circa centrum idem, ita spiritus et anima mundi est veluti triplex circulus; quorum primus dicitur a Platonicis vitae, secundus | sensus, tertius vegetationis uni- **122v**
versorum.

III. Credendum est ipsum facere omnia in omnibus sine labore, quia est spiritus universi et motor totius, cui alius motor non obsistere potest, quia extra ipsum motor nullus est; laborant enim motores, qui habent aliquid extra se, quod potest interire.

IV. Non progressivo et veluti locali discursu, sed

---

7 fulgur *qui ed altrove M, e così spesso anche in altre opere del Bruno* 16 totum, *a quel che sembra, A*[1]: totus *M* 23 ⟨Imaginatione⟩ credendum est *M*: *in A la prima lettera di* Credendum *è corretta da* In

praesente et intimo esse ubique incipit, facit et perficit, pro rerum successione conditionem faciens.

V. Ubique habet omnia, potest omnia, novit omnia, utpote omnium praegnans specierum; sed non invenit ubique omnem materiam et omnimodum subiectum, quia non est tanta ubique tenebrarum comprehensio, quanta est lucis ubique efficacia.

VI. Sine discursu et animi distractione et argumentatione seu consultatione facit omnia, ut fieri debent ubique; sicut enim exquisitus citharoedus minore consultatione vel minima vel nulla facit, quod deterius rudior multum cogitando non perficit, ita exquisitissimus aeternus iste artifex simplici obtutu citra omnem studiosam attentionem facit omnia.

VII. Quicunque facit ex amore facit et amando; cum enim sibi complaceat in efficiendorum specie, ad eorum provectionem se promovet.

VIII. Actio illius non pendet a tempore, a casu et a fortuna, sed ab ipsa pendet tempus et certa ratione quicquid nobis casuale videtur et fortuitum.

IX. Imaginare lineam infinitam in puncto et in circulo consistentem per superius dicta, et intellige eius operationis non esse finem, quia cum sit natura et vis infinita, infini|te amat; unde bene dixit Empedocles intel- **123r**
lectum divinum semper separare, ut nunquam futurum sit ipsum separasse.

X. Finge sphaeram, quae dum tota appellit istis rebus inferioribus, quas vivificet, tota etiam in mundo superiore

---

2 successoom (*sic*) condtōē *A* : conditione successionem *M* 10 cytharaedus *AM* 11. 12 *forse* cogitans *A*[1] 15. 17 *om.* *M* 16 faciendorum *A*[1] 24 Empedocles] *avrà voluto* Anaxagoras 27 stis *A* (i written above)

consistat, a quo procedit, quemadmodum radiorum fulgor ita totus est offusus in hoc hemisphaerium, ut etiam secundum totam substantiam in sole, à quo procedit, sit radicatus.

XI. Intelligo animam esse in corpore, ideo quia in corpore operatio eius perficitur externa, alioquin vero potius dicendum est corpus esse in anima, animam esse in intellectu, intellectum esse in mente, quam e converso; quia verius principiata sunt in principio, quam principium in illis.

XII. Concipe eius descensum pariter et ascensum sicut in rota, cuius ita partes quaedam deprimi videntur, ut aliae necessario attollantur; et in individuo rotae centro vel quietem imaginemur, si absolute sit individuum, vel ascensum simul et descensum, si primum sit individuum. Tale est anima, quae simul descendit in inferiora quae vivificet, et ascendit in superiora quae contempletur; simul etiam eadem ratione intelligitur veluti extenta in multitudine et amplitudine eorum quibus se communicat, et indivisa et verius quodammodo tota in eo a quo procedit.

XIII. Ita spiritus et anima mundi penetrat omnia et est in omnibus, ut nulli admisceatur, in nullius substantiam transeat, neque ullius in se ipsam substantiam transmutet, sicut in luce est manifestum et splendore per aërem diffuso, ut nullam aëris qualitatem suscipiat ipse.

XIV. Fulgor iste divinitatis incorruptibilis est et in- **123v**
deficiens, sicut basis illius perpetuo eadem, et centrum

---

6 externa *M*: extora (*o* extona) *A* 14 absolutò *A*: absolutum *M* 17 ad superiora *M* *con* contemplotur *faceva finire l' articolo* (*e aveva cominciato* 13 Concipe) *A*[1] 20 ^a quo *A*

plenitudinis perpetuo idem; stante enim individua essentia stat eius brachium, consistit eiusdem manus.

XV. Operatur in se ipso producens omnia; extra se enim nihil est; in ipso enim est plenitudo et ipse in plenitudine, licet alio modo; sicut alio modo domus est in fundamentis et alio modo fundamentum in domo, nec eadem ratione splendor est in sole et sol in splendore.

XVI. Dividua est et individua in omnibus substantia, quemadmodum animam in corpore nostro secundum essentiam quidem individuam ubique totam intelligimus, secundum actus vero et operationes una quidem ratione est in uno, alia in alio; unde ubique idem, sed non eo idem inoperatur spiritus.

XVII. Animam universi secundum substantiam, dum indivisibilem dicimus, facile multiplicabilem concedimus, quemadmodum vox una in innumerabilibus locis indivisibilis quidem auditur, multiplicabilis vero esse potest per subiecta auditus et loca repercussionum aëris, dum interim ubique tota, nusquam vero divisa auditur.

XVIII. Ita fulgor iste est transmeans et transfusum in omnem substantiam, ut non ipse a corpore sustineatur, sed ipse ubique universum sustineat.

XIX. Ita individuum percipiatur, ut idem sit et universum; est enim universum formale, essentiale et principium intrinsecum ubique effectivum, ut si una individua vox dum in universo ubique tota audiatur, non propterea perdit suam individuitatem, sed potius eam confirmat et protestatur, quemadmodum et eadem species visibilis innumerabilibus oculis pro subiectorum visivorum multiplicatione licet in omnibus sit informative, indivisa

---

12 unde] undique *A*[1]   12. 13 non eorundem operatur *M*

vero et unica remanet formaliter in se | ipsa. Itaque eadem **124r** species ita est in omnibus oculis et ubique, si ubique sint oculi, ut etiam sit ab omnibus separata.

XX. Non ob eam caussam, quod in quibusdam nullum animae vestigium appareat, nullum vitae signum, credere debemus inde animam abesse; sed potius ibidem latere, unde aliquando sese explicare debeat. Sicut enim in corpore humano, licet tota sit anima in toto et in qualibet corporis parte, non tamen ubique totam se explicat, sed alicubi dicitur esse animaliter, alicubi rationaliter, alicubi vitaliter, alicubi secundum inferiores rationes, cum tamen totum intellectiva anima animatum sit ipsamque totam contineat; ita et anima mundi et spiritus universi, dum eodem pacto eadem virtute et essentiae integritate sit in omnibus et ubique, pro ordine tamen universi et membrorum tum primorum tum secundariorum hic quidem intelligentiam, sensum et vegetationem, ibi vero sensum et vegetationem, alibi vegetationem tantum, alibi compositionem tantum, alibi imperfectam mixtionem, alibi simplicius principium mixtionis explicat. Neque mirum hic videri debet, ut inquit Plato, quod universum, parens et productor animalium, et e cuius excrementis animalia perfecta generantur, ipsum quoque, cuius speciem et formam illa referunt, intelligatur animatum; est ergo non modo animal, sed primum animal, unigenitum primi intellectus et parens universorum.

XXI. Ita universum hoc animal reducitur ad unum principium ideale, sicut et particularia animalia; ab eadem

---

8 anima] ania *o* anna *A* quo·libet *A* 11. 12 totum intellectiva | aa atum sit *A*: tota intellectiva sit animatum *M* 16 primor *A* secundorum ⟨distinctione⟩ *M* 19 alibi imperfectam] alii imperfectam *A* 25 animal *M*: aa *A*

enim idea intelligunt esse animam mundi et animam aliorum. Unde non credunt Platonici animam particularium animalium esse partem animae universi, utpote impartibilis; nobis vero in praesentiarum esto dubium, quamvis magis ad hanc quam ad illam partem inclinemus.

XXII. Cum materia sit caussa multitudinis et divisio- **124v**
nis, forma vero unitatis, dicimus fulgorem divinitatis spiritum esse per se unum et facere unum (ab uno enim secundum quod unum non procedit nisi unum), tamen quia est, operatur in universo extento et materiali, quo quidem divisionem recipiente et in partium multiplicationem materiam distribuente accidit multitudo, ut ea anima quae in toto tota et in uno una videbatur, iam, in multa veluti fragmenta distracto corpore et in diversas hypostases numerales multiplicato, multae fiunt animae, sicut multa sunt subiecta, et totidem producuntur animalia, vel saltem nihilominus animata corpora, quamvis non ubique anima speciem viresque suas exerat, unde quaedam sine anima a quibusdam iudicantur. Quod ita ferme est, quemadmodum, si unus sit sol et unum continuum speculum, in toto illo unum solem licebit contemplari; quod si accidat speculum illud perfringi et (in) innumerabiles portiones multiplicari, in omnibus portionibus totam repraesentari videbimus et integram solis effigiem, in quibusdam vero fragmentis vel propter exiguitatem vel propter infigurationis indispositionem aliquid confusum vel prope nihil de illa forma universali apparebit, cum tamen nihi-

---

10 est operatur, *scritto in modo che il taglio del* p (= per) *oblitera in parte la desinenza* ur, *A* : est operator *M* 12 distribuentem *A*, *dove la parola precedente* (mta) *è corretta* 13 *dopo* jam *cancella due o tre lettere A* 16. 17 saltem[1] animata corpora nihilominus[2] *A* 18 species *M* 21 illo ‹speculo› *M* 22 in *om. A* 25. 26 figurationis *dopo la correzione M*

lominus insit, inexplicata tamen. Itaque si quemadmodum uno perfracto speculo propter partium multiplicationem animalium animarum multiplicata sunt supposita, si accidat iterum partes omnes in unam massam coalescere, unum erit speculum, una forma, una anima, sicut si omnes fontes, flumina, lacus et maria in unum concurrant oceanum, unus erit Amphitrites.

XXIII. Intelligendus est universalis hic spiritus, qui sicut intellectus ab intimis omnia intelligit, ita ab intimis omnibus operatur, ut omnium rerum species et ordines, sphaerarum motus atque vicis|situdines veluti scriptas **125r** habeat in se ipso, quas quidem simul legat, non tamen simul explicet, quandoquidem materiae ratio non capit actionem a vicissitudine absolutam.

XXIV. Imaginandum est hunc esse primum motorem immobilem; intellectus enim habet rationem, mens foecunditatem, spiritus autem operationem. Hic igitur est qui immobilis in se dat cuncta moveri. Unde recte illud Pythagorici: 'spiritus intus alit.'

XXV. Intelligendus est primus et universalis omnium formator, immo ipsa forma formarum distribuens et ordinans et perficiens uniuscuiusque rei actum.

XXVI. Ipse est materiae praeparator, dispositor et agitator; non enim solum veluti forma materiae succurrit, sed veluti pulcrum in materia suscitat appetitum.

XXVII. Omnia quae operatur ad se ipsum ordinat, seque ad supernam mentem atque intellectum; unde vide-

---

9 e 10 omnibus (agit *cancellato*) intelligit e ⟨ipse⟩ operatur *M* 19 *Vergil. Aen. 6, 726* Pythagorici poetae Principio caelum et terram (*Vergil. ib. 724*) posuêre *M, che omette il resto* 27 supernum (*noi abbiamo scritto* supernam) mentem atque intellectum *A* : supremum intellectum atque mentem *M*

tur in res omnes agere veluti spirans, efflans, et omnia ad se ipsum ordinare veluti trahens et aggregans.

XXVIII. Ipse est nexus rerum omnium, unde daemon magnus et geminus Cupido appellatur; per intellectum enim res habent propriam formam atque speciem, per amorem habent connexionem, unionem et ordinem, qui facit contraria unum, diversa unitum, omnia universum.

XXIX. Dicitur ignis ardens, quia Cupidini tribuitur nexus seu laqueus quo connectat, et ignis seu ardor quo ad connexionem promoveat; ut notetur per hunc amorem species libenter coire et in coitum naturaliter concurrere.

XXX. Ars artium dicitur et inscribitur; ipse enim est vel ipsa natura formatrix, vel ipsa naturae substantia, estque prima ars, per quam omnes artifices agibilium rectam rationem habent, immo est ipsa agibilium recta ratio, non quidem accidens, sed substantia, primum quidem agentium, secundo autem agendorum.

EPILOGVS DICTORVM. **125v**

Praepositae sunt duae triades, quarum altera est in infimo gradu naturae, altera in supremo scalae, altera dicitur inanis, altera plenitudinis. In ipsis explicatae sunt rationes, quibus quidem omnia immaterialia seu et spiritualia concordant cum aliis immaterialibus, et quibus a materialibus et corporeis differunt; item rationes substantiarum simplicium et individuarum secundum rationem oppositam

---

6 amorem (*corretto*) *A* 20 Propositae *M* 21 gradu schalae natura, altera in suprema (*sic; om.* scalae), altera *M* 23 et *om.* *M*

compositis atque dividuis. Unde pro usu huius Lampadis ex hac parte licet ab omnibus et a singulis accipere differentias et convenientias, et per rationem oppositam colligitur universitas conditionum, quae sunt in compositis materialibus et corporeis. Hinc etiam desumere licet definitionem uniuscuiusque istorum; huius quidem genus vel loco generis sit quod est pluribus commune, loco differentiae quod unicuique est proprium.

Sed reliquum est ut ad eorum, quae magis physicam referant rationem, considerationem accedamus. Non solum autem haec faciunt ad demonstrandum de his, quae sunt in titulo cuiusque statuae vel typi designata, sed etiam ad demonstrandum omnia de omnibus, quia singulae conditiones sunt per omnes alias demonstrabiles, quia singulae sunt omnium et omnes singularum ratio. Ad haec cum sex dicta subiecta immaterialitate conveniant seu incompositione atque simplicitate, illud quod dicitur in una coordinatione secundum quod huiusmodi verificatur in omnibus aliis coordinationibus; unde media, quae non dicunt exactam proprietatem uniuscuiusque, sed rationem pluribus communem, considerentur, notentur, et suo tempore et occasione in usum revocentur.

DE APOLLINE ET MONADE.

Apollo nobis unitatem significet, cumque suis circumstantiis mul|timodam unitatis rationem: **126r**

---

2 ⟨I.⟩ Licet, 3 ⟨II⟩ Et per, 5 ⟨III⟩ Hinc, 11 ⟨IV⟩ Haec, 12 ⟨V⟩ Ad demonstrandum, 17 ⟨VI⟩ Illud *M* 6 hujus *A*: Cuius *M* 9. 10 Sed — — accedamus *sottolineato A* 23 MONADE ⟨SEU UNITATE⟩ *e in margine* ORDO SECUNDUS *M*

Apollinis currus unitatem I. significat continentia, qua universum est unum, quia continet omnia.

II. Apollo supra currum non sedens, sed elevatus, absolutione unum significat, qua ratione mens non solum una est, sed unitas.

III. Nuditas eius unum simplicitate denotat, qua unum sunt omnia quae extra compositionem.

IV. Constantia eius lucis unum invariabilitate designat, qua ratione aeternitas una est.

V. Radiorum soliditas unum veritate notat seu puritate, qua ratione verum aurum dicimus, verum merum, quia purum; e contra falsum, quia non unum, sed alteri admixtum.

VI. Unus alveus currus unum entitate, qua ens et unum est idem; unumquodque enim ideo est, quia unum est.

VII. Unus corvus singularis circa vultum illius volitans unitatem significat per multitudinis negationem.

VIII. Leo, qui temonem antecedit, unum terminatione significat, quo pacto centrum, ad quod terminantur omnes lineae, unum quoddam est; idem cardo radiorum rotae significet.

IX. Quod rota aurea, temo aureus, axis aureus et omnia aurea, unum materia significat, sicut aqua, nix, ros, glacies, materialiter unum sunt et idem.

X. Quod omnia unam recipiunt denominationem, quia Phoebei equi, Phoebeus equus, unum nomine significat.

XI. Quod Apollo praesidet alveis, ⟨alvei⟩ rotis, rotae temoni, hic equis, unum analogia significat.

---

1 *traspone il numero* I. *innanzi ad* Apollo *M*   11 dicemus A^1 14 *innanzi ad* entitate *cancella* identitate *A*   16 corbus *A*   19 quod *M*: quem *A*   21 *dopo* significet (significat *M*) *cancella* quod aurea rota temo aureus *A*   25. 26 quia phaebeus currus, phaebei equi, phaebeus leo unum *M*   27 Alveis *A*: alveo *M*   alvei *noi*: *om.* *A*: alveus *M*

⟨XII.⟩ Unum universalitate notat, | quod circumquaque et quaqueversum radios ad omnia emittit. 126v

⟨XIII.⟩ Unum genere notat, quod omnia astra illuminat.

⟨XIV.⟩ Unum specie, quod duodecim Zodiaci signa seu animalia perlustrat.

XV. Unum numero, quod Leonis signum sibi appropriat.

XVI. Unum ratione, quod quatuor equos iugo submittit eidem.

XVII. Unum subiecto, quod ex universis unus denominatur sol, quamvis alia cuiusque sit definitio membri atque natura.

XVIII. Unum compositione, considerata in omnibus insensibili materia et illustri forma.

XIX. Unum contemperamento notatur, ex eo ⟨quod⟩ illi adstat Aesculapius medicus pharmaca commiscens et contemperans.

XX. Unum mixtione significet idem, dum ex pulvere et aqua medicamina conficit.

XXI. Unum resolutione, ut sol ignea virtute quaedam circumstantia accendens in atomos resolvit, quae unum idemque universorum principium habentur, quia in easdem omnia resolvuntur; unde et omnia unum dicuntur, quia una omnium substantia invenitur.

XXII. Unum confusione significatur per noctem et umbram, quae fugiens antecedit, qua ratione unum dicitur Chaos, unus vultus videlicet propter privationem omnium vultuum, omnium colorum; unde in tenebris omnes colores sunt indifferens unum.

---

1. 3. 5 *in continuazione senza numeri A* 7 Leonem signum *M* 11 *innanzi a* subjecto *cancella* compositio *A* 16 quod *om. A*

XXIII. Unum continuitate significatur per radios ita emissos, ut nunquam sint interrupti.

XXIV. Unum contiguitate significatur per radios rotarum orbitae et axi copulatos.

XXV. Unum coacervatione notatur per calathum quem supra caput gestat, in quo rerum omnium semina continentur.

XXVI. Unum congregatione notat chorus Musa- 127r
rum quibus praesidet, quae circa currum choreas ducunt; qua ratione populus, civitas, regnum unum dicuntur.

XXVII. Unum harmonia seu consonantia sive concentu, qua ratione ex multis vocibus una dicitur symphonia, notatur per Apollinis citharam, quam spiritus universorum dicitur ab Orpheo plectro personare.

XXVIII. Unum colligatione notatur per nudam Aestatem ante currum maniplum frugum et spicarum adferentem.

XXIX. Unum concatenatione notatur per retinacula equorum.

XXX. Unum reductione seu coincidentia notatur per radios repercussos a terra, in quorum curvatura coincidit in puncto angulus intrinsecus et extrinsecus, acutus et rectus.

Unum coordinatione, qua ratione omnia mundi membra, quia in ordinem unum conspirant, unum constituunt universum.

Notandum circa hanc statuam et alias illud quod est hîc animadvertendum, non solum nos hoc numero investigare et considerare posse atque debere modos atque rationes, quibus unum dicitur, sed etiam illud est mente conci-

---

2 nusquam *M* 13 cytharam *AM* 16 manipulum *M*

piendum. quod haec statua. sicut et aliae, est particularis lucerna. qua possumus universa lustrare. inquirere. invenire et per ordinem examinare; hic enim si de anima futurus esset sermo, applicantibus huius statuae membris facile elucescet ratio et ordo, qua quilibet. dummodo non prorsus [non] imperitus, pro sua virili tanquam in ob oculos praesentato libro legere possit indicem suarum considerationum. ut:

Primo consideret animam in sua sphaera seu ordine veluti in curru.

II. Eam secundum esse absolutum.

III. Secundum rationem eius immutabilem et invariabilem. 127v

IV. Secundum esse eius verum et rationem essentialem.

V. Ratione etiam qua ens est.

VI. Ratione qua unum in singularitate quadam consistens.

VII. Terminum eius seu rationem qua ipsa est terminus.

Item quomodo unum universale seu universum seu in qua universitate sit.

Quomodo quoddam genus vel in quo genere:

Quales habeat species vel qualis sit species.

Qualia habeat particularia vel quale sit particulare.

De eius unitate secundum rationem:

Quomodo ex ipso corpore fiat unum subiectum.

Quomodo ipsa et eius potentia sit unum subiectum.

De eius incompositione et compositione:

---

5 non *om. M*: *abbiamo preferito cancellare il* non *seguente* 15. 16 *om. i numeri M* 18 V. Terminum, 20 ⟨VI.⟩ Ita (*sic*) quomodo, 22 ⟨VII.⟩ Quomodo *e* 24 ⟨VIII.⟩ Qualia *M* 20 unum universale *A*: quoddam universitate *M* 26 *forse* ex ipsa et corpore? 27 sint *M*

Quomodo ex quodam contemperamento humorum vivat, vitam et consistentiam operetur.

Quomodo nulli commisceatur, licet in compositionem et unionem veniat.

Quomodo in ipsam et corpus et animalia resolvantur.

Quomodo eadem caligine et confusione in actum rerum intelligibilium prodeat, vel quomodo multitudo potentiarum in ipsa distinctionem habeat, et contra.

Quomodo non coacervata, sed optime ordinata multitudo quaedam sit seu numerus.

Quomodo in uno continua sit una.

Quomodo non corporeo contactu, sed metaphysico, rerum species attingat.

Quomodo civitatem et rempub. quandam referat.

Quomodo harmonia quadam universi rationem et ordinem imitetur in potentiis superioribus et inferioribus, supra et subordinatis, ut illae gubernent, praecipiant, influant, istae praesto obtemperent et obsequantur.

Quomodo unum colligatione corpus ex pluribus membris efformet, et mirabiliter carnes ossibus firmet, nervis colliget, arteriis coordinet etc.

Quomodo ad unum centrum omnes eius virtutes reducantur; ab uno | centro, utpote corde vel cerebro, impe- **128ʳ**
rium exerceat et gubernationem.

Quomodo in unam substantiam et essentiam coincidant omnes eius potentiae et facultates.

Quomodo ipsius virtute omnia membra, humores et partes in unius compositi et animalis constitutionem con-

---

6 eadem *A*: ex quadam *M* 6. 7 in actum specierum prodeat *M* 10 numerus ⟨seu ipsum movens⟩ *M* 11 continua *corr. A* : continuo *A*¹*M* 14 Rempublicam *M* 17 illae (*ma* ille *A*¹) gubernet *A* 21 coordinaet *A* 23 ⟨et⟩ ab *M*

spirent, quasi ad gubernatoris nutum velum, remi, funes et reliqua totius navis multiplicia instrumenta pro ratione et tempore nusquam exorbitando quam optime aptantur.

DE SATVRNI STATVA ET PRINCIPIO.

Ab unius absolutione praecedentis primam illius explicationem intuebimur in principii ratione. Saturnus ergo, Deorum triplicis mundi gubernatorum parens, in triginta conditionibus totidem referat principii rationes.

Dicitur ergo principium secundum rationem communem, prout includit omne genus initiandi, caussandi et efficiendi.

I. Ergo dicitur a patre Coelio ortus, unde significetur principium originaliter, unde videlicet aliquid genus ducere dicitur et intelligitur, quatenus genus naturale dicitur generationis principium.

II. Ex eiusdem semine progenitus intelligatur, ad notandum principium seminale; semen enim est principium materiale propagativum.

III. Intelligatur consilio seu familiae praesidens, ad significandum principium autoritativum, ut ita dicam, quatenus ab eius autoritate et nutu reguntur domesticae vel civiles actiones, a qua ratione principum princeps denominatur.

IV. Ex eo quod ordine praecedit, ordinale principium

1 ‹unius› gubernatoris *M* 5 ET] *l.* SEV 13 Coelio] *cf. più giù il capitolo* De Campo Coeli (*l.* Coelii) et Vestae (*f. 143 sqq. A*) 20 concilio *M* 22 domestice *A* 23. 24 *forse* dr̄ (= dicitur) *A*[1]: nominatur *M* 25 *dopo* praecedit *interpunge M*, *dopo* principium *A*, *dove il seguente* praesidet (*om. M*) *sembra derivato da v. 20*

[praesidet,] intelligatur, unde primum aliquid denominatur distinctum a secundo, tertio etc.

V. Alatus intelligitur et pingitur, quatenus principium significat | habilitatem ad agendum, quae alae ideo expan- **128v**
sae ponuntur.

VI. Falcem habet instrumentum, ad significandum principium instrumentale.

VII. Falce quodcunque occurrens incidit et occat, ad significandum principium occasionale (principia etenim sunt quae occasionem praebent); ad quod genus reducitur casus, sors et similia.

VIII. Mulier caeca et semicomata illam falcem praecurrit; etenim quoddam principium est et intelligitur fortuna, cui tribuitur ratio principiandi et in genere eorum, quae praeter exspectationem occurrunt his quae cum deliberatione agunt.

IX. Ab ipsius falce alii falcis construendae artem edidicerunt, ad significandum artem, scientiam et architecturam genus quoddam principii esse, unde artifices fiunt et extant.

X. Aciei falcis globus continuatur ad notandum principium unde motus, qua ratione in sphaera principium dicitur esse primus Arietis gradus, quia inde motus incipere percipitur.

XI. Intelligitur multorum filiorum parens, ad notandum in genere principii caussam efficientem.

XII. Filios comprehendere oportet in eadem similitudine et specie cum parente, ad significandum principium ideale; etenim ideae quaedam, a quibus sunt exemplaria

---

6 *dopo* habet *rasura in A*   12 illum A^1 17. 18 ediderunt (*sic*) *A*: ebiberunt *M*   18 Artis scientiam *M*   29 *dopo* sunt *interpunge A*

agendorum tum in natura tum in arte, necessaria sunt principia.

XIII. Supra solium fingitur serpens in circulum contortus, a cauda mordens seu vorans se ipsum, ad denotandum principium temporis; unde in principio dicimus, quod a primo vel in primo instanti.

XIV. Senem hominem intelligere oportet, ad significandum principium esse aeternitatem ipsam seu absolutam durationem, quia ab ea omnia et in ea universa, dum interim ipsa nec | in alio nec ab alio; unde in principio ali- **129^r** quid esse vel fieri dicitur, quod in aeternitate est vel fit.

XV. Eius nomen respicienti occurrat Saturnum dici a saturitate, ad notandum principium significare universitatem rerum et universum ens, iuxta rationem qua Parmenides et Xenophanes idem dixerunt principium et ens, quia omne quod est, si vere est, est principium, et omne principium, si vere est principium, est quod est; et ideo dicebant unum principium (ait Aristoteles), quia unum est ens, quod idem intelligitur.

XVI. Sceptrum illius significet potentiam activam, similiter et instrumentum actionis.

XVII. Quod quosdam filios genuerit genitosque voraverit vel voret, notat principii significationem extendi ad generationem et corruptionem. Generatio etenim, puta ipsa eductio a non esse ad esse, seu motus de non ente ad ens, specialem suscipiunt principiandi rationem.

XVIII. Quod a Iove filio a regno detrusus et regno

---

1 *dopo* agendorum *e* arte *interpunge M*: *senza interpunzione A* 6 instanti ⟨, vel cum eodem.⟩ *M* 10 nec ab | in alio nec ab *A* 21 actionis *M*: gtiois *A*: *f.* gubernationis? 25 eductio (..uctio *A*[1]) *A*: deductio *M* motus *M*: modus *A* 26 principandi *A*: principiandi rationem *om. M* 27 a regno] a ..gno *A*[1]

restitutus fuerit, significat principium in ipsis quae in circulatione quadam consistunt, revolutione atque vicissitudine, in quibus concurrere solet primum et extremum; sicut in circulo et sphaera omnis punctus est principium atque finis idem, et ex omni puncto ortus sumitur et occasus, decursus et recursus.

XIX. Currus eius egrediens evolans a duobus cervis tractus principium de quo seu unde, qua ratione primus punctus lineae principium dicitur rectae, et terminus unde cursus arripitur, et exordium principium orationis.

XX. Rotae currus faciles et obsequentes, et cervi ad minimum nutum obtemperantes, potentiam non repugnantem aliud genus principii designare notant, quemadmodum principium | statuificationis dicimus in lapide et negamus **129v** in pulvere vel aqua.

XXI. Puppis currus, in qua Saturnus residet, notat primum rei effectum, seu quod primo in re generatur, principii quoque nomen adsciscere; iuxta quam significationem cor dicitur principium animalis seu cerebrum, quia primo generantur haec, fundamenta principium domus.

XXII. Noctuae et bubones ante currum volitantes et praecurrentes, principium significant, quod supponit pro praeludiis et prae et antesignanis; unde diluculum et aurora principia diei dici consueverunt, et praeludia musicorum principia musices.

XXIII. Via ante currum strata principium significat quod materiam disponit, seu dispositivum, praeparativum;

---

5 finis. Item et *M* 8 *forse* ⟨significat⟩ principium 9 rectae principium dicitur *M* 14 statuificationis *A*: stat purificationis *M* 16 Primus effect *cancella innanzi a* Puppis *A* qua *M*: gna (*? cancellato ?*) *A* 23 pcurētes *A* sigat *A*: significat *M* 25 diei diei dici *A*[1]

qua ratione tensio chordarum principium musices, apertio terrae principium agriculturae.

XXIV. Sator ante currum vel cervis insidens primam agentis operationem et manus admotionem, ut sunt plantatio, insitio, satio, principii rationem suscipere indicant.

XXV. Equus, in quem conversus dicitur Saturnus ut Rheam stupraret, principium materiale significat, quo subiectum idem diversas suscipere valet formas.

XXVI. A Iove mutuata Amaltheae caprae pellis, in qua plurima sint descripta, aliam principii significationem denotat, quae est pro maximis propositionibus, quae sint scientiae proprium; etenim principia appellantur.

XXVII. Draco a propria voracitate consumptus maximum significat et minimum principii suscipientia rationem; calidissimum enim principium dicitur omnium calidorum, et optimum omnium bonorum; unde maximum in quocunque genere primum, minimum quoque est primum; unde principium calefactionis dicitur in minima calidi participatione, principium eruditionis in minima informatione.

XXVIII. Quod ad inferos detrusus dicitur, significat **130r**
principium quo est fatum seu praedestinatio, quod caussa et principium caussarum [principiumque] dicitur, cum nullo alio principii genere conveniens. Ad hoc genus principii reducitur necessarium et quicquid sine quo res esse non potest; id enim vere rei principium dicitur.

XXIX. Parca currum sequens et eius vestigia terens

---

10 e 12 sint *A*: sunt *M* 13 consumptus *M*: consultus (*sic*) *A* 14 suscipient.. A^1: suscipientiae *assurdamente M* rationem *non è chiaro* (*corretto*) *in A* 18 caldi *A* 19. 20 informatione *M*: formatione *A* 22 quo—quod *A*: quod *tutte e due le volte M* 23 principiumque *om. M* 26 vero ‹et proprie› *M* 27 terens *A*: delens *M*

et confundens principium privativum notat; etenim necessarium quoddam est, concurrens ad producendorum efficientiam; nisi enim quaedam praetereant et corrumpantur, alia non succedent et generabuntur.

XXX. Terminus, ad quem cervorum cursu et currus vectione et alarum nixu contendit, principium finale significat; finis enim intentus et apprehensus omnem operationem derigit et omnis operationis principium est, et in ipsum principium coincidunt et finis, idemque est principium et finis, utpote quod primo intenditur et ultimo sequitur, primum movens et ultimum perfectum.

DE VTILITATE HVIVS STATVAE.

Ex hac statua non solum licet elicere rationes et modos quibus principium dicitur, verum etiam ordinem inquirendi de quacunque re iuxta conditiones principiandi active vel passive, quatenus omnia vel sunt principium vel a principio, vel habent principium. Itaque in universis praeposito ordine inspiciendum, unde originaliter, seminaliter, autoritative seu principaliter, ordinaliter, efficaciter, instrumentaliter, et ita deinceps. Quod si ipsum est principium a quo vel ex quo, in eodem quaeratur quo instrumento, qua efficacia, quo ordine, qua autoritate, quibus seminibus, in quo genere. Itaque nihil est | quod membra **130v**
huius statuae sine fruge subterfugiat aut praetereat.

---

1 etenim ‹privatio› *M* 8 dirigit *M* 19 odinaliter (r supra) *A* 22 quae (*a quanto sembra*) efficacia *A* 23 seminibus: in quo genere Itaque *A*: seminibus. In quo genere itaque *M*

DE STATVA PROMETHEI.

Sumebatur principium iuxta rationem generalissimam, qua omnia caussarum genera complectitur et excedit, quatenus ad plura sua significatione extenditur; nunc consequenter quaedam principii membra praecipua subdividantur. Primum autem principium quod est caussa efficiens, quod quidem per Prometheum opificem significatur, habet igitur ut praesentet triginta agendi rationes, quibus aliquid agentis definitionem et nomen mereri consuevit.

I. Igitur praecipiens et autor per ipsius Promethei personam effectricem significetur.

II. Architector, designator et Daedalus in Promethei artium inventione et technica industria designetur.

III. Minister, famulus, satelles, per opificio illius adsistentes ministros significetur.

IV. Patronus et negotii defensor per Iovem patrem illi adstantem notamus.

V. Fabrefacientem, exequentem, formantem per Prometheum ex limo homines figurantem et effigiantem et in actum promoventem significamus.

VI. Perficientem et fini copulantem per Prometheum hominem formatum luce, splendore igneaque vi spiritus illustrantem significamus.

VII. Principium illectivum, provocativum, attractivum per pulcritudinem humanae speciei illi obiectam significamus.

---

1 PROMETHEI ⟨CAUSA EFFICIENTE⟩ *M* 6 Primum] I *A* 8 igitur *da cancellare?* 10 Igitur] figitur *A* o Iigitur 16 negotii *A*: negotii et *M*

VIII. Principium inpulsivum, incitativum, adductivum, inductivum per Cupidinem stimulantem notamus.

IX. Principium intrinsecum, consentiens supponitur 131r ex appulsu voluntatis et liberae electionis inter attrahentem et impellentem mediantis.

X. Caussa permittens, sinens significatur per Iovem videntem et agentem.

XI. Indulgens, condonans significatur per Iovem ipsum a vinculis solventem.

XII. Caussa pertentans, periculum faciens, experiens significatur per duas utres quas Iovi obiecit, ut illum deciperet.

XIII. Probans et laudans indicatur per hoc quod eius facti nunquam poenituerit.

XIV. Consilians, adhortans, praecipiens notatur per Mercurium et Cupidinem et Minervam dictantes negotium.

XV. Praeparans et disponens significatur per vasis Pandorae constructionem.

XVI. Excitans, exsuscitans significatur per ignis suffurationem, qua Deorum sibi concitavit odium.

XVII. Eligens, decernens significatur per id quod in montem Caucasum devinciendus a Diis fuerit diiudicatus.

XVIII. Maturans, accelerans vel retardans notatur per sedulitatem vulturis cor illius corrodentis et eiusdem constantiae.

XIX. Indicans, aperiens significatur per vota illius ad Iovem explicata.

XX. Non impediens notatur per hominum ingratitu-

---

1 impulsivum *M* 11 duos utres quos *M, ma cf. Figurat. Phys. Audit. p. 181, 21 sq.* 16 ⟨illi⟩ dictantes *M* 26 *forse* constantiam

dinem erga Prometheum in plasmatoris ipsorum defensionem non accurrentum.

XXI. Facilem aditum praebens significatur per Mercurium, Iovis ministrum, caduceo corvum abigentem et a vinculis | Iovis praecepto exsolventem. **131v**

XXII. Desidem significat absolutionem vulturis a negotio.

XXIII. Absentem notat Caucasi mons sine Prometheo.

XXIV. Influentem notat fluvius de celsitudine montis decidens.

XXV. Perturbantem notat impetus aquarum in turbidum fluvium excrescentium.

XXVI. Custodientem et conservantem notat Argus ad fluvium vaccam Iunoniam ducens.

XXVII. Ornantem et armantem designat Iupiter vaccam in pristinam formam remittens et reponens.

XXVIII. Conservantem et foventem notat Iupiter eandem a Iunonis odio tuens.

XXIX. Suggerentem notat Erynnis a Iunone concitata ad indignationem exsuscitandam.

XXX. Faventem et protegentem significat munita Promethei domus.

Quibus omnibus indagare licet varias et multiplices rationes, quibus aliquis agens denominatur et caussa efficiens. Agere enim intelligitur bonum vel malum, qui bonos malosve protegit, custodit, conservat, etiamsi per se non agat; qui armat, ornat, roborat, liberat, exaltat; qui custodit, pascit; qui conturbat contrarie operantes vel quie-

---

4. 5 abigentem, et a vinculis *M*: abigente, et ab incolis *A* 6 Desine... *corr. in* Desidem *o viceversa A* *leggi* absolutio 8 Caucasi] *sic AM* 9 XXIV.] $\overline{23}$ *ripete A, dove perciò i numeri seguenti vanno fino a* $\overline{29}$ *invece che a* $\overline{30}$ de *corr. A*: ex *M* 19 Erynnis] *sic AM*

scentes; qui in operantem influit; qui abest a negotio, ratione qua nautam submersionem navis efficere et operari intelligimus quia abest, item desidiosus et otiosus agens dicitur, quia etiamsi navi praesens dormiat, malum non regat, agere submersionem dicitur, facilem aditum praebens, quia undas irruentes non repellit; impedimentum non faciens seu non succurrens aeque caussa dicitur, unde qui potest hominem ab iniu|ria eripere et non eripit, in- 132r
iuriam facere etiam dicitur; refovens, continens, stabiliens quod ab aliis est factum ut efficiens habetur; indicans rem faciendam, etsi non agat, ab actione non excusatur; eligens ut agens habetur, exsuscitans, excitans et a torpore ad agendum movens; item parans, consilians, probans, expediens, indulgens facienti, permittens, consentiens, invitans, impellens, consumans, coronans opus, fabricans, componens, administrator, famulator, defensor, architector, praeceptor seu institutor, laudatur tanquam efficiens vel vituperatur.

DE OFFICINA VVLCANI
SEV DE TRIGINTA FORMAE RATIONIBVS.

Cum proxime supra de efficientis rationibus et modis indicatum fuerit, consequens est de proximo illi principio et caussa considerare, quia efficientis est formam in materiam vel naturalem vel artificialem introducere. Vulcanus ergo proxime a Prometheo artifex et formator introducitur,

2 *solito esempio* (*Aristot. Phys. B 3. 195' 13*) 3 idem *M* 4 ⟨in⟩ navi *M* 5 aditum] *le prime due sillabe corrette in A, ma cf. p. 76, 3* 7 *il secondo* non *è piuttosto corretto che cancellato in A: om. M* 13 idem A^1 14 experiens *M* 20 ⟨CONDITIONIBUS VEL⟩ RATIONIBUS *M*

qui quamvis suis circumstantiis ab antiqua institutione ignis proprietates referat, nihil obest tamen quominus formae rationes nobis insinuet.

Primum autem membra suae officinae inspicientes videbimus primo in limine portae exemplar omnium rerum fabricandarum, ubi notatur prima formae significatio pro idea, quae est forma rerum naturalium praecedens in mente opificis, et proprium eius significatum refertur ad similitudinem substantialem et substantificam rerum producendarum; unde improprie ideas appellabant rerum factarum vel artificialium similitudines.

II. Circa tabulam illam considera instrumenta picturae vel sculpturae, quibus simulacra illa depicta vel descalpta sunt; ad notandam secundae formae significationem, quae est essentia rei qua res est, ut est bonitas qua bona sunt
bona, pulcritudo | a qua omnia sunt pulcra, caliditas a **132v**
qua omnia sunt calida.

III. Adest ante ostium vas Pandorae a se fabrefactum Iovis iussu, in quo omnium Deorum munera continentur; ad significandum esse rerum, utpote formam totius, quae distinguitur ab essentia per hoc quod illa per quidditatem notatur, haec autem per totum quod spectat ad totam rei subsistentiam constituendam; illa quod notatur per definitionem, ista quod notatur per naturam compositi.

IV. Per modulum appensum in porta significatur modus et conditio rei, qui formam essentialem vel subsistentiam consequitur.

V. Per ferrum chalybemque contractabilem et forma-

---

8 ⟨primi⟩ opificis *M* 10 *forse* appellabunt *A* 11 artificalum *A* 13 descalpta *A*: desculpta *M* 17 sint *A* 22 totam *om.* *M* 22. 23 rei essentam (*sic*) *A* (subsi *sopra la linea*): existentiam *M* 26 quae *M* *dopo* formam *cancella* substantialem seu *A* 28 contractibilem *A*

bilem ex una parte et adamanta incontractabilem notatur naturalis potentia vel impotentia.

VI. Per ignem accensum, in quem Cyclops aquam iniicit, notatur qualitas activa et passiva, qualis est in elementis.

VII. Per hoc quod Cyclops igneis favillis laeditur, significatur passio et passibilis qualitas, quae est forma secundum sensum proveniens a qualitatibus activis et passivis, et aliis quae sensum alterant.

VIII. Formatio ferri in formam fulguris, quod Iovi Vulcanus administrat, formam rei sensibilem et extrinsecam significat, seu circumstantem figuram, qua dicitur quadratum, triangulare etc.

IX. Curvatura incudis a frequentibus contusionibus impressa formam significat, quae e vestigio alicuius actionis vel passionis proficiscitur.

X. Cyclops nudus habitum ex opposita ratione significat, quodque in opus inclinatus inspicitur, dispositionem notat.

XI. Quod Vulcanus opus exanimat, formam significat, quae ex rerum conceptione oritur.

XII. Quod Vulcanus defectus corrigit, formam, quae **133r**
ratio quaedam est, rei notat.

XIII. Quod Vulcanus artificium correctum in proprio loco reponit, formam pro definitione supponentem notat.

XIV. Quod ad illius opificii correcti formam et similitudinem Cyclops novum tentat opificium, exemplar occurrere facit.

XV. Quod tandem simile construxit, simulacrum no-

---

1 incontractibilem *A* 19 notat] notat: quod Vul A^1 23 quaedam est rei, notat *M* 24 artificum *A* 26 *dopo* correcti *cancella* Cyclops *A*

tat. Differt autem simulacrum ab exemplo; illud enim dicit formam rerum animatarum et perfectarum praecipuarum et naturalium, unde simulacrum mundi, Iovis simulacrum, simulacrum Caesaris; exemplar vero dicitur potius atque proprius de quibuscunque, unde exemplar dicitur literarum, scripturae, musices, harmoniae, de quibus non proprie diceremus simulacrum.

XVI. Quod in fulminibus Vulcanus more artificum propriam notam imprimit, formam [quae] supponit pro nota et signo, sicut formam belli in tympani vel tubae sonitu non veluti in similare vel imagine vel similitudine, sed veluti in signo percipimus.

XVII. Librum operum in memoriam revocet rationem tum sensibilitatis, tum intelligibilitatis, tum opinionis, quatenus liber est visibilis, ratione considerabilis, difficultate fallibilis; ubi significatur adhuc triplex formae ratio, quatenus eam triplex consequitur iudicium.

XVIII. Quod omnibus operibus idem et aequale tempus est praescriptum, significat rationem formae pro identitate.

XIX. Idem significat rationem formae pro aequiditate.

XX. Quod Vulcanus opera operibus comparat et confert, comparationis notam praebet.

XXI. Quod omnia opificia ex materia constant, quae dilatari et constringi possunt, rationem formae, quae in intensione | et remissione consistit, insinuat. Et differt **133v**
haec ratio formae a proxime praecedenti, quia comparatio sumitur penes melius et deterius, intensio et remissio penes

---

9 *abbiamo cancellato* quae suppos.. A^1 10 timpani, *a quanto sembra*, *A* 11 similare *A*: simulachro *M* 13 *l.* Liber 13. 14 rationem primò tum A^1 15 visibilis ⟨primò, postea⟩ ratione *M* 21 aequalitate *M, ma cf. p. 29, 22* 26 intensione (intentione A^1) et | et *A*

magis et minus; illa formalis ratio est in omnibus praedicamentis, haec autem in solo qualitatis praedicamento et per se.

XXII. Quod Vulcano praesidi subsunt Cyclopes tres et Cyclopibus alii famulantes, significant triplicem formae rationem, quae consistit in excellentia unius formati vel formae super alia, in paritate formarum in eodem scalae gradu consistentium, et ⟨in⟩ indignitate formarum inferiorum; quatenus etiam formarum alia est substantialis et prima, aliae sunt accidentales et ultimae, aliae sunt mediae; a prima forma denominatur species, a secunda proprium quod immediato naturam speciei consequitur, a tertia accidens commune, quod logice adesse potest vel abesse citra esse subiecti praeiudicium.

XXIII. Quod ultra officinam Vulcani est officina Veneris coniugis et Cupidinis longe diversa (ut enim illa sordida, caliginosa, fuliginosa et obscura, haec clara et illustris), formae significationem notat, quae diversitatem generum non subalternatorum neque subalternabilium indicat, quae proprie diversa dicuntur; qua ratione diversum est genus substantia, diversum quantitas.

XXIV. In Venere et Cupidine differentiae significationem in eodem genere contemplamur; differentia enim non dicitur nisi in his quae sunt in eodem genere et quae ab eadem divisione universalis proficiscuntur; unde est differentia [est] inter dividuum et dividuum sub eadem specie, inter speciem et speciem sub eodem genere; inter genus autem et genus sub eodem communi nomine, ut

---

2 in solo (*ma* sola *A*[1]) *A*: sola in ***M*** 7 imparitate *A* ***e prima della correzione M*** 8 in *om.* *AM* indignitatem ***A*** 12 immediatò ***M*** 24 nisi in | 25 his *A*[1] 26 est *om.* *M* *f.* individuum et individuum?

ente, uno, bono, non est differentia, sed, ut dictum est, diversitas.

XXV. Quod Cupido eiaculetur in diversa animantum genera, formam indicat considerandam iuxta rationem aliud facientis et alterum.

XXVI. Quod maritima et aquea eius igneam persen- **134r**
tiant virtutem, formam considerandam ea ratione praebet, quae contemplatur in diversis oppositionis speciebus, utpote contrarietatis, contradictorietatis, privationis, relationis.

XXVII. Quod videamus orbem pedibus illius substerni, consideremus rationem quae est forma in agente, qua videlicet agens agit; et in orbe subiecto formam in patiente, utpote qua patiens patitur.

XXVIII. Formam in actione, quae est qualitas medians et connectens activum passivo, et resultans a ratione duarum extremarum formarum.

XXIX. In eodem globo consideremus formam, ut significat universitatem accidentium; sicut enim omnia praedicamenta praeter substantiam dicunt quale quid, ita intelliguntur significare et esse per modum formae; siquidem formam omnem accidens physice appellamus, ita et logice omne praedicamentum praeter unum.

XXX. Inspectione pulcritudinis officinae Cupidinis et foeditatis officinae Vulcani subeat significatio formae pro pulcritudine vel deformitate rei et invenustate, unde aliquod formosum vel deforme nominatur.

Hisce formae significationibus omnia modo lustrare licet, et de omnibus inquisitionem et inventionem dictare

---

7 ea *M*: eo *A* 18 *dopo* omnia *cancella* accidentia *A* 21 omne *bene M* 22 omnia praedicamenta *M* 23 XXX ⟨Ultimo in⟩ inspectione *M* 25 alius *aveva cominciato A*: *forse* aliquid 26 denominatur *M* 27 ⟨suo⟩ modo *M*

possumus sub ratione formae, vel quia sint tales formae, vel quia cum talibus vel a talibus, vel quia ipsae sic significent per se vel per aliud, aut quia hanc aut contrariam rationem suscipiant. Itaque de omnibus, si recte sapies, omnes significationes verificabuntur vel in recto vel in obliquo.

DE STATVA VVLCANI.

In officina Vulcani habemus multiplicem formae conceptum et considerationem, et copiosam a formali ratione in|ventionem; in statua vero habeamus formae iudicium, **134v** distinctionem et definitionem iuxta eius propriissimas rationes.

I. Vulcanus ergo dicitur Iunonis filius et inscribitur, ad significandam excellentiam illius et dignitatem supra materiam, et genus a luce.

II. In instanti fuit progenitus, ad significandum formam substantialem sine tempore in materiam introduci.

III. Sine patre dicitur natus, ad significandum ipsam educi de potentia materiae, praesertim forma quae e commixtione lucis et tenebrarum resultat; lux enim, quae est anima sive universalis sive particularis, est a patre sine matre.

IV. Dicitur turpissimus Deorum natus, quia formae superiores, quae habent appulsum et inclinationem ad materiam seu noctem et umbram, quae turpis est ab Orco genus ducens, turpitudine eo appulsu affectae intelligantur.

---

7 VULCANI ⟨VEL FORMAE PROPRIIS DISTINCTIONIBUS ET DEFINITIONIBUS⟩ *M*
9 à *A*: in *M* 24 impulsum *M* 26 intelliguntur *M*; *o sarebbe preferibile al v. 23* ut *per* quia*?*

V. Propter turpitudinem dicitur in Lemnum praecipitatus a matre, quia formae materiales erga noctem et tenebras affectae in tenebras detruduntur; animae enim amore materiae strictae e supernis praecipitari dicuntur a Platonicis.

VI. Claudus ab ista praecipitatione factus, quia formae materiae adstrictae et alligatae claudicant, quia individuationem suscipiunt, particulares fiunt et ab operationibus immaterialibus quasi destituuntur; unde ad intelligibilia anima nostra se habet sicut noctua ad lumen solis.

VII. A Tethy susceptus fuit et enutritus, quia formae in materia consistentiam habent per aquam, quae unionem partium operatur, sive per seminalem propagationem, quia omnia semina sunt humida, et omnis compositio et coagmentatio, quae est fundamentum formarum, fit ab aqua.

VIII. Praecipitatus intelligitur primum fuisse in coelo, **135r**
secundo in aquis, tertio in terra (puta in Lemno), quia tria sunt formae genera, utpote intelligibilis quae solo intellectu percipitur, sensibilis quae sensibus externis, et media seu imaginabilis quae cogitatione et sensibus internis percipitur; sicut spiritualissimum est coelum, crassissima est tellus, inter quae mediat aqua. Primi generis formae sunt animae, secundi generis formae sunt colores, sapores etc., tertii sunt amores, odia etc.

IX. Lemno praefectus operibus dicitur, quia forma dat esse rei.

---

4 amore] a (?) mo|re (corporum *cancellato*) *A*: à mole materiae seu corporum *M*   strictae (*non siamo sicuri che non sia* ductae) *A*: deductae *etc.* *M*   9 imteribbus *A*: materialibus *M*   11 Tethy (*sic*) *A*: Thetidi *M*; *ma forse occorre qui* Tethys *per inopportuna reminiscenza di luoghi come ad es. Ovid. Metam. 11, 784; del resto cf. più giù* (*p. 90 sqq.*) 19. 22 *cf. p. 3, 8 sqq.*   25 tertii ‹generis› *M, dove anche* timores *per* odia

X. Trinacriam incolit insulam, quia adhuc triplex est formarum genus; alia enim quaedam est physica, quae respicit materiam secundum considerationem et esse; secunda est mathematica, quae abstrahit a materia secundum considerationem sed non secundum esse; tertia est metaphysica, quae secundum utrumque abstrahit.

XI. Dicitur sedem fabricasse memor iniuriae maternae ex auro, quam Iunoni dono dederit, ut illius occultis vinculis devincta maneret; ad notandum formas rerum inferiorum et species trahere superiores formas ex virtute cuiusdam concatenationis et commixtionis; unde quibusdam ritibus, ceremoniis, superstitionibus continuantur materialia spiritibus affinibus, per spiritus animae particulari, per animam particularem animae mundi, in qua et a qua postea mirabilia operantes quasi obligasse sibi numina videntur.

XII. Dicitur Aglaiae Gratiae coniugatus, quia a materia non seiungitur neque extra materiam reperitur forma physica, quae ex illius gremio educitur.

XII. Venerem quoque dicitur habere uxorem, a qua **135v** tamen contemnatur, quia illo operibus intento Martem suo officio fungi permittit, vel forte quia bigamus odio habetur; ad notandum unam formam numero in duobus subiectis impossibile esse reperiri, item duas formas substantiales impossibile reperiri in eodem subiecto.

XIII. Facem dicitur ferre in coniugiis seu matri-

1 insulam ⟨hoc est Siciliam⟩ *M* 11 commixtionis *A*: connexionis *M* 20 XII *così erroneamente A* : XIII *M*, *che a vv. 24. 25 ha* est reperire. XIV. Duas formas — reperiri *etc.; perciò in seguito M ha* XV *per* XIII *etc.; cf. a p. 89, 1* 21 contōnatur *A* : contaminatur *M* ille operibus intentis (*avrà voluto* intentus?) Marti *M*, *ma il soggetto è* Venus e suo *vale qui, come altrove*, eius

moniis, quia illud quod operatur amorem et copulam in animantibus, immo in omnibus animatis, *** quia a similitudine formae provenit, ut canis canem appetat, simius simiae pulcer, equus equae.

XIV. Ludos dicitur instituisse, qui Lampadophoria appellantur, in quibus lex lusus requirit, ut cursores lampade accensa terminum cursus attingant; quia neque forma per se movetur neque materia, sed compositum.

XV. Dicitur *** in cavernis illius habere officinam; ad significandum in regione formabilium, generabilium et corruptibilium, vel, ut vulgo loquuntur, infra concavum orbis lunae, formam generationis et corruptionis vicissitudines operari.

XVI. Duas dicitur habere insulas, in quibus fabrilia opera exerceat, Liparim et Strongylem; ad notandum duplicem formae subesse et actui materiam, intelligibilem videlicet et sensibilem.

XVII. Dicitur ex aere mirabili artificio catulum efformasse, quem dono dedit Iovi, a quo datus Europae, a qua Procridi, a qua Cephalo; ad denotandum formam physicam vicissitudinem et analogiam in materia operari, et in naturalibus certo quodam ordine in materia formam formae succedere.

XVIII. Propter arma Iovi parata dicitur a Iove iura-

---

2 animatis, quia *om.* *M: noi abbiamo segnata una lacuna* (*per es.* ⟨forma est⟩, quia) 3. 4 simius simiam, equus equam (*om.* pulcer) *M*, *ma cf. De vinculis in genere cap. X* (*f. 88*[r] *cod. di Mosca*). *De Minim. p. 192, 14 sqq.* 5 Lu*os *A*[1] 9 *innanzi ad* in *lacuna di circa 15 lettere in A*: ⟨in monte Aetna⟩ in *M*: *si aspetterebbe però* ⟨in monte Aetna habitans⟩ in illius *A*: illis *M* 15 exerceat *corr. A*: exercet *A*[1]*M* libarim et strougiem *A*: Liperam et Strangilum *M* 16 formae.... (*sic*) (al. modum al. actionem) intelligibilem *M* 20 Phrocrini *A*: Erocrini *M*

mento per Stygiam adstricto Minervae connubium expostulasse, quam ita illi concessit Iupiter, ut illa se ipsam illi denegaret; ad notandum formam corruptibilem et incorruptibilem, et universaliter corruptibile et incorruptibile, in eandem | speciem coire non posse. **136r**

XIX. Quod communem habet cum Prometheo aram, significat efficientem et formalem caussam in naturalibus coincidere.

XX. Vas Pandorae ab ipso efformatum, in quo rerum species continebantur et e quo postea mala omnia hominibus emerserunt, notat formas, quae in campo materiae mutuo contrariantur, extra materiam convenire et quodammodo esse unum, sicut idem est conceptus boni et mali, turpis et pulcri, dulcis et amari etc., ut unum ab alio absolvi non possit extra materiam, quae tamen in materia se non compatiantur et hient, immo ab invicem maxime distent.

XXI. Quod Martem et Venerem invisibili quodam retinaculo comprehenderit, notat contraria virtute formae cuiusdam, qualis est anima, coire et cohabitare et arctioribus constringi vinculis; per hanc enim significata amicitia [Veneris] et lis significata per Martem rerum sunt principia, quia ex contrariis concurrentibus in unum et quodammodo concordantibus virtute animae subsistentia naturalia constituuntur.

XXII. Quod Mars nullo ferro retia quantumvis tenuissima abscindere potuerit, indivisibilitatem formae in-

---

1 Stygiam ⟨aquam⟩? 5 eandem] * * * dem A[1] 16 se non compatiantur (*non chiaro, ma cf. f. 154*^v^ *§ XXVI*) et hient (*sic?*) *A*: minime conveniant (al. aliter hn̄t) *M* 17 distant *M*: *in A la desinenza è corretta ed incerta* 20 act^{r}ōbus *A* 22 ⟨est per⟩ Venerem *M*: *noi abbiamo cancellato* Veneris, *la cui desinenza in A non è chiara*

dicat; omnis enim forma, sive accidentalis sive substantialis, per se individua est, dividua tamen subiecti ratione, hoc est per accidens, sicut adamas per se insecabilis cum hircino sanguine vel alio connexo elaboratur.

XXIII. Quod Vulcanus obambulando egreditur et ingreditur officinam, significat omnes formas artificiales et extrinsecas esse accidentales, et nullam ex his esse posse substantialem.

XXIV. Malleus Vulcani, quem manu gestat et in cuius potentia activa sunt omnia formabilia, significat quod quemadmodum in prima materia sunt omnes dimensiones interminatae et passive terminabiles, ita in forma universali sunt dimensiones interminatae, active autem terminabiles.

XXV. Quod Vulcanus nectare reficitur, significat formarum **136v** incorruptibilitatem; omnis enim forma dicitur invariabili et simplici essentia consistens. Illud enim quod corrumpitur semper est compositum, neque autem materia neque forma, cuiuscunque generis sit illa, est corruptibilis.

XXVI. Ignis Vulcani indeficiens significat formam substantialem intensionem non recipere et remissionem, puta magis et minus.

XXVII. Vulcanus incessanter operans notat continuitatem in rebus esse a forma; forma enim facit aethereain regionem esse unum continuum, et omnia composita esse unum.

XXVIII. Quod Vulcanus ex continua operatione non lassatur, significat omnem formam, sicut et materiam primam, esse impassibilem; omnis enim passio compositorum est.

---

3 hoc est] ÷ *AM*   4 connexo *come sostantivo non sembra soddisfacente per il senso: forse* connexus?

XXIX. Quod divinus divine operatur et divina opera Iovi administrat, significat rationem formae et essentiae consequi rationem virtutis, hanc autem rationem operationis; unumquodque enim quod est, uti potest, ita operatur; formam enim quae est substantia sequitur forma quae est virtus, et hanc consequitur forma quae est actio.

XXX. Ignis Vulcani semper adustibilia concupiscens significat appulsum formae naturalis ad materiam, quam [quae] totam absorbere concupiscit; sicut ignis vellet omnia in se ipsum convertere, ita et omnis forma in suam speciem et similitudinem vellet omnia transformare, quemadmodum e contra materia per omnia formari concupiscit.

In quibus omnibus ordinate contemplari licet Vulcani genus, indolem, fortunam, connubia, officium, inventionem, artem, locum, opera, affectionem, degentiam seu cultum, copiam, | ultionem, progressum, instrumenta, nutrimentum, **137r** elementum, iugem operationem, indeficientem virtutem et nobiles effectus. Unde licet secundum diversas rationes definire formam; nec solum opus definiendi et distinguendi huic statuae est peculiare, sed et opus inveniendi cum illius officina commune habet. Est enim ordo considerandae rei et perpendendae non modo significata lustrando formae, verum etiam iuxta propositam methodum in hisce enumeratis conditionibus.

---

1 XXIX.] Ultimo *M*, *dove l' articolo precedente ha il numero* XXX (*cf. a p. 85, 20*) *e il v. 7 di questa pagina non ha numero* operatur significat et *A*[1] 4 enim ut est ita potest, ut potest ita operatur *M* 9 quae *A*: quaeque *M*: *lo abbiamo cancellato* 12 e (*non chiaro*) *A*: et *M* 15. 16 Affectionem seu Cultum, Copiam, Ultionem *M* 24 in] sine, *a quanto sembra*, *A*[1]

DE THETIDIS STATVA SEV DE SVBIECTO.

Thetis nobis caussam materialem designat:

Primum quidem ex hoc quod coeli et terrae filia dicitur, notatur caussam materialem non esse materiam nudam seu umbram nudam, sed compositum ex materia et luce; materia enim per se caussae rationem non habet, sed principii.

II. Dicitur multarum Dearum mater, quia a caussa materiali multae species rerum emanant.

III. Dicitur pulcerrima omnium Dearum, quia omni pulcritudine perficitur, ubi subiectum universale omnibus formis informatur.

IV. Dea maris dicitur, quia omnis subiectio et formatio est ab aqua et per aquam; unde aquam principium et omnium elementum appellavit Thales, et Chaldaei principium activum tribuentes igni seu stellis seu etiam soli, passivum et formabile tribuebant aquae; unde et nostri [habent] spiritum et ignem consumentem veluti fovendo aquas res generare et producere dicunt.

V. Dicitur in eius facultate esse, ut generet filium parente meliorem, ut Prometheum Diis significasse aiunt; quia multoties ab efficiente deteriore in subiecto forma praestantior exsuscitatur.

VI. Concertantibus de eius connubio Iove, Neptuno **137v**

---

1 e 3 THETIDIS e Thetis] *così qui, ma in seguito* Thetys, Thetydis, Thetyn *etc. A* 11. 13—14. 20 *A* : 14. 20—11. 13 *M* 11 omni] *aveva cominciato* ob (obus = omnibus) *A* 17 etiam soli *A*: solis radiis *M* 18 *abbiamo cancellato* habent 21 *cf. Ovid. Metam. 11, 221 sqq.*

et Apolline dicitur eos, perterrefactos Promethei vaticinio, abstinuisse; quia formae immaterialiter subsistentes et divinae subiectum et compositionem non impune et citra indignitatem subirent. Unde et animae nostrae in corporibus consistentes a divinitate degenerant in materiam, a luce ad tenebras.

VII. Dicitur, quia Iovis coniugium detrectavit, ab eodem destinata ad mortalis coniugium; quia cum in subiecto composito non cadat simplex appetitus, quandoquidem per potentiam materialem materialiter, per formalem formaliter appetit, ideo efficienti materiali et physico subiicitur.

VIII. Dicitur quod mortalium connubia repudians in varias formas migrat; quia subiectum quantumvis, ut proxime dictum est, tenebris affectum, optimam tamen lucem desiderans, hoc est formam, et universalem in particularibus omnibus atque singulis est inconstans.

IX. Quod Chiron Centaurus Peleum docuerit Thetidem in quibuscunque formis latentem semper complecti, notatur subiectum physicum sub quacunque forma latens, cum non sit prima materia, semper esse aliqua ratione sensibile et apprehensibile.

X. Per Thetidis in Haemonia antrum significatur subiecti consistentia circa et prope fines Orci et in contubernio tenebrarum; proxima enim ratio, quae sequitur materiae rationem ubi primum formam substantialem susceperit, est ratio subiecti; subiectum enim est, quod proxime dividitur in primam materiam et formam substantialem.

XI. Dicitur delphinum insidere, ab ipso vehi et ipsum

---

5. 6 ⟨tanquam⟩ a luce *M*   15 hoc est] ÷ *AM*   22 *innanzi a* Per *cancella* Quod *A*   Aemonia (*sic*) *M*: Aemoniae *A*

frenare, quia subiectio fluctuat supra materialitatis fluctuantiam. Hanc enim rationem mutabilitatis elementi cognoscimus emanare e mutabilitate materiae.

XII. Nuda fingitur, quia omne subiectum, quatenus **138r**
subiectum formarum, requirit et desiderat operimentum et ornamentum.

XIII. Somno sopita a Peleo praevenitur, quia subiectum non intelligendo vel considerando, sed agente et operante cognoscenteque formatur seu formabile est.

XIV. 'Precibus tentata' non consentit, sed vi cogenda persistit, quia subiectum ratione formabile non facile se praebet operanti; unde in omni operatione circa materiam physicam labor est et exigitur.

XV. Peleus a Thetide in tigrim transformata perterrefactus desistit, quia agens interdum a subiecto exsuscitat formas, quas minime intendisset, quia videlicet non omnis agentis operatio circa subiectum finem intentum consequitur, sed interdum contraria.

XVI. Thetis per se ipsam facillime omnes figuras assumit, quia subiectum physicum formas proprias sponte innumerabiles veluti e se ipso educit, hasque intrinseco cultore, difficiliter autem extrinsecus operanti obsequitur; unde videmus terram facile producere suas herbas et animalia, difficile vero a cultore converti ad certas fruges atque fructus.

XVII. Formae, quas per se ipsam assumit, sunt deteriores, utpote venti, arboris, serpentis, tigridis, optimam

---

7 sopita (*cf. Ovid. l. c. 251*) *noi*: sopito *A*: sopitur *M* 8 ⟨ab⟩ agente *M* 10 *Ovid. l. c. 239* 11 facile *M*: facilem *A* 21 extrinseco (ex *sublineato, supra* in) *M*: extrinseco *A* 22 difficulter *M* 24 conv..ti A^1: diverti *M* 27 venti] *forse* volucris o avis; *cf. Ovid. l. c. 243*

vero formam laboriose atque raro, haecque unica est, illae multiplices; quia rationes, figurae et actus perfectissimi sunt raro, in paucis et singulares; quia et ex animalibus perfectissimis pauciora numerare licet quam ex aliis.

XVIII. Facultas generalis, qua in omnes formas deteriores facile mutatur, per Chaos Anaxagoricum, in quo est inchoatio omnium formarum, veluti in confuso et mixto, quod forte est Thetidis speculum, in quo non se uniformem et explicitam, | sed in quadam confusione et implicatione **138v**
omniformem contemplatur.

XIX. Peleo tandem coniux destinatur, quia quicquid sit de eius passiva et formabilitatis potentia, ut tamen in actum prodeat, efficienti subiiciatur oportet.

XX. Eius nuptiae in Pelio monte celebrantur, quia subiectum dignitatem et celebritatem suscipit a nobilissima forma, quae formis superioribus et coelestibus est affinis et ab illa potissimum denominatur, sicut usu venit ut imperator, etiamsi sit rex, princeps et dux, a praestantissimo titulo absolute nuncupatur. Ita et formae naturales, etiamsi plures utpote secundum rationem plurium potentiarum in unam concurrant, in superioris tamen et altioris titulo et denominatione celebratur subiectum; unde quamvis in plantis sit forma elementi perfecte compositi et vegetativa, vegetativa tamen denominatur, in animantibus ultra has vires a superiori forma (quae est sensitivum) recipitur denominatio, ab anima intellectiva seu potentia intellectiva homo denominatur.

---

1 haecque *M*: et q̄ (*cioè* et quae) *A*   6 *forse* ⟨notatur⟩ per   7 inchatio *A*: formatio *M*   12 passiva efformabilitatis potentia *M*   14 *dopo* quia *cancella* cele *A*   19 nuncupatur] *la lettera* a *è corretta in A*: *forse* nuncupetur   23 elementi ⟨mixti⟩ *M*   24 denominantur (*scritto* denoãntur) *A*   animalibus *M*

XXI. Dicitur Deos omnes huic connubio interfuisse, quia in subiectum rerum naturalium, quod est in regione elementorum, influunt omnes caussae superiores, quemadmodum ab universali circumferentia ad centrum omnes semidiametri mundi protenduntur, ad instar quod creditur terra in medio universi ab omnibus stellis recipere influentiam et ideo speciebus omnibus esse formabile, et tanto magis influxum rerum omnium recipere, quanto magis ad medium et centrum illius fit progressio, quia ibi vere terminantur omnes lineae et omnes radii stellarum concurrunt. In locis enim extra centrum etiamsi coëant plurimi, longe tamen abest ut omnes coire possent diametri. Hinc effectum est, ut ter|rae centrum omnium divitiarum antiqui **139r**
existimarint, et ideo Plutum habere regiam finxerunt.

XXII. Dicitur et fingitur Litem solam ex Diis omnibus abfuisse, et pomum aureum in medium tantummodo iniecisse pro munere; ad significandum quod ad subiecti constitutionem caussae omnes concurrunt quae concordant, Lis autem munere concurrit, non autem persona, quia in subiecto contraria conveniunt potius citra contrarietatem; ubi enim compositum est constitutum et permanens, sub concordantia seu amore munera Litis latent.

XXIII. Deos omnes, iuxta antiquorum consuetudinem quae adhuc apud Germanos perseverat, qui nuptiis interfuerunt, munera obtulisse dicitur; Vulcanus enim cultrum, Mars equum, Iunonem chlamydem, ceterorumque singulos singula obtulisse; quia in omni physico subiecto virtus

---

12 possint *emenda M*   13 *forse* divitiarum ⟨arcam⟩ *o qualcosa di simile*   14 ideo ⟨ibi⟩ *M*   16 affuisse A^1: adfuisse *M*   24 quae *M*: qui (*avrà avuto in mente* morem) *A*   26 Juno *emenda M, ma lascia inemendato il seguente* singulos

omnium formarum pro capacitate in unitate formae, sicut et in unitate materiae fundamentum omnium potentiarum concurrunt. Unde 'omnia in omnibus' intellexit Anaxagoras.

XXIV. Dicitur Thetin multos genuisse filios, quia in subiecto physico verificatio innumerabilium specierum perficitur.

XXV. Ex his multos sub igne noctu occultabat, ut an essent mortales experiretur ex mortali, et ideo omnes fere mortuos esse qui ex Peleo; ad notandum species quae a subiecto physico recipiuntur, quae in compositione consistunt, dissolubiles esse, quae dissolutio proficiscitur a penetratione externi inter partes componentes. Hinc enim dissolutionem et divortium partium evenire notum est; dissolutivum autem maxime omnium et alterativum est ignis, propter eius activam penetrantiam. De corruptibilibus autem ea quae magis sunt penetrabilia, facilius consequentes dissolubilia, facillime alterantur et corrumpuntur.

XXVI. Ex omnibus natis Achilles, qui diu ambrosia perfundebatur et nocte igni supponebatur, virtute divini liquoris perstitisse potuit, quia e subiectis omnibus physicis
humanum subiectum, quod ex | parte lucida, utpote quae **139v**
est de genere lucis et naturae divinioris, [quae] ambrosia perfunditur, hoc est Deorum esca enutritur et expletur, et secundum aliam partem caeteris fratribus assimilatur, unde duplex ducit genus, ratione melioris partis non a mortalitate absorbetur.

XXVII. Achilles divino numine quasi virtute superhumana devicta Thetide progenitus dicitur, unde ait poeta

---

18 die A^1: Dei *M* 22 de Natura *M* *abbiamo cancellato* quae 23 hoc est] ÷ *AM* 26 absorbetur *M* (*dove* non absorbetur a mortalitate): absolvetur *A* 28 Poeta ⟨Ovidius in Metamorph.⟩ *M*

'non sine numine vincis'; quia ad eiusmodi subiecti constitutionem duplex natura, utpote inferior et superior, (concurrere) videbitur.

XXVIII. Inter alios natos Thetis Clytiem genuisse dicitur, quam Apollo peramavit, et postea ob zelotypiam erga sororem Leucothöen destituit. Significat subiectum quoddam inter animalia, quod est anima rationalis, quam lumen intellectus agentis informat, quaeque sicut composita physica omnibus formis naturalibus subiiciuntur, ita omnibus intelligibilibus subiicitur speciebus. Destituitur tamen interdum a suo lumine propter affectionem erga materiam, unde lunae comparatur, quae interdum clara, interdum obscura, interdum διχότομος animadvertitur et conspicitur, quemadmodum vel totam, vel secundum partem plus vel minus lumini se opponit et subiicit.

XXIX. Dicitur quod quamvis ab Apolline destituatur, non propterea in amore illius luminis deficit, sed amplius accenditur, unde ipsum orientem, progredientem et occidentem oculis, lacrymis et suspiriis perpetuo persequens Deorum commiseratione in heliotropium conversa fuit; ad significandum lucem subiecti intelligentiae perpetuum, licet igni destituatur, enutrire et fovere sciendi desiderium, unde scientiam omni studio persequitur, incessanter et infatigabiliter ad rerum veritatem adnititur; unde sicut heliotropium aeternam habet ad solem conversionem, ita anima humana perpetuo in circulum circa lumen intellec-

---

1 *Ovid. l. c. 263* 3 concurrere *M*: *om. A* 4 Clytiem (*cf. Ovid. Metam. 4, 206*) *M*: Glytiem *A* 8 numen *A*[1] 13 διχοτομὸς (*sic*) *A*: dichotomos ⟨, interdum panselinos (*l.* -enos) hoc est media⟩ *M* 15 obijcit *M* 20 Erytropiam *A* fuerit *M* 21 lucem *noi*: luce *A* : quod *M* 22 *abbiamo aggiunta l' interpunzione innanzi a* licet *e dopo* destituatur 23 unde *om. M* 24 infatigibiliter (*sic*) *A*: indefatigibiliter *M* admittitur *A* 25 heliotropion *M*: elytropia *A*

tus agentis versatur, laborat et nunquam quiescens delectatur.

XXX. Thetis de mari, in mari, circa mare, ex mari significat multiplicem subiecti rationem, subiectum videlicet in quo, | sicut nix est subiectum albedinis; ex quo, **140r** sicut lapis et lignum et caementum sunt subiectum domus; de quo, sicut lapis est subiectum statuae per decisionem partium et ablationem quandam; e quo, sicut cera et colliquabilia sunt subiectum diversarum specierum, ut equi, hominis, arboris; circa quod, sicut natura est subiectum naturalis philosophiae, Deus est subiectum theologiae. Quae dicuntur subiecta intentionis, circa quae versatur speculatio seu contemplatio, eadem dicuntur obiecta; differt enim subiectum ab obiecto, quia hoc tantum subiici dicitur respectu potentiarum cognoscitivarum, illud vero omnium quorum est aliquid recipere; unde obiecta dicuntur duntaxat respectu sensus externi, interni, rationis et intellectus, quibus respondet subiectum circa quod.

STATVA SAGITTARII PRO EXPLICATIONE CAVSSAE FINALIS.

Cum determinatum sit de reliquis tribus caussis in praecedentibus statuis, nunc tandem de hac, in qua caussam finalem designare licet, consequenter determinemus, quam sane per Sagittarium significamus, in quo opus, figura, instrumentum, intentio et media universa ad caus-

---

1 *dopo* et *cancella* denotatur et A, *dove anche la prima sillaba del seguente* deluctatur *è corretta*   6 coementum *A*: cementum *M*

sam et terminum, propter quod caetera fiunt, significandum sunt accommodata.

In Sagittario igitur primo considerare oportet, quod duplicem illi sedem tribuisse possumus, vel hanc post alia principia vel aliam prae aliis; ad denotandum finem quodammodo praecedere, quodammodo vero subsequi caeteras caussas, ut consideratur veluti est in intentione et movet agentem, vel ut est in executione consumatio operis agentis; sed primo modo habet rationem caussae per se, secundo vero conditionaliter et mediate.

II. Quia finis distinguitur in opus et organum (ut loquitur Aristoteles), utpote est finis medius et est finis ultimus: finis medius, ut digestio est caussa ambulationis finalis; finis ultimus, ut sanitas est caussa finalis ambulationis; finis me|dius, ut extensio ferri est finis contusionis **140v** per malleum; finis ultimus, ut ensis et culter: quae distinctio significatur in iaculatione Sagittarii et attactu scopi.

III. In duplici consideratione operis Sagittarii, quo vel ipsa iaculatione et actu iaculandi profecisse intelligatur, et quo universum sagittariae artis opus ad aliquid extrinsecum referat tanquam bonum, notat finem in quibusdam esse actionem, in quibusdam opus, quod est actionis terminus, in aliis vero aliquid aliud, ad quod tum actio tum opus ordinatur. Exemplum primi, ut finis gulosi non est satietas, sed potatio et comestio; exemplum secundi, ut finis sutoris non est assuere et scindere, sed

---

1 quod *A*: quem *M* 1 *e* 6 coetera *e* coeteras *A* 8 consummatio *M*, *ma cf. p. 52, 19. 77, 15. 104, 29. 122, 14. f. 163r* § *XXX. 165r* § *XII etc. Qualche rara volta (per es. p. 117, 10 ?) troveremo la forma con due* m *anche in A* 11 Finis[2] distinguitur quia[1] *A* 17 iaculatione] diambulatione *A*: eiaculatione *M* attac.. *A*[1] 19 eiaculatione *e* eiaculandi *M* 21 notat] *come se precedesse* (*v. 18*) duplex consideratio *etc.* 25 compotatio *M*

vestis; exemplum tertii, ut finis vestiarii non est vestis, sed indutum esse.

IV. Finis adhuc ultimus distinguitur in ultimum simpliciter et ultimum in genere, sicut in Sagittario finis ultimus in suo genere est adeptio praedae seu venatilis, qui quidem est non finis ultimus simpliciter, sed est ille ad quem omnia et universa ordinantur et quod ad aliud non ordinatur ipsum. Adeptio enim praedae adhuc ordinatur domini in cibum et indumentum, hic ad hominem, hic ad speciei humanae constitutionem, haec ad generis complementum, hoc ad mundi ornamentum, hic ad universi constitutionem, hoc ad Deum, qui est finis ultimus simpliciter.

V. In hoc fine simpliciter ultimo oportet considerare proprietatem, qua idem dicitur primum et simpliciter principium. Concurrunt enim duo haec, ultimus finis et primum principium, et propterea dicitur alpha et omega, caussa caussarum, quatenus principium; principium principiorum, quatenus finis.

VI. Sicut ablata venatione et venabili deponitur ars et opus et intentio Sagittarii, ita remota caussa finali et posita caeterae caussae ponuntur et removentur.

VII. Sagittarium colloca inter Parcam et Gratiam, ad significandum duplicem finem, necessarium videlicet et **141ʳ**
utilem; necessarium refertur ad speciem, utile ad occasionem et individuum.

---

5 venatibilis A^1 8. 9 adhuc ordinatur $\overline{\text{Dni}}$ (*per la forma del* D *cf. ad cs.* Deus *p. 108, 6 e f. 156* § *XXX*) in cibum et jumentum *A*: ordinatur (*om.* adhuc) ad hominis cibum vel indumentum *M*: indumentum *sembra felicemente emendato* (*il* jumentum *di A non darebbe senso buono, neppure se modificato in* iumentûm; *o forse* adiumentum*?*) 11 *innanzi a* mundi *cancella* universi *A* 15 quae item A^1 21 opus] oo *aveva cominciato A* 25 necessarius *e* utilis ad *emenda M*

VIII. Adde accidentia finis, primum tribuendo assistenti palmam et gladium; ad notandum quod finis est illud, quod est aptum sua positione et pollicitatione praemium et sua privatione combinatio.

IX. Illud ad quod tendit propositum et intentio, est finis.

X. Quod est gratum et iucundum.

XI. Quod in usu vel fruitione consistit, unde duplicem finem constituunt theologi: quo utimur, ut est executio praeceptorum et legis, quae est finis mandatorum (similiter quo pascimur, nutrimur, ut est Verbi victoria, qua triumphat ecclesia); et quo fruimur finis, ut est ultimus, qui sequitur magnae diei retributionem.

XII. Nemo sagittat ad stellas vel ad instantissima quaeque; ideo finis definitur propositum quod est possibilis adeptionis.

XIII. Quod habet rationem thesauri vel boni, quod quidem duplex est, verum videlicet et apparens, ipsum est finis; non enim intenditur solum bonum, sed quod boni speciem habet.

XIV. Finis est qui dirigit et regulat iaculantem. Terminus enim intentionis est ratio rei agendae; qui enim rem perfectam et bonam intendit, perfecte et bene operari contendit.

XV. Finis habet allicientis et attrahentis similitudinem, sicut magnes dicitur ferrum trahere, pulcritudo amorem concitare et amantem pellicere.

XVI. In fine considera veluti ducem et indicem, quatenus invitat ad operandum, disponit operantis organa.

---

3. 4 pmiū *A*: premium *M*   4 combinatio *A*: comminutio *M*; *l'intero luogo è a noi oscuro*   10 quod est verbum victoriae *M*   11 *e* 12 et finis quo fruimur *e* magni *M*   12 *dopo* diei *lacuna di quattro lettere in A*   27 ducem *corr. da* lucem (*o viceversa?*) *A*: lucem *M*

XVII. Considera finem ut laborum condimentum; hoc enim laborantes delectamur, vel saltem laborem contemperamus, | vel laboris sensum perdimus. Unde Laurentius in 141v medio carbonum ignitorum hilaris principi insultabat, Anaxarchus Nicreonti tyranno e pila, in qua contundebatur, irridebat.

XVIII. Finis est ad quem est directio et erectio; et hic modus differt a praecedenti, quia idem finis dirigit et erigit et est ad quem directio est et erectio.

XIX. Finis est norma et regula et caussa deliberationis seu electionis; omnis enim deliberatio et ratiocinium in consultatione positum finem respicit et intendit.

XX. Finis definitur elaborata operatio et actio. Unde finis duplex est: intrinsecus ad actionem, sicut finis studii est contemplatio, finis contemplationis est veritas; et externus, qui in operatione situs est, sicut finis agriculturae est messis. Unde factivae artes sunt quae versantur circa externam materiam, utpote externum finem; activae autem quae circa internam materiam seu intelligibilem, proprie sumtis terminis agendi et faciendi.

XXI. Finis est, quod assecuti lucrum et quaestum fecisse dicimur.

XXII. Definitur bonorum laborum gloriosus fructus, retributio seu compensatio.

XXIII. Finis est, quem recte operantes merito et iure assecutos dicere consueverunt.

XXIV. Finem definiunt, ad quem tendit intentio et in quo terminatur eadem.

---

5 Nicreonti (*sic*) *AM, e così similmente* Nicreonta *Sigill. Sigillor. F 1r, dove il Gfrörer* (*p. 578*) *corregge* Nicocreonta   qua *M*: quo *A*
22 dicimur: q (*sic*) *A*

XXV. Finem aiunt, quod est optabile vel optimum sive in genere sive simpliciter.

XXVI. Finem definiunt, pro quo aliquis non perperam vel temere rogatur et rogantem exaudit.

XXVII. Quem libenter inquirimus.

XXVIII. Quem gaudentes invenimus. 142r

XXIX. In quo pacifice conquiescimus.

XXX. In quo desinit omnis intentio et operator.

Qui omnes modi possunt ad diversas actiones, passiones et circumstantias in, circa sagittarium confingendas referri, prout cuique melius atque commodius pro suo ingenio videbitur.

DE MONTE OLYMPO

AD DESCRIBENDAS VNIVERSAS FINIS SIGNIFICATIONES.

Sicut diversis modis quibus finis intentionis, a quo est denominatio caussae finalis, ita et finis secundum universalem significationem in sua significata distinctus suppeditat copiam iudicii ad distinguendum et inventionis ad multiplicandum conceptiones. Liceat ergo cuique notare ad praedictorum exempla vulgatas montis Olympi circumstantias et proprietates, tum ratione qua mons est, tum ratione qua huiusmodi et hic mons est. Notentur conditiones aptae ad repraesentandum, et aliae necessariae fingantur.

I. Igitur in monte consideramus marginem, extremitatem, principium et finem, ad memoriter retinendum si-

---

10 in et circa *M*   14 ⟨OMNES SEU⟩ UNIVERSAS *M*   15 *luogo corrotto; forse al posto di* quibus *c' era un verbo come* distinguebatur

gnificationem finis, qui consistit in magnitudine rei; unde finis lineae est punctus, superficiei linea, corporis superficies etc.

II. A figura et dispositione montis occurrat consideratio finis, qui est forma et figura rei, qua unumquodque corpus terminatur et propriam speciem promit.

III. Situs montis occurrere facit finem localiter significantem; unde finis loci est supremum, extremum, infimum, profundum etc.

IV. Aliqua metamorphosis, ut considerato quod ex Atlante astrologo est mons, ad significandum finem et terminum mutationis; terminus a quo, terminus ad quem, vel in quem et ex quo.

V. Ex imaginato ascensu et descensu ad cacumen et **142v**
ad radices occurrit ratio finis, qui est motus localis, et appellatur quies.

VI. Similibus rationibus applicentur subsequentes significationes, utpote pro fine temporis, ut occasus, ortus, nocturni et diurni, praesens quod est finis praeteriti etc.

VII. Pro fine consistentiae, ut evacuatio, exinanitio, extirpatio, abscissio.

VIII. Pro fine dictionis seu narrationis, ut conclusio, peroratio, epilogus.

IX. Pro fine extremitatum, quales sunt terminus uterque extra medium argumentationis.

X. Pro fine voluntariae suspensionis ab opere, ut cessatio, intermissio, dilatio.

XI. Pro fine non voluntariae vel violentae suspensionis, unde dicitur obstaculum, impedimentum, obex.

---

10 *forse* consideratio? *ma anche il resto del periodo sarà corrotto* 12 ⟨et⟩ terminus a quo *M* 13 et ex quo ⟨, fines sunt omnis transmutationis⟩. *M* 24 qualis est *M* 27 cessatio] caussatio *A*: pausatio *M*

XII. Pro fine distinctionis, ut est in materialibus sepes, murus, maceries et terminus agros distinguens, in logicis copula, disiunctio.

XIII. Pro fine terminationis, uti est definitio et descriptio, unde res et intentiones ab aliis rebus et intentionibus finiuntur.

XIV. Pro fine repressionis, unde est effrenatio, compescentia, retractatio.

XV. Pro fine laboris, unde est quies, relevamen, sublevatio, refrigerium, respiratio.

XVI. Pro fine modalitatis, unde res modum habere et rebus modum praescribi intelligimus, qui significatur per adverbia quatenus, quoad, adeo, ut, maxime, praesertim etc.

XVII. Pro fine iudicii, unde sequitur verificatum esse, for|matum esse, informatum esse, sancitum, unde dona- **143r**
tum, condemnatum, iustificatum.

XVIII. Pro fine presentiae, unde discedens, relinquens, absconditum, elongatum.

XIX. Pro fine favoris, unde destitutum, derelictum, abalienatum, rebellans, deficiens, contemnens.

XX. Pro fine successus, unde denominatur eventus, casus, occasionatum, fructus, proles, bonus vel malus odor etc.

XXI. Pro fine virtutis, unde aliquid dicitur lassum, defatigatum, infirmatum, obsoletum, debilitatum.

XXII. Pro fine operationis, unde sarcinas colligere, instrumenta ligare, complicare, receptui canere.

XXIII. Pro fine operis, unde aliquid dicitur absolutum, consumatum, perfectum, ad extremum unguem.

---

7 ⟨domatio,⟩ refrenatio ***M***, *e certo* effrenatio *è corrotto* 8 retractio ***M*** 21 conten nens (*sic*) ***A*** 29 consummatum ***M***, *cf. a p. 98, 8*

XXIV. Pro fine qui est necessitas ipsa, quale est fatum, fortuna, sors, Parca, Lachesis, Atropus.

XXV. Pro fine corruptionis, qualis est mors, letum.

XXVI. Pro fine ultimae administrationis, qualia sepultura, funus, exequiae.

XXVII. Pro fine ultimae resolutionis, qualis designatur per ossa, pulverem, cineres.

XXVIII. Pro fine reparationis, qualis est instauratio, refectio, redemtio, repullulatio.

XXIX. Pro fine intentionis agentis, ut est bonum, appetibile, dignitas, meritum.

XXX. Pro fine ultimae executionis, quod idem est principium omnis operationis et praepositus est atque praenumeratus pro quarto caussarum genere, qualis est gloria, perfectio, vita aeterna et similia, quae in triginta conditionibus Sagittarii significantur.

In qua quidem ratione, sicut | in aliis, illud in memo- **143v**
riam est revocandum, quod per praesentem distinctionem et ordinem, quem quilibet concatenando et consequentibus quibusdam rationibus coordinando poterit figurare, quandoquidem, ut clarissimis tandem exemplis insinuabitur, non solum haec facere videbuntur ad retentionem et iudicium et inventionem circa subiecta horum terminorum (quatenus videlicet ubi una e 30 significationibus occurrerit, potest per alias 29 deduci, quaecunque sit illa), sed etiam hae omnes significationes atque singulae tum per alias statuas formantur universas, tum etiam quodcunque considerabile perlustrare maxima facilitate possunt. Sicut

---

1 ipsa *om.* *M*   *innanzi a* quale *cancella* unde *A*   3 letum *M*: lethum *A*   4. 5 sepulturae *A*[1]   9 redētio repululatio *A*: redemptio repullulatio *M*   23 subiecta *M*: subjectis *A*   24 ò 30 *M*: et triginta *A*   25 poterit *M*

enim in proposito finis secundum omnes significationes dicitur de omnibus rebus, seu de omni dicibili et considerabili, aut active aut passive, aut in recto aut in obliquo, aut antecedenter aut consequenter, aut tandem affirmative aut negative; ita et reliqua omnia de omnibus, reliquae inquam omnes statuae et omnia statuarum membra, ita ut quodcunque sit illud de quo futura est consideratio vel sermo, cuiuscunque ex istis (tum secundum totum, tum secundum partes) applicationem subterfugere nequeat, citra perturbationem ordinis, confusionem, difficultatem et vaniloquii speciem.

ORDO TERTIVS.

Consequens est modo de consequentibus principiis sternere disciplinam, quae nimirum primo quidem tria sunt, utpote bonitas, magnitudo et virtus. Primum autem a bonitatis consideratione exordientes proponimus, pro duplicis significatione bonitatis praesentanda, duorum numinum campos.

DE CAMPO COELII ET VESTAE.

Sicut duplex est bonitas, naturalis videlicet et moralis, ita duplicem bonitatis imaginem distincte sumere opor-

---

8 cujusque (cun) *A* 12 *cf. a p. 62, 23* 19 COELII] CAELII *M*: COELI *A*; *anche in seguito si alternano a capriccio* Coelius (*cioè il* Caelus *degli antichi*) *e* Coelum, *ma qui l' unione con la dea Vesta esclude, ci pare, l' appellativo* ET VESTAE *A*: ÷ (*cioè* hoc est) BONITATE NATURALI *M*

tet. Prima significatur per Coelium, in quo triginta notiones denotamus:

I. Est Coelius nudus, significans puritatem, quia bonum dicitur | quod purum, incontaminatum extrinseco et **144r** alieno apposito adiacente, accidente.

II. Est solus, incomitatus, ad significandam immixtionem, quia bonum dicimus vinum et lac, quod est purum et merum; quae unitas differt quantitate, differt a nuditate, quia nuditas dicit bonitatem per exclusionem indumenti accidentium, unitas dicit bonitatem per exclusionem mixtionis et alterantis concomitantiae.

III. Est quintae essentiae substantia, ut aiunt, ad notandum bonitatem ex parte simplicitatis. Nullum enim compositum vere naturaliter bonum, quia in omni compositione intelligitur potentiae et materiae et defectus quaedam ratio, quae vel malitiam vel boni privationem protestatur.

IV. Coelius immutabilis est, quo quidem notat bonitatem ex parte veritatis; bonum enim est in genere vel specie vel numero, quod verum est in tali genere, specie etc.; unde bonus leo, bonus tyrannus, bonus serpens.

V. Coelius est bonus, quia a bono principio; unde vulgariter bonum dicitur quicquid a Deo factum, idemque est naturalis bonitatis ratione; sicut malitiae ratio atque defectus vel inordinatio, quae reperitur in monstris et aliis eiusce generis defectibus vel excessibus, ad casum vel fortunam vel sortem referuntur.

VI. Coelius in ordine et symmetria stellarum, tan-

---

8 quantitate, differt *om.* ***M***: *forse* quantitate [, differt] a *etc.* ? 12 quintae essentiae, substantiae ***M*** 14 verè ***M***: ferè (*ma la lettera* f *è corretta*) *A* 23 à Deo *A*: ab eo ***M*** 24 ratione (rōe) *A*: ratio ***M*** 25 monstris ***M***: mr̄is *A* 27 refertur ***M***

quam in libro, descriptos habet ordines et rationes universorum motuum; unde bonum dicitur quicquid ex ordinato et intendente principio proficiscitur, malum vero quod ab ordine certaque serie cedat.

VII. Coelius ab operibus suis non frustratur; neque enim natura neque Deus frustra quidpiam intentant; non inquam frustratur in his quae ad rerum speciem spectant, siquidem in particularibus contingunt errores; unde bonum dicitur, quod non temere, frustra, ab re.

VIII. Quicquid tentat Coelum est ad aliquid condu- **144v**
cens et in aliquo genere utile; unde notatur bonum, quod est ad bene esse.

IX. Ad ordinem universi spectantibus apparebit omnem actionem et effectum esse bonum in genere necessitatis, quia etiam minima et quae sordidissima esse videntur, partes sunt maiorum et nobiliorum, sicut informia sunt partes formatorum, minima sunt necessaria principia magnorum, magna maximorum; et sicut minora esse non possunt sine minimis, ita nec maxima sine maioribus. Omnia igitur entia, qualiacunque sint, bona sunt, si quae rite inspiciantur, nihilo minus bona maioribus, si rationem principii habeamus, ubi bonitas totius a partium bonitate dependet.

X. Quod est secundum ordinem Coeli, secundum ordinem naturae dicitur et censetur; unde innotescit significatio boni pro omni quod est secundum naturam; unde legis, actionis et inclinationis omnis bonitatem regula naturae duntaxat philosophi naturaliores metiuntur.

---

2 ex* (* = *lettera cancellata*) *A* 4 cedat *A*: deviat *M*: *forse* cedit 10 Coelum *A*: Caelius *M* 20 si quae]quae *da cancellare? o piuttosto* sique? 24 Caelii *M*

XI. Coelum sensibile est archetypi Coeli similitudine et analogia efformatum, regulatum, perfectum; unde pendet ratio boni ex similitudine et conformitate ad divinum bonum vel imaginem, et bonum generaliter dicimus quod est optimo simile et in optimi maximi categoria, si qua est.

XII. Coeli ratio et curia talis est, qualem intellectus humanus meliorem fingere non posset; unde bonum dicimus quicquid est rationabile seu rationi consentaneum.

XIII. Non est sensus neque intellectus, qui Coelum iure valeat arguere, quantumvis censor deorum Momus examinet; unde novimus boni rationem esse irreprehensibilem.

XIV. In Coelo nulla est contaminatio; unde bonum dicimus et docemur tum quod est incontaminatum, utpote repurgatione non egens, tum quod purgatione egens est repurgatum.

XV. Considerantibus Coelum in haec inferiora influe- **145r**
re, apparebit significatio boni pro eo quod est sui diffusivum, communicativum, liberale, serviens, obsecundans.

XVI. Ex eo quod Coelum omnes motus et particularia membra ordinat et peragere suas vices constituit certis mediis atque semitis, reducimur in considerationem boni, quod ideo est bonum, quia ad bonum est via et sternit viam et est medium.

XVII. Quia per Coelum omnia ordinantur ad unum scopum, reducimur ad considerandum bonum esse quicquid ad ordinem conducit universi.

---

1 similitudinem *A*: ⟨ad⟩ archetypi caeli similitudinem et analogiam formatum *M* 5 Opt. Max. *A* 7 meliorem (*la sillaba* rem *sottolineata*) *A* non posset] posset non (*sic*) *A*: non potest *M* 14 dicimus *A*: dicimus ⟨dicere⟩ *M*: *forse* discimus ⟨dicere⟩?

XVIII. Consequenter ex antedicto bonum est quicquid est finis et quicquid est ad finem.

XIX. Consequenter ex proxime dicto bonum est quicquid facit et vivificat bonum vel bene.

XX. Consequenter ex proximo bonum est nutriens alensque bonum, utpote quod in bonum est convertibile; et tale est bonum in potentia, si est bonum materialiter, est autem bonum in actu, si est bonum nutriens effective.

XXI. Consequenter ex dicto quod sanat, medetur, reficit et est antidotum contra malum.

XXII. Consequenter quod sanata, medicata conservat et tuetur.

XXIII. Consequenter quod conservando et tuendo arcet malum et eripit a malo.

XXIV. Consequenter cuius absentia et privatio est mala.

XXV. Cuius contrarium est poena, et cuius positio est iucunda.

XXVI. Quod est in scala naturae et specierum ordinatum supra infimum gradum et infimus ipse gradus bonum quoddam est, quatenus basis et principium est eiuscemodi scalae.

XXVII. Quicquid in Coelo apparet, ut sol et astra, et 145v
species in superficie telluris delectationem cient; unde subit bonum esse quod revera pulcrum.

XXVIII. Quicquid ad similitudinem primarum caussarum in secundis, quae illas consequuntur, conforme apparebit, bonum secundarium appellatur et habetur, si-

---

17 appositio (*con indicazione di una variante* oppositio) *M*   18 est *corretto* (*esse A*[1] *?*) *in A*   23. 24 sol et astra et species (*senza interpunzione*) *A* : ☉, astra, et species *M*

cut et bonum secundum artem est quicquid naturam imitatur.

XXIX. Sicut triplex est Coelum (intentionale, abstractum a rebus, simulacrum in mente nostra, immo ipsa specierum intelligibilium collectio; 2.° physicum seu naturale, quod est sensibus externis obiectum; 3.° metaphysicum, archetypum et divinum, in quod rapiuntur divini homines), ita triplex bonum, ita in triplicis boni considerationem rapimur: intentionalis, realis et metaphysici; opinabilis, veri et absoluti.

XXX. Ex fine bonitatis ex scopo motus, ordinis, pulcritudinis devenimus in considerationem boni, quod idem est quod finis, cuius superius membra in propria statua explicavimus.

DE CAMPO VESTAE
VTPOTE DE BONO FORMALI.

Ex Coelio et Vesta nata est Astraea, quam iustitiae Deam appellant. Haec nobis fingatur legis moralis tabulas inscriptas habens, in quibus accidentia et rationes moraliter degentis legere liceat. Ipsarum ordo ita digeritur, ut

Primo aliquid bonum iudicetur ex indole, natura, genere; vulgatum enim est simile sibi generare simile, unde nobilitas ex sanguine censetur; multum enim facit inter quos a pueritia quispiam fuerit enutritus, quia quem nova testa capit, diu servabit odorem, et inclinationem virgae sequitur arboris inclinatio crescentis.

---

8 ita triplex bonum *om. M*; *forse invece del secondo* ita *bisognerà scrivere* et   11 scopo *M corr. A*   12 *innanzi a* devenimus *cancella* desc *A*
16 UTPOTE DE *A*: SEU *M*   21. 25 *Horat. Epist. 1, 2, 70*

II. Ab innocentia; pars enim bonitatis est recedere a malo, immo prima pars atque principium, tanquam impedimenti ablatio; *** operationem praecedat oportet.

III. Honestas seu congrua operatio et operati dispositio, con|tra quam praevaricantes in delicto dicuntur esse; **146r** delinquere enim est quasi derelinquere, et consistit in omissione boni, sicut facinus consistit in perpetratione mali.

IV. Conditio consequens innocentiam et honestatem est esse exemplare positum in consuetudine recte operantum vel a malo continentium; hinc boni dicuntur speculum caeterorumque.

V. Conditio praecedentem consequens est iustificatio et approbatio ex parte iudicis.

VI. Est agnitio securitasque ex parte iudicandi, quem non est quod iudicium formidet.

VII. Est bono proprium esse honorabile, dignum, suspiciendum.

VIII. Est etiam veluti castigatum vel castigatione non egens, disciplinatum vel non indigens disciplina.

IX. Est defensum ab iniuria, vel defensione non egens, si vel robustius vel clarius.

X. Est laudatum, celebratum, decantatum.

XI. Est exauditum, Diis gratum et acceptum.

XII. Est exaltandum et exaltatum, magnificatur vel magnificatum.

XIII. Est pro quo quisque gloriari potest vel debet,

---

2. 3 impedimenti tanquam ablatio *traspone M*: *piuttosto* ablatio; ‹impedimenti enim ablatio›, *e perciò abbiamo indicata una lacuna* 4 operandi *M* 9. 10 operantium *M* 10 ‹se› continentium *M*: *forse* abstinentium? 11 caeterorum *M* 14 quem *A*: quoniam *bene* (*o sarebbe preferibile* qui?) *M*, *dove* A Iudicio *invece di* agnitio 24. 25 magnificatum vel magnifaciendum *M*

si non secundum se, secundum Deum; etenim et Deum in sanctis suis et probis honorare praecipimur.

XIV. Est pro cuius contrario pudor et ignominia consequitur.

XV. Quod ⟨ad⟩ humanam societatem tuendam confert, quod est praeceptum, propositum, indictum, determinatum, lege definitum.

XVI. Quod sancitum, sanctum, benedictum, confirmatum, ratum.

XVII. Cui cedendum, obsequendum, obtemperandum.

XVIII. In quo confidere et sperare possumus.

XIX. Quod est secundum religionem et pietatem. **146v**

XX. Quod vel quo obtemperamus vel obtemperat moremque gerit bono, meliori vel optimo.

XXI. Quod est in scala civili conducens ad ethicum, politicum et oeconomicum statum.

XXII. Quo natura inferior naturae assimilatur superiori; unde tunc moraliter boni dicimur et perfecti, cum ex actione angelici, coelestes vel divini dici possumus. Ubi non requiritur ut in omnibus vitam superiorem aemulemur; peccamus enim, si velimus Diis assimilari non propagando; sed in his licet, in quibus natura nobis aliquid cum ipsis commune indixit.

XXIII. Quo spiritualiter agere dici possumus, utpote secundum spiritum ⟨verumque⟩ hominem, qui internus dicitur, operamur.

XXIV. Ex quo ex bona radice bona arbor, ex bona arbore boni fructus excrescunt et producuntur.

XXV. Quia secundum regulam, normam, canones vi-

---

5 ad *om.* *A* 18. 19 ex actione *A*: agnitione (al. actione) *M* 25 verumque *M*: *lacuna A* 29 Quia] *forse* Quo?

tae humanae persequitur actio et operatio a non declinante ad laevam vel dextram; et consequenter medium tenere extremitatum, in quo civilis omnis virtus consistere vulgatum est.

XXVI. Syndaeresin, quam appellant, utpote conscientiae internum remorsum remurmuratorem contra perversas cogitationes, qui de puppi animae nostrae reclamat vociferantem non contemnere, et ad imaginem intelligibilis mundi et architectum sensibilis ad istius dictatum conformari.

XXVII. Lineam non pertransire, haud inquam Stoicorum more, quasi iustitia et bonitas moralis in quodam individuo consistat, sed intelligendo lineam in quadam latitudine consistentem, ut illa sit non terminus sed index actionum.

XXVIII. Naturae operanti et dictitanti conformari (haec enim | in penetralibus numinis ratiocinii clariora **147r** praecepta morum insculpsit, sicut et semina quaedam non ita adaperta veritatis insevit), item facultatem et vires, quas ad bene operandum ab illa nacti sumus, omnes expendere, et quasi proprium talentorum numerum ad usuram promovere; quilibet enim bonus est, quatenus pro virili et facultate sua nihil praetermittit, de impossibilibus autem neque iustitia est neque iniustitia.

XXIX. Bonitas ex naturae dictamine est consideranda in his quae possunt prevaricare, inclinantur et impellun-

---

1 *f.* perficitur? 2 ⟨XXVI⟩ Et consequenter *M*, *dove quindi l'articolo seguente ha il numero* XXVII 5 Synterisin *A*: Syntheresin *M*; *cf. f. 158v* § *XXVI* 9. 10 dictamen conformare *M* 11. 15 *om. M* 11 haud *noi*: aut *A* 16 dictitanti *AM*: *f.* dictanti (*cf. v. 25*) 17 luminis *M* 18 inscalpsit *M* 19 adoperta *M* ⟨XXIX⟩ Item facultates (*sic*) et vires *etc. M, dove a v. 25* Proinde (*questa parola è anche in A, ma cancellata*) bonitas *senza numero* 20 nacti *M*: nati *A* 21 usum *M*

tur ad praevaricandum et non praevaricandum; unde castitas et abstinentia frigido et decrepito, febricitanti et nauseam patienti non tribuitur.

XXX. Rationem inter alas intelligentiae et superioris meliorisque naturae, et inter lapidem pondusque sensitivi appetitus haesitantem, fluctuantem et distractam vi intellectualis voluntatis frenare a praecipitio inferno et ad supernum appulsum pro virili attollere; si tamen aliqua regula est atque ratio, qua actibus naturalibus ratiocinium et positio legem indicere et vim inferre valeat renitenti. Sicut autem quidam actus pure sunt naturales, quidam pure voluntarii, quidam vero mixti; ita [in quibusdam est bonitas,] in quibusdam non est bonitas nisi naturalis, in aliis est absolute virtus et vitium, in quibusdam vero utrumque confunditur. His adde rationem bonitatis, quae est secundum statuam virtutum et vitiorum.

DE CAMPO OCEANI.

Attributa magnitudinis per Oceani campum depingimus. Consideramus igitur primo in Oceano distinctionem, quam distinctio modorum magnitudinis consequatur. Habet ergo 1. vastitatem, 2. efficaciam et virtutem, 3. excellentiam, 4. locationem seu continentiam; quibus significat diversos magnitudinis modos: 1. molis, 2. virtutis, 3. dignitatis, 4. continentiae seu | capacitatis, qui- **147v**
bus quintum adiicere possis, utpote numeri seu multitudinis.

---

4. 5 *il doppio* inter *è usato allo stesso modo anche altrove* (*per es. p. 132, 13*) 6 haesitantem *M*: excitantem *A* 7 inferni *M* 10 valeat remittenti (*sic*) *A*: renitenti valeat *M* 12. 13 in quibusdam est bonitas *om. M, dove v. 14* in caeteris vero 17 OCEANI ⟨SEU MAGNITUDINE⟩ *M* 20 consectatur *M*

Generaliter igitur in magnitudinis rei consideratione:

I. Occurrit ratio longi, lati et profundi, secundum lineam, vel lineae proportionalem superficiem, vel corpus, vel his proportionalia.

II. Adiectionem seu adiicientem inspicere licet per quam et a quo aliquid efficitur magnum.

III. Adolescentiam, augmentum, crescere, gliscere, aggregari, coacervari, congeri.

IV. Sequitur ut inspiciamus complementum, supplementum, pinguefactionem, quod adiicit, magnificat.

V. Integritatem, totalitatem, expletum esse, auctum esse.

VI. Magnificatum esse, cui deserviunt adverbia magnopere, vehementer.

VII. Consequitur sublatum, procerum.

VIII. Cui nihil deest, integrum.

IX. Ingens, pingue, immane, vastum.

X. Cui vix quidpiam vel nihil addi potest.

XI. Ad metam, ad iustitiam, ad integrum redactum.

XII. Sufficiens, iuxtum, eximium.

XIII. Cui additum aliquid esset superfluum seu supervacuum.

XIV. Prolixum, elongatum, amplum, dilatatum, expansum.

XV. Foecundum, irriguum.

XVI. Inundans, luxurians, scatens, effluens, exsuperans.

XVII. Immoderatum, sine modo et mensura.

XVIII. Indeficiens, irremissum, extensive et intensive excellens.

---

5. 6 per quaem (*cioè* quem *corr. in* quam) *A* 8 coacervari *M*: coacervare *A* 15 elatum *M* 21. 22 supervacuum *A*: supervacaneum *M* 26 exsuperans (es... A^1) *A*: exuperans *M*

XIX. Inflatum, tumens, turgens.

XX. Grande, immane, vastum, spatiosum.

XXI. Amplum, dilatatum, expansum, extentum.

XXII. Includens, capiens, circumdans, continens, vallans.

XXIII. Fertile, dives, excedens, exporrectum, effluens.

XXIV. Erumpens, crepans, praeterfluens, superfluum, relaxatum, diluvium, cataclysmus.

XXV. Nunquam deficiens in genere vel simpliciter, **148r** inconsummabile in genere vel simpliciter, cui identidem adiici quidpiam non potest.

XXVI. Inexaequabile ab alio in genere vel simpliciter.

XXVII. Incontentibile, hoc est quod ab alio contineri non potest, vel absolute vel in genere.

XXVIII. Indeterminatum, indeterminabile, immensum.

XXIX. Infinitum simpliciter vel in genere.

XXX. Universum, mundus. Cuius quidem numeri caussa et ordo et consequentia certa est, quia

I. Magnitudinem licet intueri in dimensionum ratione vel dimensionibus proportionalem iuxta quatuor vel quinque modos magnitudinis. Est enim expresse magnitudo quantitativa et corporea; similiter autem magnitudinem habet virtus et qualitas; unde longitudinem in calore et latitudinem inspicimus penes distantiam ad quam extenditur et gradus quibus agit et alterat, longitudinem in excellentia et dignitate in terminis ad quos autoritas se extendit, longitudinem et latitudinem in capacitate sicut

---

6 exporresum *A*[1]: exporre^{c}tum *corr. A* 10 inconsum|mabile (*se pure il primo* m *non è piuttosto tratto d' unione*) *A*: inconsumabile *M*; *cf. a p. 98, 8* 13 hoc est] ÷ *AM* 17. 18 numeri caussa *A*: numeri et causa *M* 20 vel ⟨in⟩ dimensionibus *M* 23 unde ⟨I⟩ Longitudinem *M* 26 autoritas *A*: authoritas *M*

vere aut proportionaliter (vas capit vinum, ingenium capit scientiam), longitudinem in numero et latitudinem per progressum divisionis et multiplicationis.

II. Occurrit consideranda ratio magni per principia magnificantia et materiam magnificabilem, vel per negationem magnificantis et magnificabilitatis, sicut magnitudo dicitur in his quae sunt per se magna.

III. Succedit effectus magnificationis, qui est adolescentia.

IV. Terminus illius motus.

V. Iudicium termini.

VI. Confirmatio iudicii et appositio.

VII. Denominatio ab excellentia.

VIII. Absentia desiderii seu carentia.

IX. Absoluta ratio eius inter alia.

X. Confirmatio illius absoluti esse et ratificatio.

XI. Capacitas et culmen et ultimus attactus adaequans | universam speciei capacitatem; et hic modus dif- **148v**
fert a praecedenti toto et integro, quia ille dicit perfectionem particularis et individui, iste speciei.

XII. Sufficientiam in specie pariter respondens superiori in particulari.

XIII. Confirmationem talis specificae sufficientiae.

XIV. Tendit ad excessum in se.

XV. Ad communionem possibilem aliorum et in aliis.

XVI. Ad supererogationem et actum communicationis sufficientis.

XVII. Tendit ultra sufficientiam.

---

1 verò *M*: ferè *A* 2 *dopo* latitudinem *ripete* in numero *M* 8. 9 adolescentiae *A* 16 *dopo* radificatio (*sic*) *aggiunge* (*cf. p. 116, 18*) quia illi vix quippiam addi potest *M* 18 universi *M* 21 respon-ens] *sic AM*

XVIII. Pollicetur indeficientiam et negat spem futuri modi.

XIX. Dicit caussam negationis futuri modi.

XX. Denominat et describit et intitulat secundum rationem absolutam quod est dictum.

XXI. Denominat idem secundum rationem respectivam, adaequans quodammodo illud ad quod refertur.

XXII. Denominat secundum rationem respectivam exsuperantem.

XXIII. Superlationem exsuperantiae dicit.

XXIV. Confirmat dictam negationem.

XXV. Indegradabilitatem illius superlationis.

XXVI. Proprietatem et singularitatem in praedicto attributo seu praedicato.

XXVII. Quod consequitur hanc proprietatem.

XXVIII. Similitudinem infinitatis.

XXIX. Fere infinitatem.

XXX. Confirmatam infinitatem et ratificatam.

DE STATVA MARTIS SEV VIRTVTIS.

Virtutis et efficaciae Martem typum assumimus, potius per ordinem consideratis virtuosi accidentibus, quam ocu-

---

3 Dicit caussam $\overline{18}$. ∻ negationis futuri modi (*il numero* $\overline{18}$ *sembra cancellato e il seguente segno di* hoc est *o* id est *sarà forse semplice segno di richiamo*) *A*: Confirmat dictam negationem *M* 4.6.8.10 *i numeri* $\overline{20}$, $\overline{21}$, $\overline{22}$, $\overline{23}$ *sono corretti da* $\overline{21}$, $\overline{22}$, $\overline{23}$, $\overline{24}$ (*o viceversa?*) *in A* 9 exsuperantem *M*: exuperantem *A*, *che però di solito adopera l'altra forma* 10 exuperantiae *AM* 11 *om.* (*ma cf. a v. 3*) *M*, *dove perciò gli articoli sono* XXIX *invece di* XXX 17 Ferè *A*: Veram *M*: *forse* Vero? *cf. ad esempio p. 123, 20* infi infinitatem *A*[1]

lis ad instrumenta vel partes aliquas conversis. Virtutis igitur conditiones examinantes circa aliquod subiectum,

Primo inspicere licet | ipsius aptitudinem, facultatem, **149r**
habilitatem naturalemque potentiam.

II. Consuetudinem, assuefactionem, studium.

III. Accuratam et perfectam habitus virtuosi adeptionem, cuius caussa est consuetudo; haec enim est principium mirabilium et incredibilium operationum.

IV. Adiumentum et auxilium extrinsecum, quod vires suppeditare alias et proprias adaugere valet.

V. Firmitatem, stabilitatem, immobilitatem.

VI. Rationem qua ex praedictis dicitur densum, spissum, armatum, cornutum, dentatum etc., vel in aliis, quae organa corporalia non admittunt, eadem metaphorice significantia.

VII. Quod consequitur animosum esse, magnanimum, intrepidum, quia a contrariis non formidat.

VIII. Non cadens, non lapsum, non dirutum, quod dicit actum et effectum virtuti contrarium.

IX. Non trepidans, non tremens, non nutans ruinamque minitans vel casum, quod dicit potentiam et inclinationem ad praedictum actum.

X. Non otiosum, deside, iacens et ab operatione abhorrens.

XI. Non disiectum, dilaceratum, effusum, effractum.

XII. Examinatum, tentatum, probatum: per aquam, ut aiunt, et ignem transivit.

XIII. Custoditum, defensum, protectum, curatum.

XIV. Munitum, vallatum, roboratum, provisum.

---

1 alias *M*   10 valeat *M*   14 metaphoricaò (*sic*) *A*   23 deside (*sic; αυτὰ voluto* desidens), iacens *A*: iacens, desidiosum *M*   24 abhorrens *M corr. A*: ab * * ens *A*[1]   27 transivit *A*: transibit *M*

XV. Virile, adultum, barbatum.

XVI. Ad agendum facile, ad patiendum difficile; seu difficulter patiens, facile agens.

XVII. Firmum, immobile, stationarium, immotum, movere potens.

XVIII. Ad agendum promtum, agile, exquisitum, paratum, velis, remis plumisque aptatum.

XIX. Frequens, continuum, non interpellatae actio- **149**v
nis, non interruptae constantiae, iugi virtute, efficacia et operatione.

XX. Natura efficiens, volens, vel ex habitu, qui veluti altera natura existimatur; quia sicut natura naturaliter agentibus, ita neque assuetis accidit passio.

XXI. Operosum, cuius operatio est quies, et cuius quiescere quodammodo esset violentum.

XXII. Quod attingit facile intentum scopum, cui nihil obstat, nihil repugnat, vel quod nihil impedit.

XXIII. Quod contra impedimenta, si quae sunt, alacriter et intrepide assurgit.

XXIV. Quod oppressis succurrere et adesse potest, succurrit et agit.

XXV. Quod agonizat, pugnat resistitque contrariis.

XXVI. Quod non vincitur, non superatur, non flaccescit, non debilitatur, vel vix.

XXVII. Quod impugnat, vincit, superat, expugnat, triumphat.

XXVIII. Quod est formidandum, tremendum, intentatum, inaccessum, evitatum, a quo declinant adversaria.

---

6 promtum *A*: promptum *M* 13 accidit *A*: accedit *M* 21 agit *AM*: *forse* adest 25 Quod vincit[2], superat, impugnat[1] *A*: Quod impugnat, superat, vincit *M*

XXIX. Irrefragabile, inexpugnabile.

XXX. Quod divinam habet vim vel divinae virtutis similitudinem, utpote vel infinitam vel maximam in genere vel magnam.

Quae quidem omnia eo quo lustrata sunt ordine ut passive ita et active sumi possunt, utpote quemadmodum considerasti virtutem ex parte aptitudinis, consuetudinis, studii, adeptionis, auxilii et caeterorum, quibus vel natura vel arte vel aliquo Deorum dono est virtute praeditum et efficacia quippiam in se ipso; ita subinde consideres virtutem ex parte qua active alia facit apta, assueta, studiosa, perfecta, auxiliata, seu | in quibus exsuscitat aptitudinem, **150r** consuetudinem, vel ex studio et actione ad vim promovet, vel in vi conservat; quia consumatio perfectae qualitatis et naturae, postquam est verificata in subiecto, si eminenter in eo comperitur, invenietur etiam communicative et diffusive.

DE TELLVRIS CAMPO SEV DE POTENTIA.

Potentiam seu possibilitatem per Tellurem coelo expositam significare volumus; sicut enim virtus activaque potentia ad superiora, ita possibilitas seu potentia passiva, receptiva et secundaria activa convenit inferioribus.

Porro potentia alia est ad agendum, alia ad patiendum, alia ad imprimendum, influendum, communicandum,

---

1 Irrefragabile *M*: Irrefragibile *A* 12 quibus[2] in[1] *A* 16 comperietur *M* 18 CAMPO TELLURIS *M* 23 secundaria activa *A*: secundariò (*om.* activa) *M*

alia ad recipiendum, obsequendum. Item quaedam est ad mutationem secundum substantiam, ut in his quae generantur et corrumpuntur; quaedam secundum dispositiones, ut in accidentibus illorum vel eorum quae sunt circa ipsa; quaedam secundum perfectivam informationem, qualis est intellectus et sensus, potentia et species intelligibiles, in quibus subiectis contrariorum ratio coit in unum, et ideo una eademque est contrariorum potentia, et quibus idem subiectum physicum simul laedit, afficit et informat, haec necessario afficitur et informatur. Quaedam vero potentiam admittunt minime passivam, minime innovativam, minime respectu novarum dispositionum et habituum et informationum; sed in his potentia coincidit cum actu, utpote in his quae spectant ad mundum intelligibilem, ubi omnia actu sunt, quod esse possunt. Iam per ordinem notentur rationes et membra, quibus aliquid esse in potentia vel habere potentiam verificari possunt.

I. Igitur est vis effectiva vel receptiva, utpote principium ad aliquid agendum vel patiendum.

II. Est appulsus, hoc est habilitas ad motum vere vel similitudinarie, quo ad obiectum vel formam appellat subiectum vel potentia.

III. Est appetitus ad talem motum vel motus simili- **150v**
tudinem, quem necessario praecedere vel concomitari ipsum mobile vel mutabile, in quo est eiuscemodi potentia, necesse est.

IV. Est impetus, utpote ratio consequens appetitum, sicut motus facultatem motricem vel mobilitatis.

---

9 laedit, afficit, et informari (*sic*) *A*: nequit affici et informari *M* 15 actu sunt *M*: actu *corretto in* adsunt (?) *A* quot *M* 17 *forse* potest 20 hoc est] ÷ *AM* 24 quem, *a quanto sembra* (?), *A*: quam *M* praecedere *noi*: recedere *AM* 25 motabile *M* 28 motum *A*[1]

V. Est facultas, assequendi termini, quem talis potentia respicit.

VI. Est facilitas, quae talem facultatem consequitur vel concomitatur; in multis enim est facultas eorum, quae non sine difficultate fiunt.

VII. Est persuasio et spes assequendi facile vel difficile ex eo quod aliquando factum est.

VIII. Est ratio ex eo quod in subiecto vel potentia est aliquid, quod praecedit actum vel ex quo sequitur actus.

IX. Est relatio et habitudo ad aliquid, quod deinde succedit vel est futurum ea ratione qua non est praesens.

X. Ex eo quod subiectum est mutabile, variabile.

XI. Quia ex subiecto, in subiecto, de subiecto et circa subiectum aliquid fieri potest vel est factum vel fit.

XII. Quia vel idem manens recipit vel recipere potest, inprimit vel inprimere potest habitum aliquem vel dispositionem.

XIII. Quia non est semper unum et idem, non est semper hoc vel semper non hoc sive illud.

XIV. Quia ad aliquem finem respicit, quem non est adhuc consecutum.

XV. Quia apparatus seu praeparatio apparet in ipso ad agendum vel recipiendum.

XVI. Quia factibilitatis vel agibilitatis rationi non repugnat, vel illi ratio non inconvenit.

XVII. Quia indifferens est ad contrarios terminos vel diversos, utpote non minus vel saltem aeque bene aliud vel diversum vel dif|ferens potest habere esse vel dispositio- **151r**
nem vel operationem ab his quae habet.

---

6 spēs (*cioè* species) *A*   16 imprimit vel imprimere *M*   19 *innanzi a* sive *cancella* s**o *A*

XVIII. Quia alterum contrariorum, alterum contradictoriorum non est necessarium ut sit, vel impossibile cum non sit.

XIX. Quia si terminus motus ipsius est difficilis, non tamen est insuperabilis; item quamvis haec potentia difficulter respiciat aliquem actum, vel subiectum respiciatur ab aliqua dispositione, fieri tamen potest ut assequatur.

XX. Quia voluntas vel rationalis vel intellectualis vel naturalis non debet frustrari, hanc tamen in subiecto verificare possumus vel potentia, active videlicet quia ipsum velit mutari, passive quia aliud ipsum mutare appetat non inordinato appetitu.

XXI. Quia exitus est ipsius vel ab ipso ad aliud.

XXII. Quia via sit illi ad aliquid aliud.

XXIII. Quia aditum habeat ad aliquem terminum, sive ingressum.

XXIV. Quia aliquid ipsum excipere vel capere, vel ipse aliud excipere possit aut habeat.

XXV. Quia impedimenta, quae talem potentiam tollere vel frustrari possunt, auferantur.

XXVI. Quia omnia impedimenta ablata intelligantur.

XXVII. Quia fovens, agens, alterans, perficiens adsit.

XXVIII. Quia idem quod adest velit, non frustra velit atque possit, tum per eius vim, tum per huius dispositionem.

XXIX. Quia actio praesens est, unde potentia activa et passiva necessario praesupponitur.

XXX. Quia iam actu est et factum est, omne autem quod est ideo est quia esse potest.

---

1 alterum contrariorum *om.* *M* 2. 3 vel possibile vel non sit *M* 2 cum] *forse* ut? 13 est ab ipsius *A*[1]*M* 18 habeat *A*: capere *bene* *M* 22 favens *da* fovens (*o viceversa*) *A* 28 actu *A*: actum *M*

CAMPVS IVNONIS.

151v

Iuno typus est medii; sicut enim aër seu aetherea regio mediat inter solem patrem et tellurem matrem, ita inter agentem et actionis subiectum, inter potentiam activam et potentiam passivam est medium quoddam necessarium, disiunctivum, distinctivum, copulativum, advectivum etc. Omnis autem potentia ad actum non sine aliquo medio reducitur; iccirco et medium inter generalissima principia inventionis iudiciique connumeratur, quod per Iunonem quilibet figurare sibi potest iuxta similitudinem aëreae regionis, pro qua Iuno capitur et cui dicitur imperare. Statua constitutionis facillimae est magis quam necessarium, quia ex ipso rei ordine et progressus res dignius et non minus commode inspicitur. De medii igitur significationibus

Prima est pro eo quod est via, trames et linea inter extrema mutationis.

II. Pro eo quod in medio cursus occurrit agenti, progredienti, promoventi vel promoto.

III. Pro eo quod concurrit; de efficientibus enim omnia praeter principale medii rationem obtinent, primus autem et praecipuus minime.

IV. Pro modo agendi et operandi; modus enim agendi est mediante quo res perficitur et perficit agens. Diversitas enim rerum agendarum a modo agendi non solum a prin-

---

1 DE CAMPO IUNONIS SEU MEDIO *M*   15 Prima est | Ī. Pro eo *A*: Ī est pro eo *M*   20 principalem *emenda M*: *o forse* primum autem et praecipuum?

cipiis proficiscitur; neque etenim semper eadem principia eundem producunt effectum.

V. Pro circumstantis; principale enim agens et subiectum sine accessoriis nihil agunt, quorum quidem consideratio concurrit cum consideratione effectuum. Porro cum infinitae sint ubique circumstantiae et caussae etiam necessario concurrentes, certe non ad omnes respicere licet, convenit et est possibile, sed ad eas duntaxat, quae principalibus proximae sunt atque cognatae.

VI. Pro scala et gradibus; forma enim quaelibet in- **152r**
troducitur in subiectum mediantibus quibusdam accidentibus et dispositionibus non confuse et perperam concurrentibus, sed per certos determinatosque gradus; unde bene dicitur species rerum esse sicut numeros.

VII. Pro intermedio, veluti nuncio, signo, indice, legato vel his proportionali, sicut et in naturalibus effectibus videmus undique veluti praenuncia quaedam anteire tum efficientem tum effectum.

VIII. Pro pacto, foedere, lege, iureiurando vel his proportionalibus; etenim et in naturalibus coniicere licet superiora in inferioribus exerceri et dominari veluti lege et praescripto quodam, quod medium est necessarium sine quo nihil efficitur.

IX. Pro nexu seu connectente activum passivo, agentem materiae vel supernum inferno, ut sunt nodus, catena, gluten et his proportionalia; sicut spiritum aiunt Platonici medium esse quo intellectuale et immateriale, quale est anima, uniatur corpori, alioquin cum inter hoc et illam nulla sit similitudo et sympathia, unio non esset possibilis ulla ratione.

---

25. 26 cathena *A* 28 juniatur *A*

X. Pro approximante et contrahente extrema in unum, ut aqua est medium quo duo pulveris genera in unam coire possent massam.

XI. Pro intercapedine, intervallo, interstitio et omni quod inter se contingentia mediat, quatenus contigua sunt, fluit; vel etiam quod interiicitur inter ea quae consequentia dicuntur, ut definit Aristoteles, inter quae mediat aliquid diversi generis.

XII. Pro eo quod interiectum est, ut cuneus, gluten clavum et similia et his proportionalia.

XIII. Pro eo quod disgregat, dispergit, disiicit et sua 152r
mole interposita discontinuat.

XIV. Pro vehiculo seu deferente, sicut vacuum medium vel spatium dicitur medium, per quod lux a superioribus ad inferiora transfunditur, vel aër medium, quo moto odor et sonus ad nares et aures pervenit.

XV. Pro indifferente seu indifferenter se habente, sicut iudex dicitur inter litigantes mediare et neuter dicitur; Parius item lapis inter verum et apparentem metallum indifferentiam habere dicitur; et oculorum color seu pupillae nullius vel medii coloris dicitur, quo inaffectus aliorum iudex esse possit.

XVI. Pro mediocriter se habente seu temperamento, quod cum neutrum sit componentium, quorum qualitates in ipsum concurrunt et remittuntur nec prorsus tolluntur, ad medium referri dicitur et extremorum seu componentium medium obtinere rationem.

XVII. Pro ministro seu servo vel pro quocunque

---

3 possunt *emenda M* 6 fluit, *a quanto sembra (?), A* : *om. M* 13 deferente *A*: devehente *M* 19 apparens metallum *corregge M* 21 in affectus *AM* 24 cum cum *A*[1]

quod serviliter vel ministerialiter concurrit ad aliquid peragendum.

XVIII. Pro instrumento seu organo, quod itidem ut medium concurrit in actione.

XIX. Pro omni effectu et quod exequitur a principio operationis et ab ultimo operato distinguitur, quae opera media appellantur, quae ad ultimum opus relata sunt et in quibus non conquiescit agens.

XX. Pro omnibus quae praeter agentem et materiam ad actionem concurrunt, quaecunque ea sint; unde duas principales caussas agnoscit Plato, subiectum videlicet et efficientem.

XXI. Pro omni quod inter extrema, quae in omnibus generibus maxime distare dicuntur, est collocatum.

XXII. Pro quocunque quod extremorum est particeps vel inde dicatur neutrum ipsorum vel utrumque; viridem enim colorem vel croceum possumus dicere vel partim album partim nigrum, vel neque album neque nigrum.

XXIII. Pro quocunque quod vel aequidistat ab extremis vel neutrum est exacte extremorum; unde horae mediae | inter ortum et occasum dicuntur vel proprie quae **153r**
est in puncto meridiei, vel communiter omnes praeter primam et ultimam.

XXIV. Pro termino in quo concurrunt et influunt extrema, ut centrum dicitur medium circuli vel sphaerae.

XXV. Logice pro medio quod est caussa et ratio eorum, quae affirmative vel negative verificantur, cui subserviunt dictiones enim, quia, nam etc.

---

4 *f.* actionem? 5 omni] omni eo A^1M 6 quae *A*: unde *bene M* 18 *dopo* album partim *cancella* non album *A* 25 in quod *M*: *forse* in quem 28 cui *M*: quae *A*

XXVI. Logice pro medio disiunctivo, ut cui subserviunt dictiones aut, vel, seu; vel medio copulativo, cui subserviunt particulae et, etiam, atque et similes.

XXVII. Pro eo quod est essentia cuiusque ordinis; quocirca ubi nullum est medium, ibi nullus esse potest ordo. Neque enim principium facit ordinem, nec finis per se facit ordinem; sed medium, quod necessario principium determinat atque finem, et non necessario ab iisdem determinatur.

XXVIII. Pro optimo fine; unde Pythagorici et Platonici Deum dicunt medium, circa quod anima convertitur. Item essentia cuiusque rei centrum mediumque rei dicitur cuiusque, et mens et Deus dicitur Pythagoricis secundum hanc rationem omnium sphaerarum, hoc est substantiarum, centrum.

XXIX. Pro omni eo circa quod est motus, unde axis, centrum et poli medium dicuntur, et aequinoctialis linea cingulum dicitur universi.

XXX. Pro eo in quod omnes vel plures naturae concurrunt; unde homo dicitur medium naturarum, quia omnis natura in illo verificatur. Item dicitur horizon universi; sicut enim in horizonte medio continuatur hemisphaerium superius et inferius, ita in homine copulatur mundus intelligibilis et sensibilis, et utriusque typum gerit secundum duplicem naturam, quae est ex parte animae et corporis.

---

1 cui *M*, *che inserisce* sunt *dopo* ut: qui *A*   14 hoc est] ÷ *A*: id est *M*   16 assis *A*[1]

DE DEMOGORGONE 153v
ID EST HABITVDINE SEV RELATIONE.

Demogorgon est prima ratio, qua natura absoluta et per se sibi sufficiens convertitur ad universum constituibile; virtute enim relationis seu habitudinis quam refert, quae est animadversio quaedam ad extrinsecus constituendum, omnia quae sunt habent esse et existentiam. In figurata et figuranda cuius statua per eius membra discurrenti licebit sufficientissime omnia penes universas, quas recipere potest, habitudines commetiri. Sunt igitur triginta respectivi esse relationumque differentiae:

I. Inter ideam et illud cuius est idea, quod illi dicitur simile. In qua relatione animadvertendum, quod non est conversio a simili ad ideam, quamvis sit mutua habitudo atque relatio; homo enim dicitur Deo similis et ad Dei similitudinem, Deus autem minime ad hominis similitudinem, sed in ipso dicitur idea ipsius. Similiter de brutis respectu hominis est iudicandum, quia inter aequales tantum intelligitur conversio.

II. Inter patrem et filium; quae relatio est in ipsis quae sunt animata et cognoscentia saltem rationalia, et ubi progeneratio est a simili substantia, et univocum eiusdemque naturae est effectus et caussa; unde homo generans hominem, pater est, improprie autem brutum generans brutum, in quibus dicimus catulum, pullum, foetum.

---

1. 2 De Demomorgone id est *A*: De Momorgene hoc est *M*   3 D mogorgon (*sic*) *A*: De Momorgeno *M*   23. 24 generans hominem *M*: generat hominem *A*

III. Inter generantem et genitum, quae est etiam inter caussas et effectus aequivocos; unde sol et homo generare dicuntur hominem, et a coelo gigni omnia.

IV. Inter agens et obiectum, ut inter intellectum et speciem intelligibilem.

V. Inter efficiens et effectum, quae ratio se extendit ad omnia artificialia etiam.

VI. Inter caussam et caussatum, quae est relatio communis quatuor enumeratis supra caussis.

VII. Inter principium et principiatum, quae est amplior quam caussae et caussati, ut patet in significationibus allatis de principio.

VIII. Inter id, quod praeest et inter id quod subest, sive dignitate | sive loco sive tempore sive aliis rationibus. **154r**

IX. Inter dominum et servum, ministrum et praeceptorem.

X. Inter architectorem et artificem, seu architectum, artificem et artificialem.

XI. Inter magistrum et discipulum, quibus mediat alia relatio, inter videlicet condiscipulum et condiscipulum, collegam et collegam.

XII. Inter actionem et passionem, seu inter agentem et patientem.

XIII. Inter adiectum, seu id quod adiicitur, et subiectum, hoc est cui adiicitur.

XIV. Inter magnum et parvum.

XV. Inter superfluum et minus, quibus mediat alia relatio, id est iustum et aequale.

---

2. 3 *Aristot. Phys. B 2. 194b 13* 13 et inter *A*: et *M*, *ma cf. a p. 115, 5* 17 seu ⟨Architectorem et⟩ Architectum *M* 24 adjicitur *M corr. A*: subjicitur *A*[1] 25 hoc est] ÷ *A*: id est *M* adiicitur] *aveva cominciato con* s *A*[1] 28 *forse* id est ⟨inter⟩ aequalem *A*

XVI. Inter potens et possibile, seu impotens et impossibile.

XVII. Inter volens et appetibile.

XVIII. Inter cognoscens et cognoscibile. Et hoc plures habet species, ut plures sunt cognitionis differentiae: naturalis, qua terra dicitur cognoscere centrum; sensitiva, qua oculus colores, phantasia phantasmata; rationalis, qua discursus argumenta; intellectualis, qua intellectus intelligibilia.

XIX. Inter conducens et utile, atque illud ad quod conducit et est utile; seu necessarium, et id cui est necessarium.

XX. Inter potentiam et actum, seu inclinationem et id ad quod est inclinatio.

XXI. Inter formam actumque, et materiam subiectumque; forma enim aliquando significat relative (similiter et actus), interdum vero absolute.

XXII. Inter naturam et naturale, id est principium movendi, essendi, vivendi, et id quod est mobile, existens, vivens.

XXIII. Inter motum et terminum motus, seu inter motum mobile et terminum ad quem est mobile, sive entelechia | sit sive contrarium. 154v

XXIV. Inter continens et contentum, complectens et complexum, excedens et excessum, mensurans et mensuratum.

XXV. Inter antecedens et consequens.

XXVI. Inter positionem et habitum, item inter habitum et privationem, positivum et privativum. Ubi no-

---

18 n̄tale *A*: Naturalem *M* 27 antecedens et consequens, ⟨praevium et pedissequum.⟩ *M*

tandum quod hic habitus dupliciter significat, videlicet ut notat formam perfectiorem e duabus contrariis, cui opposita dicitur privatio; sic enim consuevit apud Aristotelem significare privatio, quatenus est certum rerum materialium principium, quatenus videlicet et ipsa forma quaedam est, sed e duabus contrariis imperfectior vel indignior; unde calidum est forma, frigidum privatio; album, lux, dies, densum, pulcrum et similia sunt formae, nigrum, tenebrae, nox, rarum, turpe et caetera sunt privationes. Itaque cum privatio dupliciter capiatur, uno pacto pro absentia et cessione praecedentis formae, sine qua praesentia subsequentis non est possibilis, quia duae formae substantiales in eodem subiecto non se compatiuntur, et hoc pacto privatio est rerum principium per accidens (licet non accidentaliter, quia sine ipso nihil fit), et hoc pacto rationeque refertur ad habitum, qui est positio formae subsequentis: alio pacto sumitur pro deteriori forma e duabus contrariis, sicut frigidum appellamus privationem, calidum vero formam, et hoc pacto modoque est principium per se rerum naturalium, et eius significatio currit cum nomine formae; unde cum dicitur duplex principium essentiale, materia videlicet et forma, ibi forma significat dupliciter, et iuxta hanc privationis significationem dicimus privationem referri uno pacto ad formam, ut contrarium a contrario, alio pacto ad subiectum, ut forma ad id cuius est forma.

XXVII. Inter universaliter contrarium, unum et alterum; nusquam enim contrarium est solum, quam conse-

---

2 e A^1M: a *corr. A* 10. 26 *il periodo è mal composto, nè si guadagna gran che interpungendo con M* (*v. 17*) nihil fit). Ex hac ratione refertur *etc.* 18 appellamus formam privationem A^1 21 currit *corr. A*: *f.* concurrit 22 ibi] ubi A^1 25 a contrario *om. M*: *f.* ad contrarium

quuntur relationem vincens et victum, superans et superatum, excellens et id quod excellitur.

XXVIII. Inter dans et recipiens, perficiens et id quod 155r
perficitur generaliter.

XXIX. Inter quale et qualificatum generaliter per omnia praedicamenta et praedicamentorum species discurrendo, sicut inter humanitatem et hominem, veritatem et verum, bonitatem et bonum, quantitatem et quantum, qualitatem et quale, relationem et relata, et ita deinceps scientiam et id quod scitur.

XXX. Inter comparationem et comparatum, secundum superlationem et superlatum, quae etiam discurrit per omnia praedicamenta; unde melius et deterius, maximum et minimum, magis et minus, maius et minus, plures ⟨et⟩ pauciores, superius et inferius, latius et arctius, quibus mediant aeque dignum, aeque tale, aequale, medium, totidem, interpositum, aeque capax, coaequaevum.

EXPLICATIO CORNV ACHELOI SEV DE HABERE.

Inter universalia principia ipsum habere connumeratur; in omnibus enim, cuiuscunque sint generis, subiectis habendi rationem inquirimus et examinamus, licet in primo supremoque ente idem sit quod esse. Est autem triplicis differentiae, secundum quam per universum verificatur in compositis, respectu superiorum vel a superioribus, re-

---

10 quod *M*: quo *A*   14 et (*dopo* plures) *om. A*   15 ***innanzi a*** latius *cancella due lettere A*   16. 17 aequale; medium | totidem, interpositum *A*: aequale medium, totidem interpositum *M*   23 esse *M*: est *A*

spectu inferiorum vel ab inferioribus, respectu parium, similium, coordinatorum vel condistinctorum; sicut est habere a Diis et cum Diis, ab hominibus et cum hominibus, ab elementis, lapidibus, plantis et brutis et cum iisdem. Subdividiturque hoc **habere** intrinsece et extrinsece: intrinsece quidem secundum potentias animales et intellectuales, et secundum potentias naturales; extrinsece secundum circumstantiam, secundum assistentiam, secundum inhaerentiam, secundum habitus. Particularius autem distribuentibus occurrunt triginta habendi rationes:

I. Est ex natura universali et communi, cum his videlicet quae sunt eiusdem denominationis, nominis, similitudinis, analogiae, coordinationis.

II. Ex natura generis communiter cum his quae sunt sub eiusdem univoci generis divisione.

III. Ex natura differentiae et speciei communiter cum **155v**
his quae eandem essentialem, proximam et specificam habent definitionem.

IV. Ex natura proprietatis, quae consequitur differentiam essentialem, quae semper est multiplex.

V. Est ratio habendi ex appropriatis et adiunctis, utpote generaliter ex his omnibus quae sunt citra proprium et differentiam.

VI. Ex gratia divina particulariter, utpote ubi aliquid non ex principiis naturalibus neque ex arte, sed ex supra et extra naturalem rationem possidetur.

VII. Generaliter ex dono et concessione, ubi aliquid habemus in facultate admissive, utpote quibus dispensatur a lege et iure.

---

4 ab elementis *M*: hore (*cioè* habere) mentis *A* 22 citra *A*: circa *M* 25 principiis *M*: principibus *A*

VIII. Ex ansa et occasione, ut quando quidpiam nulla ex praedictis rationibus accidit haberi, sed ex occursu et contingentia quadam.

IX. Ex imputatione, ut quidam propter merita quaedam praecedentia habent imputationem eorum quae ab ipsis non fiunt neque fieri possunt, sicut patres habent dignitatem, nobilitatem et laudem ex operibus filiorum, et filii ex patrum operibus.

X. Ex libertate, ut qui habet iustitiam et dignitatem et meritum, quia non coacte agit neque necessitate, sed cum aeque possit duobus adniti contrariis et forte magis inclinetur ad malum quam ad melius, reprimit se se et non abutitur numine.

XI. Ex lege et iure, ut praeoccupantibus largiuntur et destinantur novae insulae et habitationes, et praecurrentibus seu praevenientibus tribuitur brabium habentque pallium.

XII. Ex mutuo, ut qui tale habet possidetque, quod reddere debeat et destinetur illi ad usum.

XIII. Ad ministerium, ut verificatur in eo cui data sunt quinque talenta, ut ex ipsis usuram conflaret et lucrum reportaret domino.

XIV. Per compensationem et repensionem, ut qui habet per ea quae tradidit.

XV. Per commutationem, ut qui recipit fruges pro bobus.

XVI. Per creditum. **156r**

XVII. Per emtionem seu mercaturam, ut qui auro vel argento aliquid sibi appropriavit.

---

5 praecedentia *M*: recedentia *A* 12 inclinet *M* 13 lumine *M* 16 bravium *M* 21 conflaret] conflare et A^1 22 ad dominum *M* 23 Ex Compensatione et Redemtione *M* 28 emptionem *M*

XVIII. Pro custodia et conservatione, ut animam nostram habere dicimur in manibus nostris, et iustitiam et legem.

XIX. Propter regimen et gubernationem, ut rex habet regnum, dux populum, pastor gregem.

XX. Usurpative, vindicative, sublative.

XXI. Subreptitie, furtim, subdole.

XXII. Fraudatum, suppressum, denegatum, debitorium.

XXIII. Raptum, praedatum, extorsum.

XXIV. Elaboratum, devictum, superatum.

XXV. Inventum, postquam perquisitum.

XXVI. Reditum, postquam mutuo elargitum.

XXVII. Lucratum, acquisitum.

XXVIII. Suppeditatum, subministratum, exactum.

XXIX. Item efflagitatum, imprecatum, obtentum.

XXX. Ex incerta caussa et occulta; unde dicitur ex fato, fortuna, necessitate materiae, activorum passivorumque concursu.

Qui sane modi de omnibus et in omnibus verificantur, ut videbitur in opere applicationis, affirmative vel negative, per similitudinem, secundum veritatem, secundum rationem eminentem vel inferiorem, negative tandem vel affirmative. Haec etenim in eo in quo minime videntur posse reperiri et accommodari, ita exemplificando tribuimus.

Habet Deus supra omnia atque singula imperium et providentiam, ut incerta quidem et occulta caussa, non

---

7 Subreptivè *M* 8 derogatum *M* 10 extorsum (*ma* o *per* s *A*[1]) *A*: extortum *M* 13 Creditum *M*: *forse* Redditum (*cf. p. 139, 7*) 15. 16 exactum item, efflagitatum. | 29. Imprecatum *A*: exactum (*om.* item efflagitatum). | XXIX Impetratum (Imprecatum) *M* 18 fortuna, ⟨Dei voluntate,⟩ *M* 27 et] ut *A*

tamen non certissime et apertissime; non ex imprecatione vel obtentu, quia absolute; non ex suppeditatione, utpote quia aliquis ei suggerat vel subministret; non quia lucrum inde suscipiat; non quia retributionem neque ut aliquid inveniat quod perquisivit (habet enim omnia praesentia, omnia promta); non ut lucretur et acquirat (omnia sua enim sunt); | non ut aliquid illi reddatur et elargiatur, **156v** quasi mutuo dederit (omne enim est ubique suum atque sibi); non ut inveniat citra laborem, rapinam, fraudem, dolum, usurpationem, sed ex merito regiminis, gubernationis, favoris, protectionis, custodiae, conservationis. Hinc nos quasi mercator et institor vult esse operarios ad adeptionem eorum, quae tamen non nisi eius dono posse mereri, [posse persequi mereri,] persequi, adipisci et habere valemus. Ita quasi credidisse videtur nobis naturales et gratuitas facultates, et indignissimorum nullorumque operum loco dignorum acceptorum intitulat se retributorem et compensatorem, utpote pro cyatho frigidae aquae dicat et polliceatur nos habituros centuplum et vitam aeternam. Item ad ministerium facit nos habere talenta gratiarum, quae ab otiosis et abutentibus circa terrena dicuntur esse in terra abscondita et effossa. Similiter de aliis rationibus, in quibus de Deo non possumus dicere ipsum habere ministerialiter, mutuo, ex lege, ex libertate, ex ratione imputationis, ansae, generalis doni, concessionis, gratiae, ex appropriatione, proprietate, specie, genere, analogia; nihil tamen prohibet, immo ratio dictat omnis ut hoc ipsum habere illi conveniat effective, imperative, autoritative, quia scilicet habere

6 prompta *M* 13 dono *M*: domo *A* 13. 14 posse mereri, posse persequi, mereri, persequi adipisci *M*: *noi cancelliamo le parole* posse persequi mereri; *o forse meglio* [posse mereri, posse persequi]? 22 suffossa *emenda M* 27 immo *M*: in (?) *A*

faciat, praecipiat, permittat; in quibusdam vero aliis, quae sunt infra hominis et Dei dignitatem, vel haec similitudinarie vel diminute vel tandem negative dicuntur.

DE CAMPO MINERVAE SEV DE NOTITIA.

Neque inter alia omittere debemus universalem rationem considerandi ex parte notitiae seu cognitionis. Omne enim quod in contemplationem et discursum venit, iuxta conditiones cognoscibilitatis et verificabilitatis (unde consequenter omnis alia dependet) est examinandum. Ratio enim veritatis, quae consequitur affirmationem et negationem, quas praecedunt comprehensive species et rationes, ab huiusmodi membris habent principium.

Primum igitur cognitionis ratio pendet a ratione | na- **157r**
turalis complexionis, quae naturalis et Saturni melancholiae regulatae tribuitur.

Ipsam secundo sequitur indoles et ingenium; eius enim ratio est naturalis temperatura et organorum dispositio.

III. Est instinctus seu inclinatio, quae indolem ingeniumque sequitur, et ab hac veluti genium dicimus, quia fortunae eventus et studia hunc sequuntur; unde Platonicis est vulgatum, quod 'qui studia mutat, genium mutat atque fortunam.'

IV. Est sensus auditus, quo primum aedificamur et informamur.

---

3 *forse* deminutive? 12 comprehensivae, *a quanto sembra*, *A*: *forse con ragione?* 13 *leggi* habet 15 *forse* quae naturali? Saturni *A*: Saturniae *M* 16 regulatae *A*: regulare *M* 20 *forse* ducimus? 23 fortunam *A*: cacumen *M* 24 quod *A*[1]

V. Est sensus visus, qui habitum auditorum confirmat, et roborat novos et adauget speciebus.

VI. Est phantasia, quae est sensus internus, veluti receptaculum et horreum specierum extrinsecus sensibilium.

VII. Est cogitativa, quae est sensus rerum spiritalium, quae ex sensibili seu sensitiva apprehensione recipit non sensatum, ut ex forma lupi ovis inimicitiam et formidinem mortis.

VIII. Est ratio, quae sequitur sensum generaliter dictum, et confert species antecedentes et praevias et notas ad subsequentes per se ignotas et ⟨per⟩ illas cognoscibiles.

IX. Est intellectus, qui est vel habitus verificationum per discursum acquisitarum, vel est simplex apprehensio et aperta quaedam visio atque contracta eorum, quae per rationem veluti dispersim et disgregatim coniiciuntur.

X. Est mens, quae in nobis dicit lucem quandam et fulgorem ex sensibus et intellectu procedentem.

XI. Est memoria, utpote potentia retentiva specierum receptarum et digestarum, et haec est duplex: sensitiva specierum sensibilium, quam Peripatetici phantasiam etiam appellant; et intellectiva, quae retinet species ratione et intellectu perceptas, et quodammodo est ipsa mens.

XII. Est reminiscentia, utpote differens a memoria,
quoniam | haec illud, quod veluti natura et sine studio seu **157v**
industria est memorabile *** et quodammodo latet et per se memoriae non occurrit, per reminiscentiam studiosa et addita quadam collatione occurrit.

---

1 auditurum *A*[1] 2 et novis roborat et adauget speciebus *M*; e novis *sembra giusto* 5 spiritualium *M* 11 per illas *noi*: illas *A*: ad illas *M* 12 vel habitus *M*: habitus vel, (*sic*) *A* 16 dicit (*sic*) *A*: d̄t *M* 17 prodeuntem (ceduutem) *M*: procedente *A* 25 *indichiamo una lacuna*; *forse* memorabile ⟨, retinet; quod vero non sine industria est memorabile⟩ et quodammodo *etc.* 27 quadam et avida *M*: *forse* et attenta quadam?

XIII. Est discretio, utpote facultas distinguens inter diversas, differentes et contrarias species.

XIV. Est ecstasis, utpote facultas ad abstrahendum a sensibus a praesentibus, et appulsus ad superiora et continuatio quaedam rationis humanae cum intelligentia divina seu daemonica, sive bona sive mala illa sit.

XV. Enthusiasmus, quem prophetis, vatibus poetisve, qui vere poetae sunt atque vates, tribuunt.

XVI. Est irradiatio quaedam vel fulgor vel calor spirituosus, impellens et exagitans ingenium ad supra vulgares operationes. Hic in sapientibus, qui non tantum ex dono, quantum etiam ex industria quadam et studio fiunt poetae et philosophi, sequitur post ecstasin, sicut in Platone et Socrate, qui per multas horas diei extra sensus sublati in vim intellectivam prorsus incumbebant. Sed ex his quanto hi meliores philosophi, tanto hi meliores vates.

XVII. Sequitur suspicio seu suspicatio, quae est potentia, qua aliquis minus sibi credens semper de proposito etiam aliis evidenter dubitat; unde secta Academicorum de nulla re decernit, sed de omnibus digerit. Et haec potentia in quibusdam facit redditque dispositum ad veritatis adeptionem; in quibusdam enim ex falsis praesuppositis, tanquam per se notis, concessis, probatis, concluditur iter ad sapientiam. In dubiis autem omnibus, quae in controversia versantur, praesertim apud et inter sapientes praestat huic potentiae inniti; hinc enim refugientes et semoti inhabiles sunt ut plus quam vulgariter sapiant.

---

3 e^s^ctasis *A* 4 *forse* [sensibus a], *oppure* sensibus [a] *intendendo* sensibus *come dativo?* 9 *omette il numero M* 13 ectasin *A* 19 *l.* evidente septa *A* 20 digorit *A* : ambigit *emenda M* : *o meglio ad es.* ‹in contrarias partes› disserit? *ovvero* ‹iudicium› differt? *cf. p. 147, 6* 23 occluditur *M* : *forse* praecluditur iter *M*: ita (*corretto?*) *A*

XVII. Est fides, utpote propensio ad assentiendum; et haec est duplex: theologica et philosophica. Prima est circa ignota, occulta, sed nihilominus certissima, quia est circa lumine superiori nota, nempe a Diis, qui non invident, revelato. Alia est philosophica, | quae est de rebus **158r** manifestissimis et per se notis, ex virtute nostri luminis; unde fides dicitur primorum circa habitum principiorum, sicut scientia dicitur circa conclusiones, quae artificialiter ex illis principiis deducuntur. Duplex autem haec potentia assentiendi aliquando est regulata, et tunc retinet nomen fidei simpliciter; interdum est perversa (utpote cum ex una parte a falsis prophetis et apostolis humana et diabolica pro divinis obtruduntur, ex alia parte vel a falsa imaginatione vel a sensus turbatione circumvenimur; aut ubi, cum sensus est anceps, ad unam partem definitur), et tunc non est fides, sed credulitas et imaginatio.

XVIII. Est iudicium, utpote potentia examinandi illud quod per sensum vel rationem est apprehensum, propositum, indicatum, et reflectitur supra discursum et alia, ut, postquam sensit, argumentatus est, intellexit, consideret et secundam veluti collationem faciat, videndo an recte senserit, argumentatus fuerit; sicut apud arithmeticos usu venire consuevit, qui computatione facta iterum atque iterum supputant.

XIX. Est sagacitas, utpote facultas distinctiva et apprehensiva circa errores, qui a deceptoribus fabulosis et impostoribus ingerantur; et consistit in potentia partim iudicativa, partim scrutativa, qua sicut naribus odorem percipimus, ita ingenio sophistam et circumventorem. Unde

---

5 revelatur *M*: *forse* revelata 15 deficitur *M* 17 *dopo* utpote *cancella* examen *A* 20 sentivit, *come sembra*, *A*

et nasutuli per ironiam quandam appellantur simiae istorum, utpote qui errorum putant se esse comprehensores; ubi ipsi potius errant et decipiuntur, atque ignorantia prava dispositionis veluti e promtuario semina stultitiae depromunt.

XX. Est calliditas, utpote facultas ad decipiendum et obtrudendum aliud pro alio, et est potentia quae est contraria dispositioni secundum virtutem; est enim vitium contra prudentiam. Haec enim dicitur in bonis ad bonum, illa in malis ad malum.

XXI. Est argutia, estque potentia consistens in virtute habitus resi|stentis calliditati. Callidus enim ad deci- **158v**
piendum respicit, argutus est qui ab ipso non decipitur, vel qui etiam callidum vincit et confundit, quod maxime facit, quando calliditatem se non apprehendere fingit et adversarium in fide decipiendi permanentem improviso comprehendit. Est et potentia respiciens genus virtutis. Argutuli sunt simiae ⟨istorum⟩.

XXII. Est solertia, quae est potentia qua aliquis promte et quasi sine interiecta consideratione de proposito iudicat.

XXIII. Est consideratio, cuius finis et terminus est idem quod solertiae, sed cum discursu et collatione operatur; dicitur considerare quasi simul siderare, ut aiunt scholastici, veluti siderum synodum facere, plura lumina, hoc est species intelligibiles, conferre et illud argumentando coniicere et multiplici quod solers simplici obtutu com-

---

3 atque *M*: aeque *A* 4 pravae e promptuario *M*; *e* pravae *sarà giusto* 16 improviso *M*: in promissum *A* 18 istorum *M*: *om.* *A* 20 promptè *M* 24 *forse* dicitur ⟨enim⟩, *oppure* ⟨Qui enim ita operatur⟩ dicitur *etc.* 26 hoc est] ÷ *AM* 27 *non sembra necessario correggere, a modo d' esempio*, multiplici obtutu comprehendere, quod solers simplici comprehendit

prehendit. Differt igitur consideratio a solertia, sicut ratio ab intellectu.

XXIV. Est afflatus, furor, inspiratio, quae sunt ab extrinseco; unde prophetae, poetae, bacchantes, energumeni et similes denominantur.

XXV. Est conscientia, cuius significatio usurpatur pro reflexo actu rationis, quo quispiam moraliter potest cognoscere et arguere se ipsum.

XXVI. Est syndaeresis, utpote conscientiae stimulus, nempe indicator et argutor internus, brevius et excitator ad corrigendum et reparandum commissum delictum et praevaricatum.

XXVII. Est attactus seu attentivitas, utpote facultas attendendi, qua quisque attentior esse potest; haecque praecedit actus seu operationes, et sequitur potentiam; ideo intermediat inter hanc et illos.

XXVIII. Est subtilitas et perspicacia, quae sicut se habet acutum et pyramidale ad penetrandum corpora, ita et facultas se habet ad penetrandum rerum intentiones seu rationes; unde a consilio aequivocum est nomen acuitatis commune in his et illis.

XXIX. Est arbitrium seu facultas decernendi, determinandi, eligendi, quae sane respicit tum actus rationis, tum etiam voluntatis.

XXX. Est eloquium, utpote facultas recte, facile et **159r**

---

9 Synterisis ***A*** : Syntheresis *M*, *cf. p. 114, 5* 10 brevius (*a quanto sembra*) ***parola corrotta in*** *A* : praevius *congettura M* 11 commissum *scriviamo noi, senza esser sicuri di aver trovato il vero* : cutro (*o* cutio) istud *A* : omissum *M* 13 adtactus A^1 14 haeque *A* 16 ^{inter}mediat inter *A* : ideo inter hanc et illos intermediat *M* 19 et] ex (?) A^1 : et ⟨haec⟩ bene *M*, *ma bisognerà anche scrivere* quia ***per*** quae (*v. 17*) 21 ^{in}his *A*

ornate proferendi et enunciandi ea quae sunt in intentione, et generaliter omnium intellectivarum et cognitivarum facultatum est index.

DE SCALA MINERVAE.

Quoniam potentiam sive facultatem sequitur habitus vel dispositio, ideo consequenter de habitibus cognitionis determinemus, postquam de cognitivis potentiis est definitum. Scalam Minervae appellamus, quia a primo ad ultimum quasi per quosdam gradus ascendimus; habitum enim habitus, et dispositio dispositionem ordine quodam consequuntur.

I. Ergo habitus est primorum principiorum seu communium notionum cum naturali ratiocinandi potentia nobis inditus, et appellantur inde propositiones creditae et per se notae.

II. Est habitus seu collectio specierum sensibilium, quae a sensibus externis ingestae sunt in horreum sensus interioris; unde absentium sensibilium praesentes habemus species et simulacra.

III. Est praecognitionum ratio, utpote habitus consequens proxime dictum, sicut cogitatio consequitur phantasiam, et apprehensio inimicitiae, periculi, damni et mortis apprehensionem lupi, leonis, serpentis; et dicitur habitus cogitationum iste.

IV. Est praesuppositionum, utpote eorum quae licet sensibus non sint oblata neque internis oculis obiecta, cre-

---

4 MINERVAE ⟨SEV DE HABITIBVS COGNITIONIS⟩ *M* 9 descendimus *M* 14 creditae ⟨naturaliter⟩ *M* 17 externis *M*: internis *A*; *cf. p. 141, 3 sq.* 22 damni *M*: dandi *A* 25 resuppositionum *A*, *ma cf. p. 147, 12*

duntur tamen, quia vel a sapientibus vel ab horum similibus sunt percepta, qualia sunt domestica et legalia cuiusque nationis instituta et fides.

V. Est suspensionum, utpote rationum dubitabilium et ambiguarum, de quibus cum libere liceat opinari, iudicium suspendimus et differimus.

VI. Est rationis veluti praescriptum atque dictamen ex superioribus consequens.

VII. Est regula quaedam, utpote accommodatio proprii sensus et inge|nii ad proxime dictum dictamen. **159ᵛ**

VIII. Est lex seu summa rerum opinandarum et credendarum iuxta dictas regulas, praescripta, praesupposita etc.

IX. Est dubium naturale adversus praedicta militans semper vel aliquando; unde fidei haesitatio perplexioque facit ut in assentiendo veluti resistamus, et in obsequium fidei vel alius causae aliquam rationem subdomemus.

X. Est persuasio, utpote quaedam naturalis vel procurata assensio ad unam contradictionis partem circa propositum vel oblatum dubium.

XI. Est coniecturatio, utpote de rebus dubiis aptitudo quaedam coniiciendi et veluti ex iactu quodam seu ictu oculi ratiocinii dubia quaedam et non absoluta apprehensio.

XII. Est opinio, utpote habitus ex probabilibus emergens seu rei sub rationibus quibusdam communibus, distinctus ab habitu demonstrativo, qui est ex propriis atque immediatis.

---

2 dogmatica (*sopra:* mestica) *M* 14 militare *A*¹ 15 haesitatio (*cf. a p. 115, 6 e altrove*) *noi*: excitatio *AM* 16 facit] f**it *A*¹ 17 subdomemus (*? il primo* s *ha la forma di* h, *e il seguente* u *sembra un* e *corretto*) *A*: edomemus *M* 18.19 procurata (2) vel (1) *A* 25 seu — communibus] *non intendiamo; forse* rei ⟨apprehensivus⟩ *?*

XIII. Est apodixia, cui contra militat habitus sophisticus; unde sicut hic aedificavit veluti domum extrinsecus ornatam et veluti lapideam, sub pictura tamen est lutum (sufficit enim apparentia huic), apodicticus vero ad rei veritatem habitus adnititur.

XIV. Est recognitio, utpote habitus quo quispiam et facultatem aliquam habeat et pondus suae facultatis agnoscat, cui obest arrogantiae habitus, utpote praesumentis supra pondus atque vires; unde dicitur etiam praesumtio, quatenus quispiam prae se sumit.

XV. Dicitur orthodoxia, utpote habitus cum rectitudine rationis, intentionis et finis.

XVI. Divinatio seu prognosticatio; divinare enim dicitur citra rationem aliquid praedicere, prognosticare vero est quasi e longinquo et procul nosse, utpote non ex proximis caussis, sed remotis.

XVII. Est consilium, utpote habitus cum facultate ad informandum alios et regulandum, cum recta ratione eligendi et assentiendi.

XVIII. Est sententia, utpote consilii effectus et definitionum quidam habitus, qui consilia subsequitur praevenientia.

XIX. Est experientia, utpote collectio multorum par- **160r**
ticularium et exercitiorum; unde inductionum et exemplorum ratiocinia deduci possunt.

XX. Fides, quae sane non sumitur pro potentia, sed pro habitu, qui est assensus effirmatus consequens experientiam, sententiam, consilium et caetera praedicta.

XXI. Disciplina, utpote habitus, qui per esse disci-

---

4. 5 veritatem adnititur habitus *A* 8 resumentis *A* 9. 10 praesumptio *M* 28 consilium etc. p̄dicat (*sic*) *A* : praedicta *om. M*

pulum, auditorem, studiosum et inquisitorem comparatur; unde rerum per se notarum, et quae sine magistro possidentur, non dicitur esse disciplina.

XXII. Ars, utpote recta ratio rerum agendarum, quatenus respicit externam materiam; alioquin est collectio multorum universalium, prout extenditur artis significatio ad habitus etiam rationales.

XXIII. Doctrina, utpote habitus et facultas, qua quis docere alios potest, unde et doctus denominari queat atque doctor; unde mechanici non dicuntur habère doctrinam neque doctores.

XXIV. Est scientia, utpote habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus, qui est ex notioribus, prioribus etc. et caussis alicuius rei scibilis, tum concludendae secundum rationem formae, utpote necessitatem consequentiae, tum secundum necessitatem materiae, utpote rationem consequentis. Unde duo concurrunt ad huiusmodi habitus constitutionem: modus sciendi et forma, et scientia seu intellectus utpote materia.

XXV. Est certitudo, utpote assensus veritatis effirmatus et stabilis atque sancitus, quo quis non solum novit, sed etiam scit quod novit. Huic obstat perfidia et obstinacia, utpote firmus assensus circa falsa, quo quis nescit et firmiter putat se scire, neque contrarium audire dignaretur neque patitur.

XXVI. Est scrupulus, utpote habitus, quo quispiam quasi zelo trahitur et ducitur veritatis et bonitatis, iuxta

---

16 *dopo* secundum ($\overline{\text{sdm}}$) *cancella* sd *A* 18 *dopo* constitutionem, *dopo* sciendi *e dopo* forma *interpunge A*: constitutionem modus sciendi, et forma seu scientia sciendi, seu *M*: *forse* ut forma (*invece di* et forma)? 22 *dopo* quod novit *aggiunge* ut dicit Aristoteles VI Analyt. *M*; *cf. Arist. p.* 74ᵇ 27? 24 dignetur (*c* nesciat *al v.* 23) *M*: *l.* dignatur 27 zelo] *la prima sillaba corr. A*

rationem iusti | et veri apprehensi; cui obest dissolutio, **160v** hoc est contemtus quidam iustitiae et bonitatis, qui ex consuetudine malefaciendi irrepere solet; item impotentia in erroribus, quae reperitur in ipsis qui semper errare consueverunt, de quibus illud: 'Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.'

XXVII. Est gravitas, utpote habitus quo quis de certis certe, de dubiis dubie sentit; cui obest levitas et dyscolia, nempe malus habitus, quo quispiam de quacunque re veluti certe definit; de quibus inquit Aristoteles eos esse qui parum capiunt quique ad pauca respicientes facile enunciant, sicut et milites imperitiores interdum solent esse animosiores, propter imperitiam discriminum.

XXVIII. Theoria, architectura quaedam ordinans operationes intellectivas, sicut architector mechanicis praeest operationibus.

XXIX. Praxis, utpote recta executio iuxta theoricam definitionem.

XXX. Sapientia, utpote habitus completus et perfectus, et caeterorum omnium universorum habituum perfectiones complectens, et Peripateticis habetur ultimus finis et summa beatitudo, quam homo potest assequi in quantum homo est, utpote in hoc statu; si quis enim alius status est hominis secundum subsistentiam animae extra corpus, illum homini non tribuunt, quatenus homo est, quandoquidem animam non appellant hominem, sed hominis partem.

---

1 et | et *A* 2 hoc est] ÷ *AM* contemptus *M* 5 *Prov. 18, 3* 8 discolia *MA* 11 enuntiant *M*: enunciat *A* 15 mechanicas *A*¹ 25 illum *A*: illam *M*

DE CAMPO VENERIS
ID EST DE CONCORDIA.

Generale est in omni consideratione respicere ad genus, ad communia et ea in quibus propositum convenit cum reliquis, ad adipiscendam primam definitionis partem, et in quibus discrepat a caeteris, ad captandam differentiam; tunc enim rite definierimus unumquodque, cum ad duo ista respexerimus. Iam autem est triplex concordia: prima in re, secunda in voluntate, tertia in actione. Primam ergo notamus per campum Veneris, secundam per statuam Veneris, tertiam per nodos Cupidinis.

Primo igitur convenientia secundum rem attenditur **161r**
penes idem genus, eandem speciem vel idem numero.

II. Penes idem subiecto, in quo constitutive concurrunt vel concurrere possunt omnia praedicamenta et transcendentium rationes et logicae intentiones et mathematica ratiocinia; omnia enim in uno homine possumus contemplari.

III. Concordans est, quod insitum et inditum est natura.

IV. Congenitum, ut gemini, germani fratres.

V. Generatio, ut soboles, consanguinitas, prosapia.

VI. Imitatio, aemulatio, consectatio, imago, figura, descriptum, transcriptum.

VII. Familiare, ut domesticum, concive, congeneum et quicquid ad eundem locum pertinet.

VIII. Sodalitium, ut collegium, conclave, conventus et similia.

---

2 ID *A*: HOC *M*   14 subiectum *M*   *forse* in quod   22 consectatio *mostra tracce di correzione in A*: *forse* concertatio

IX. Quae eiusdem intentionis, ut qui idem intelligunt.

X. Quae eiusdem conspirationis, utpote quae ad idem tendunt.

XI. Quae eiusdem finis, utpote quae in eodem scopo consistunt.

XII. Quae in eadem familiaritate et contubernio, ut amici, commensales, socii.

XIII. Quae eisdem obstant et obsistunt, repugnant; unde constipatio, concursus.

XIV. Quae in combinatione consistunt, ut diversae partes, principia et elementa, multipliciter ordinabilia et coëuntia.

XV. Quae sunt colligata vel connexa, colligabilia et connexibilia.

XVI. In quibus est commixtio, agglutinatio.

XVII. Quae ita sunt commixta et composita, ut complexionem quandam referant.

XVIII. Unde iucundum et delectabile, utpote quod pellicit appetitum.

XIX. Quicquid conducens et utile, expediens et necessarium.

XX. Omne pertinens, spectans et respiciens ad aliquid. **161v**

XXI. Omne proximum, affine.

XXII. Omne coniunctum, unitum, continuatum.

XXIII. Omne inseparabile et indissolubile.

XXIV. Omne quadrans, accommodatum, aptum, appositum et perbene conveniens.

XXV. Omne agglobatum, conglobatum, confusum, implicitum, intricatum.

---

11 o^{r}dinabilia *A* 13 colligibilia *A*^{1} 16 cōmxta (*sic*) *A*: commista *M* 27 perbellè *M*

XXVI. Omne particeps, consors, compos.

XXVII. Omnis symphonia, harmonia, consonantia, congruentia.

XXVIII. Omnis correspondentia, consecutio, consequentia.

XXIX. Omne venustum, pulcrum, formosum, speciosum.

XXX. Omne quod est secundum quod ipsum, quatenus ipsum, et convenit alicui secundum quod huiusmodi, vel per se et proprie.

Usus quidem praesentis multiplicis significationis ad omnia aequaliter respicit et in omnibus pariter exerceri potest. Licet autem in superficie significationis quidam termini certis significandarum specierum significationibus sint accommodati, ita tamen in hac capiuntur, ut iuxta rationem propriam omnibus accommodentur, utpote omnibus accommodabiles. De quibus ergo termini isti proprie dicuntur, maneant et capiantur iuxta propriam significationem; de quibus vero dicuntur similitudinarie, ita ut illud assimilatum non habeat proprium nomen appositum, termini capiuntur metaphorice vel cum nota similitudinis: ut cum dicemus ita iustitia, temperantia et prudentia sunt in eodem genere virtutis, sicut in eodem collegio, conclavi et contubernio sunt certi homines; ita veluti eandem intentionem, conspirationem, appulsum obtinent et in eodem fine consistunt, sicut et ea quae secundum intentionem agunt et intelligunt; ita quippe sibi invicem parent virtutes, sicut virtuosi.

---

9 cuiusmodi *M* 12 exerci *A* 14 termini] *desinenza incerta A* significandarum *M* : gnificandarum *A* 15 sit, *a quanto sembra, A, dove* accommodatus (?) *prima della correzione* hac in ‹arte› *M* 22 temperantia et] et temperantia *A* : *om. M, dove* Prudentia ‹etc.›

DE VENERIS STATVA.

Consequenter post considerationem modorum convenientiae secundum rem sequitur modus convenientiae secundum voluntatem; sicut autem convenientia secundum rem est generalis in omnibus considerationis coniectabilis, ita | et concordantia secundum voluntatem. In omnibus **162r** enim, quaecunque et qualiacunque sint, voluntas est. Quid enim minus esse potest, quam quale fingitur esse materia, quam prope nihil appellant? In ipsa tamen est voluntas, quin immo insatiabilis et inexplebilis voluntas. Subinde omnia quae sequuntur, ut habent formam, ita et voluntatem, qua universa modo suo cupiunt esse et conservari; ut et in minimis terrae et aquae est coniicere, quae contraria fugiunt, in se ipsa uniuntur, contrahuntur, ut et paleae, festucae et membranae a praesentia ignis refugiunt, contrahuntur, resiliunt. Est ergo multiplex voluntas: naturalis, qualis est in materia et in imperfecte mixtis; spiritualis, utpote ex occulta forma, qualis est in magnete trahente ferrum, in onyce concitante phantasmata; sensitiva, qualis est in sensu praeditis et in homine secundum concupiscibilem et irascibilem; rationalis, qualis est in homine secundum quod homo; intellectualis, qualis in intelligentiis seu Diis; mentalis, qualis est in Deo, quae idem est quod substantia.

Itaque rationes concordiae seu convenientiae et voluntatis, quae sunt iuxta hoc genus, talibus differentiis concipiantur et ad singula accommodentur genera.

---

1 STATUA ⟨, CONCORDIA IN VOLUNTATE⟩ *M* 5 generalis considerationis, in omnibus coniectabilis *M* 10 subindae *A* 13. 16 *cf. Summa term. metaph. p. 104, 1 sqq. Sigill. Sigillor. F 2 p. 581 Gfr.* 13 aquae ⟨portionibus⟩ *M* 21 *f.* concupiscibile et irascibile? 25 rationem *AM*

Iam igitur convenientia secundum voluntatem, iuxta praedictas rationes in omnibus suo modo verificabiles, in triginta pro more notionibus explicentur.

Primo ergo est concordantia in aptitudine voluntatis, quatenus videlicet aliquid inclinat ad illud quod vult, vel cui concordet, congruat, conveniat.

II. Est facilitas, qua talis inclinatio in actum.

III. Est obsecundatio principii passivi ad activum, vel terminorum convenientiae ad mutuum respectum.

IV. Est complacentia, quae sequitur veluti actus dictae obsecundantiae.

V. Est delectatio, quae est terminus complacentiae.

VI. Est adoptio vel adoptioni proportionale, nempe sanctio quaedam circa obiectum delectationis.

VII. Est consensus seu reciprocatio inter connexibilia concordabilia, quatenus mutuo correspondent, sicut in amore constituunt vicissitudinem quandam ἔρως, ἀντέρως.

VIII. Est et consequitur concitatio seu anhelitus unius **162v**
rei ad aliam, quae in quodam impetu consistit, quo repugnantibus et coitum impedientibus obsistunt.

IX. Est approbatio vel naturalis vel rationalis vel alius modi, ut supra, qua partes et convenientia seu concordantia ita se habent, ut se habere debent.

X. Est observantia, utpote respectus et relatio et veluti oculi iniectio ad sibi congruens [ad] persequendum, contrarium evitandum, impedimentum avertendum, favens admittendum, commodum revocandum in medium.

XI. Est attentio, qua quilibet praesentem occasionem

---

8 *l.* explicetur 7 *sic* 8 ad activum *M*: adaptivum *A* 9 convenientia *M* 14 sanctio] s**ctio *A*[1] 17 εροσ, ἀντεροσ *A*: ἔρωσ et ἔντερωσ *M* 25 ad (*dopo* congruens) *om.* *M*

amplectitur sine dilatione; ubique enim in natura conventus et executio iuxta praesentem occasionem est promtissima; semper enim quod potest facere, totum facit; dum potest, facit; et ubi potest et ut potest. Aliter est in ipsis quae voluntate sensitiva et rationali faciunt.

XII. Est sedulitas, utpote concitatio ad promte captandum quod appetitur, congruit, competit.

XIII. Est concupiscentia, quae in omnibus modo suo etiam verificatur, quatenus videlicet in omni natura compositorum non solum est desiderium et ex conformitate convenientia, sed etiam libido quaedam convertendorum dissentaneorum et contrariorum in consentaneum et simile et ex diversis constituendum idem. Hinc est ut in unum contraria concurrant, dum ambo sperant alterutrum in se ipsum convertere, sicut duo hostes concurrunt pro eiusdem campi adeptione, utpote pro occupanda eadem materia; ignis enim vult aquae materiam occupare, veluti alienam provinciam, nec minus aqua ignis materiam. Concupiscentia ergo est veluti concors quaedam appiscentia, qua contraria conformiter appiscunt. Itaque fortasse hac spe compositiones in natura fiunt contrariorum. Videmus enim concordiam fieri ex lite, concursum a contrariis, consistentiam a repugnantibus, dissolutionem propter victoriam 163r unius contrariorum. Concupiscentia igitur, hoc est concordia in voluntate et appetitus eiusdem est caussa omnis belli.

XIV. Est adnixus, qui sequitur concupiscentiam, utpote sedulitas quaedam vel huic similis appulsio ad concubitum.

---

1 agg. NB. natura quantum potest facit, sed voluntas facit quantum vult marg. *M* 2 promptissima. 6 promptè *etc.* *M* 7 congruit, competit *A*: convenit, congruit *M* 8 modo] in modo *A*[1] 11. 12 convenientium, dissentaneorum *AM* 20 spe nos: spe *A*: specie *M* 24. 25 igitur — concordia in voluntate et appetitus, ejusdem *A*: in concordia in voluntate, et appetitus eiusdem *M*

XV. Est accommodatio, utpote adeptio certi et convenientis ordinis, situs et consistentiae in eo cum quo concordat, quod vel concordare cupit.

XVI. Est sympathia, utpote mutua quaedam acceptatio et complexio.

XVII. Est complacentia, utpote probata voluntas, qua videlicet quod amatur appetitur, et cum quo est convenientia libenter amatur, libenter convenitur.

XVIII. Est colligatio et sanctio, utpote stabilis et firma consistentia seu subsistentia.

Sequuntur rationes propriae rationalibus et intellectualibus:

XIX. Est condonatio, remissio, parcere etc.

XX. Est communio usus.

XXI. Est concilium, cohaerentia, communis vita.

XXII. Est comitas seu affabilitas seu facilitas conversationis.

XXIII. Est servitus et obedientia, utpote in inferioribus ad superiora, ⟨in⟩ obligatis ad benemerita.

XXIV. Est obsecundatio seu obsequium, quae est inter paria, similia, neque obligata, sed aeque mutuam operam praestantia.

XXV. Est conquiescentia, hoc est pacata, sedata, tranquilla et tuta concordia seu assecutio seu possessio.

XXVI. Est pactum vel foedus, lex, quae ex communi consensu et voluntate.

XXVII. Est obligatio, iuramentum, obstrictio, utpote debita ex lege et pacto non violanda.

---

8 quod *om.* *M* 10 consistentia] consub|sistentia *A* 14 communio, usus *M* 19 in *om.* *A* 20 secundatio (ob *sup.*) *A* 23 h. e. *M*: ÷ *A* 27.28 utpote ex debito, vel ex lege, vel pacto non violando *M*

XXVIII. Est patrocinium et clientela, utpote relatio protectoris ad protectum, et protecti ad protectorem.

XXIX. Est hospitalitas et xenium, utpote communis **163v** et ad extraneos redundans concordia et amor.

XXX. Est caritas, utpote perfectissima et consumata concordia, qua tam quisque animam in se concordem habet, ut et ad Deum et ad omnes homines aeque referatur non solum amicos, sed et inimicos; ad quam perfectionem trahimur, impellimur et invitamur a filio omnipotentis Dei, ut nos evehat in similitudinem patris, 'qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos', eximens nos a barbara et cum bestiis et inhumanis ⟨communi vitae⟩ conditione, qui amant amicos et proximos, et odio habent exteros et inimicos.

TELA CVPIDINIS.

Consequenter post concordiam seu concordantiam in re et voluntate seu consensu respiciendum est ad terminos concordiae in actione veluti extrinseca et transeunte. Sunt igitur:

Primo accersio seu missio seu legatio.

II. Vocatio, appellatio, invitatio.

III. Rogatio, oratio, imploratio.

IV. Persecutio, insectatio.

V. [Est] Exauditio.

VI. Conversio.

---

5 charitas *AM* consummata *M* 6 tam (?) *noi*: tum (? dum?) *A*: *om. M* 10 in] in eam *A*[1] qui solem *etc.*] *Matth. 5, 45* 12. 13 communi vitae *M*: *om. A* 15 TELA SEU NODI CUPIDINIS, ÷ CONCORDIA IN ACTIONE *M* 20 mixtio *A*[1] 24 Est *om. M*

VII. Concursus et occursus.
VIII. Sedatio, placatio, mitigatio.
IX. Matrimonium, connubium.
X. Ligatio, obligatio.
XI. Cohabitatio.
XII. Amplexatio, complexatio.
XIII. Exosculatio.
XIV. Concursus.
XV. Cohaerentia.
XVI. Additio, appositio. **164r**
XVII. Coniugium seu coniugatio.
XVIII. Nodus.
XIX. Assutio, consutio.
XX. Textura, intextura.
XXI. Refectio.
XXII. Restauratio.
XXIII. Consolidatio.
XXIV. Commixtio.
XXV. Compositio.
XXVI. Contiguitas.
XXVII. Continuitas.
XXVIII. Transmutatio.
XXIX. Unio.
XXX. Identitas.

Haec Cupidinis arma omnibus pro ratione sunt applicabilia; Cupido enim seu amor in omnibus est, potest et agit. Itaque quilibet facili applicatione praedictas rationes iuxta praedictum ordinem poterit investigare.

---

23 Unio. Identitas. *A*[1]   26 est, potest et agit *A* : potest esse *M*

DE STATVA ET MEMBRIS CVPIDINIS SEV DE DIFFERENTIIS VOLVNTATIS.

Differentias et attributa voluntatis per Cupidinem significamus. Porro sicut voluntas multiplex est, ita multiplex Cupido. Item quemadmodum ex multiplici principio est multiplex voluntas, ita multiplex fingitur atque dicitur origo Cupidinis, quandoquidem aliis est sine patre et matre, alii alios, alii quosdam illi tribuunt parentes. Sicut ergo voluntas alia est naturalis et primaria et materialis, alia est secunda compositorum, alia spiritualis, alia alius rationis; ita Cupido quibusdam dicitur sine patre natus, quia voluntas et appetitus, qui est in materia prima et efficiente primo, nullam habent caussam neque principium, sed alterum horum est principium, alterum vero caussa. Proinde dicitur | ab Hesiodo esse ex Chaos, et iste **164v** est appetitus materiae secundae, utpote in subiectis imperfectis, confusis, mixtis et repugnantibus, qui pacem, quietem et tranquillitatem appetunt. Dicitur a Sappho poetria ex coelo et terra natus, intelligendo de voluntate et appetitu, qua corpora superiora amore quodam protegunt et influunt et conservant inferiora, haecque vicissim illis obtemperant et obsecundant. Dicitur a Platone in Symposio ex Poro et Penia natus, ad notandum amorem vulgarem seu animalem, qui est ex copia seu abundantia, et inopia seu inani, hicque dicitur natus tempore, quo Dii na-

---

2 DE *om.* *M* 4 ita <et> *M* 8 alii quosdam, alii alios illi *M* 11 rationis <, ut dictum est> *M* 15 *Hesiod. Theog. 116 sqq.* (*Plat. Sympos. p. 178 B*); *cf. sopra p. 10, 1* 18 *Sapph. fr. 132 Bergk*[1] 21 haecque *M*: et quae *A* 22 *sqq. cf. sopra p. 36, 3* 23 Tenia *A*: Paenia, *come suole*, *M*

talitia Veneris celebrabant, inebriato Poro et Peniam in horto Iovis comprimente; ex superfluitate enim et luxu ingruente in Peniam, hoc est appetitum, amor trivialis exoritur. [5.] Dicitur a Cicerone De finib. primo natus ex concubitu Mercurii et Veneris, et hic est alius Cupido, qui est circa sapientiam et cognitionem specierum intelligibilium et pulchritudinis universalis. Alius dicitur ab eodem natus ex Mercurio et Diana, utpote amor rerum divinarum et lucis. Alius natus ex Venere et Marte, qui Anteros dicitur ab eodem, et hic proprie est amor circa fortuita et ea pro quibus homines digladiari consueverunt. Itaque non est quod quidam inficientur et conquerantur de ignotis Cupidinis parentibus. Si enim unus Cupido generalis, unus parens generalis, una Venus, una pulcritudo, specialiter autem multae sunt pulcritudines et Veneres, multi quoque Cupidines et Amores; sicut autem hic Cupidinem distinguimus, ita et aliorum statuae proportionaliter distinguantur.

In membris ergo Cupidinis, cuiuscunque rationis vel illa sint et conditionis, fingantur et intelligantur intentiones triginta quae subsequuntur.

I. Arbitrium, utpote amor confusus non adhuc limitatus, sed indecisus, nempe ut potentia indeterminata ad duas vias vel diversas.

II. Amor, utpote determinatio arbitrii ad certum obiectum.

III. Electio, utpote seclusio alterius cum admissione huius.

IV. Benevolentia; haec enim differt ab amore, quia **165r**

3 hoc est] ÷ *AM* 4 *il numero innanzi a* Dicitur *è omesso in M* De finib: *A*: in L. de finibus *M*: *avrebbe dovuto citare* De Deor. nat. (*3, 23, 60*) 6 cognitione *A* 19. 20 rationis et conditionis illa sint *M*

multa amamus quibus non bene volumus, utpote ubi vellemus pauperiorem esse amicam vel infortunatam, qua nobis magis indigens magis inclinetur et captabilis reddatur.

V. Est ardor, utpote prima incitatio quaedam.

VI. Aestus seu exustio, nempe ardoris effectus.

VII. Est libido, utpote habituatus ardor.

VIII. Est ambitio, utpote habitus transscendens ab obiecto ad circumstantias obiecti, utpote ad ea quae conducunt et conferunt, qualia sunt honores, divitiae et similia, quibus amator magis se placere posse cognoscat.

IX. Deliberatio, utpote consumata quaedam affectio.

X. Licentia; illi enim, qui perdite amant, omnia sibi licere existimant vel sibi licere volunt, unde proverbium illud 'quod placet, licet.'

XI. Sequitur aviditas, puta effrenata quaedam aucupatio.

XII. Est aculeus, utpote penetrativitas affectus.

XIII. Stimulus, qui ex sensu aculei proficiscitur.

XIV. Est epithymia, utpote inexplebilis seu inexplebilitas quaedam voluntatis, quae nulla re adepta conquiescit vel satiatur.

XV. Est irretitio, quasi retium expansio ad comprehendendum, vel passiva comprehensio qua quispiam comprehenditur.

XVI. Est mora, utpote ratio qua irretitus detinetur, quasi suspendens iudicium et haerens in assensu.

XVII. Est commentatio, utpote mentis quaedam conciliatio ad rem amatam, quatenus libenter audit laudari et magnificari obiectum, quo magis amor crescat; vel etiam

---

2 *forse* quo 11 consummata *M* 15 effraenata *A* 19 epitymia *A* inexplebilis ⟨voluntas⟩? 22 irretitio quasi retium *due volte* A^1

sibi quisque fingit maiora his quae videt, vel ex his consequentia, et ex apertis de occultis bene iudicat et consulit.

XVIII. Est incantatio generaliter dicta, quae sequitur 165v
ex commentatione. Sicut enim incantatores incertis quibusdam et occultis rationibus vincire protendunt, ita ex commentatione illa proficiscitur veluti harmonica quaedam ratio, sed occulta, ut tandem amet et nesciat quare, et rationes describat generaliter ex crinibus, ex oculis, ex ore et caeteris huiusmodi, cum tamen amoris vis ex individuo quodam, sicut et musicae et harmoniae ex individua quadam consonantia oritur complacentia seu dulcedo.

⟨XIX.⟩ * * * vel actus resultans ex obiecto et subiecto, utpote ex sono et auditu.

XX. Est illaqueatio, utpote effectus, qui est obligatio quaedam affectionis Peritae et superatae, non sui amplius, sed alieni iuris.

XXI. De resultantibus est dulcedo seu dulcor, utpote ratio et forma qua amans afficitur, sicut calore calidum, humore humidum.

XXII. Est gratia, per quam quod dulce est consequenter est gratum.

XXIII. Est caritas, qua videlicet illud quod est gratum consequenter est acceptum et carum.

---

3. 11 *dopo* dulcedo *ripete* $\overline{18}$ Est incantatio — harmoniae (*vv. 3-9*) *A*: *indichiamo con* A^b *le varianti del brano ripetuto* 4. 6 Sicut — commentatione *om.* *M* 4 incantationes A^b 8. 9 ex crinibus, oculis etc. hujusmodi A^b 10 et harmoniae A^bM: ^{et}harmoniae *A* 12 *forse il copista di A, accortosi di avere ripetuto erroneamente l'articolo precedente (cf. a v. 3 sqq.), si proponeva di cancellare la parte ripetuta e sostituire sulla cancellatura la prima parte dell' articolo XIX: in M è supplito, evidentemente per congettura*, ⟨XIX. Est fascinatio, utpote passiva ex incantatione consequens illectio, ita ut incantatio proportionetur sono, fascinatio vero auditui,⟩ vel actus resultans *etc.* 15 peritae (*cioè* peritae? *il* p *non è chiaro*) *A*: devictae *M* 22 charitas *AM* 23 acceptum et carum *noi*: acceptum et gratum *A*: charum et acceptum *M*

XXIV. Sunt deliciae, utpote delectatio in usu eius quod est carum.

XXV. Est gaudium, utpote fruitio quaedam quae sequitur usum, seu festivitas resultans in animo ex adeptione et usu, vel in veritate vel in exspectatione, vel praesenti vel futuro.

XXVI. Est gestio, utpote explicita quaedam indicatio et promulgatio gaudii externe se insinuantis, unde gestire prae gaudio dicuntur, qui ipsum nequeunt occultare, sed gestibus et actibus externis aperiunt.

XXVII. Est suspicio, quae sequitur amorem et concomitatur; pro his enim quae amamus et cariora possidemus, si vere amamus, cum sint mutabilia vel transportabilia, veremur pro ipsis.

XXVIII. Consequitur timor et zelotypia, utpote horror quidam et gravis | affectio erga ea vel eos, a quibus **166r**
possumus defraudari, privari, frustrari.

XXIX. Sequitur dolor et tristitia, qui est effectus zelotypiae et amoris; unde fit ut nunquam vere de rebus mobilibus et pure gaudere possimus, et consequenter in amore contingat haesitare, quia zelotypia est cum inclinatione ad indignationem in ea pro quibus zelum habemus.

XXX. Est spes et fides; facile enim speramus quae amamus, facile credimus praesentia et futura. Unde illud 'quid non speramus amantes?' et illud 'quod amant, per somnia fingunt sibi.'

---

2 charum *AM* 5. 6 vel in praesenti vel in futuro *M* 13. 14 feremur *A* 19. 20 verè et purè de rebus mobilibus *M* 21 excitari *M*, *cf. a p. 147, 15* zelotypia est $\overset{\text{cum}}{„}$ inclinatione *A* 25 *cf. Verg. Ecl. 8, 26 e 108* 25. 26 sibi per somnia fingunt *M*

DE PELLE AMALTHEAE CAPRAE.

Iovis (aegis), ex pelle caprae Amaltheae confecta, inscripta continet universa, et in ea perlegere licet omnia, et ideo nobis accommodata est ad significandum diversitatis et multiplicitatis rerum rationes; ut quemadmodum ex concordia et amore ad unitatem et universalitatem et generalitatis conceptum et notionem tendimus, ita per haec ad conceptum eius definitionis partis, quae limitat, distinguit et vere terminat definibile. Differentia sicut et concordantia ceteraque universalissima superius significata omnia lustrant, per omnia discurrunt, quemadmodum in Arte Lullii etiam est insinuatum.

Iam hic tantummodo triginta diversitatis differentiae et significationes ordine enumerentur.

Est ergo primo differentiae nomen pro omni ratione, qua differunt a se vel ab aliis singula.

II. Est alietas, qua aliquis ab aliquo vel a se ipso accidentali differentia differt; unde illud 'hospes, namque alius mihi nunc atque ante videris'.

III. Est aliud, qua unum ab alio essentiali differentia seiungitur; unde dicitur 'aliud est homo, aliud brutum'.

IV. Est alterum, et grammaticaliter differentiam inter duos vel ambos insinuat.

V. Est alteratum, nempe dispositione vel habitu variatum aliquid, idem manens secundum substantiam.

---

1 CAPRAE ⟨÷ DIVERSITATIS SIGNIFICATIONIBUS⟩ *M* 2 aegis *noi*: *lacuna A*: diphtera (*sic*) *M* 13 differentias *A*[1]: *om. M* 14 o^{r}dine *A* enumerabimus *M* 18. 19 ò spes namque alius qam (*sic*) ac (*sic*) ante videris *A*; *ma cf. Summa term. Metaphys. p. 59, 6*

VI. Est diversum, quod coniicitur in istis etiam et proprie quae genere differunt. | Differentiae enim proprie **166v** dicuntur quae sunt in eodem genere; unde apud Aristotelem diversorum generum et non subalternatim positorum etc.

VII. Est disparatio, quod consideratur in ipsis quae ita alia sunt ab invicem, ut non intelligatur quomodo genere vel alia communi ratione conveniant vel subdividantur. De substantia et quantitate generibus dicimus esse diversa, quasi sub eodem entis significato vel nomine; sed inter femoralia S. Francisci et orationem dominicam ita diversitatem et alietatem coniicimus, ut nullam convenientiam vel in nomine vel in re comprehendamus.

VIII. Est distinctio, qua secundum modos aliquid dicitur non differre a se ipso vel ab alio, sed distingui, iuxta rationes inferius adferendas.

IX. Est subalternatio seu coordinatio; haec enim semper praesupponit differentiam numero, dignitate etc.

X. Est varietas; unde illud de capite cuiusdam dicit poeta: 'pars comptum, pars rasum, pars contortum, quis unum viderit esse caput?'

XI. Est aversum, quod notat differentiam emanantem a diverso respectu, quia aliud ad hoc, aliud ad illud refertur.

XII. Est taedium, quod ultra respectum addit actum; non solum alio respicit, sed etiam alio tendit.

XIII. Est multiplex, contra simplex; unde dicitur duplex, triplex.

XIV. Est deficiens seu rebellans seu desciscens; nempe quod est in motu vel termino post motum a concordantia ad differentiam cum aptitudine ad contrarietatem.

3 Aristotelem ⟨in praedicamentis⟩ *M* 5 disparatum *M* quae *A*: qui *M* 10 dominicam. Ita *A* 20 viderit *A*: crediderit *M* 21 *nnanantem *A*[1]

XV. Est intertextum, interiectum, quod quomodolibet differt ab eo cui interiicitur.

XVI. Discrimen et distantia seu intervallum, quod inter differentiam numero non dicitur differens ipsum.

XVII. Est separatio, quasi sepimentum, sepes, quae vel differentiam vel differentiae circumstantiam referunt.

XVIII. Est abstractum, separatum, avulsum.

XIX. Est distans, elongatum, semotum, sequestratum, sepositum.

XX. Est peregrinum, extraneum, barbarum. **167r**

XXI. Est distributum, digestum; quod significat differentiam cum ratione ad numerum ad diversa subiecta, quia distribuere idem est quod diversis tribuere; unde dicuntur signa distributiva omnis, nullus, aliquis.

XXII. Est abscessio seu discessio, utpote principium differentiae secundum locum vel communionem.

XXIII. Est transitus, utpote medium quod est inter terminum concordantiae vel etiam formae et terminum differentiae vel etiam contrarii seu privationis; in qua ratione non est proprii convenientia neque differentia, sed medium inter utrumque, quod utriusque denominationem suscipere queat.

XXIV. Est inconstans, utpote mutabile, vel secundum accidentia, vel etiam secundum substantiam; unde est differentia penes principia extrinseca, tum penes intrinseca.

XXV. Est dissimilitudo, quae est differentia secundum speciem extrinsecam.

XXVI. Est asympathia et apathia, qua diversa non mutuo compatiuntur.

XXVII. Est improportionalitas, quae est discrimen

---

5 sepes, mur *A*[1]: sepes, murus *M* 21 utrunque *AM* 28 Est abympathia *A*

circa ea quae non ita se habent in uno, sicut alia in alio ordine.

XXVIII. Est incongruentia seu inconvenientia, qualis est in non adaequatis vel adaequabilibus; unde calceus meus incongruere tibi dicitur.

XXIX. Et ratio divisionis eorum quae sunt sub uno communi; unde generis differentia dicitur divisiva, et est etiam divisiva speciei in particulari.

XXX. Est ratio constituens speciem sub genere, individuum sub specie, qua differentia dicitur speciei constitutiva. Duo enim haec munera non sunt eadem; per plures enim differentias dividimus genera, quam species constituamus.

Penultimus modus appellatur generis divisio, ultimus particularis constitutio. His modis adde differentiae rationes et themata, quae sumi possunt a contrariis concordantiae; singulis enim praedictorum membrorum | significatis **167v**
opponuntur differentiae contrarietatis.

DE CAMPO LITIS.

Differentia est principium contrarietatis; si quippe nulla esset distinctio, varietas, sed prorsus unum, nulla esset contrarietas, nulla pugna, et consequenter nulla alteratio, nulla generatio, nulla corruptio. Non ab re igitur post terminos differentiae succedit investigatio terminorum contrarietatis, cuius breviter referantur rationes et conditiones.

I. Igitur contraria definiuntur ea quae maxime distant

1 alia *M*: ala *A*   9 sub] sui cum A^1 14 *dopo* generis *ripeteva* go A^1 ultimum *A*   19 LITIS ⟨÷ CONTRARIETATIS CONDITIONIBUS⟩ *M*

in eodem genere; unde contrariorum proprium est alterum ab altero maxime esse semotum, quorum alia sunt mediata, alia sunt immediata: immediata ut sanum et aegrum, mediata ut album et nigrum. In omni genere haec ratio contrarietatis reperitur, sive substantia illud sit, sive accidens; alioquin proprium qualitatis dicitur contrarium suscipere.

II. Contrarium est quod ingratum, iniucundum, insuave, quod est vel quia vere vel quia apparenter malum persentitur.

III. Est contrarium, quod formidinem incutit vel metum alicui subiecto.

IV. Quod refutatur, repudiatur, refutabile, repudiabile est.

V. Evitabile vel evitandum, utpote quod oppositum refugit vel ab opposito elidatur.

VI. Quod excluditur et abominatur, abiicitur, repellitur.

VII. Quod insidiatur, male molitur et machinatur.

VIII. Quod obsidet, coarctat et contrahi facit.

IX. Quod oppugnat, militat, agonizat, praeliatur.

X. Quod est amarum, asperum, acre, atrox.

XI. Quod excruciat, torquet.

XII. Quod instigat, concitat et indignationem provocat et inquietat.

XIII. Quod recalcitrat, resistit, contra nititur.

XIV. Quod gravat, ponderat, premit.

XV. Quod invitum trahit, ducit, movet.

XVI. Quod impedit, repetit et veluti compedibus obstringit.

---

9 est quia vel verè *A* 11 formidinem *M*: contrarium *A* 16 refugiat? *o forse* evitatur (*per* elidatur) *con M*? 19 obsidet *M*: obstinet *A* 23 et ⟨in⟩ indignationem *M* 28 repetit (*sic*) *A*: praevenit *M*: *f.* reprimit?

XVII. Quod in contrarium a scopo divertit, retorquet, repellit. **168r**

XVIII. Quod debilitat vires, retundit, vulnerat.

XIX. Quod domat, mutilat.

XX. Quod damnum, detrimentum et iacturam inducit.

XXI. Quod passionem non perfectivam imprimit. Passionum enim aliae sunt perfectivae, ut est formatio sensus a sensibilibus, intellectus ab intelligibilibus et materiae a forma; aliae sunt corruptivae, ut est calidi a frigido, humidi a sicco, ignis ab aqua.

XXII. Quod stuprat, adulterat, alterat; hoc enim sequitur passionem corruptivam, quod est alteratio; unde quae non sunt passibilia, minime sunt alterabilia et adulterabilia.

XXIII. Unde quidpiam frustratur, utpote ab intento et perfecto actu sive actione fraudatur. Huc spectat omne impedimentum et difficultatem faciens et inferens.

XXIV. Omne periculosum, discriminosum, ruinosum, ut Charybdis et Scylla contraria dicuntur navibus.

XXV. Omne expellens et eiiciens a proprio loco vel proprio subiecto; unde famosa est contrariorum definitio, esse ea quae se se mutuo repellunt.

XXVI. Quae non possunt simul esse in eodem subiecto; unde nunquam consistunt, sed tantum ⟨unum⟩ ingreditur, quantum alterum egreditur.

XXVII. Quaecunque se exterminant, id est quorum semper unum est extra terminos alterius, atque ita termini unius extenduntur, ut ad eandem mensuram, quantitatem et virtutem termini alterius contrahantur.

XXVIII. Quae nata sunt idem occupare subiectum;

---

9 frigidi *A* 13 corruptibilia passibilia A^1 24 unum *om.* *A*

actus enim contrarietatis sine concursu nullus est; quae etenim nusquam concurrunt vel conveniunt, nusquam ista adversantur ratione.

XXIX. Quae mutuo dissolvunt, disgregant; quod enim dissolvendi vim non habet, neque vincendi neque contrariandi, et quod nulla ratione est dissolubile vel divisibile, non est passibile, et conse|quenter a contrario non formi- **168ᵛ**
dat, et tandem illi nihil est contrarium. Ut ergo contraria nata sunt se mutuo transmutare, ita et nata sunt mutuo penetrare, dividere.

XXX. Quae mutuo se extinguunt atque tollunt; post dissolutionem enim sequitur extinctio, ablatio, amissio formae etc.

DE AEONE
SEV DE AETERNITATE.

Ultra ea quae in concordia et compositione consistunt, et ea quae in contrarietate militant, superest et superstat invariabile et immutabile, utpote aeternitas vel aeternum, cuius triginta rationes in totidem typis referri possunt.

I. Aeternitatis ergo ratio est, quod vel sit conservante non egens, vel perpetuo conservantem habens.

II. Quia est immutabile.

III. Quia non habet in quod transeat; omne enim quod desinit, in aliquid desinit vel ex aliquo desinit.

IV. Quod alimento non eget, utpote cum nil sui deperdat, non exigit alienum quo reficiatur, utpote a quo effluit et in quod nihil influit.

---

14 DE OEONE (*ma cf. f. 205ʳ*) *etc. A*: DE CAMPO AEONOS SEU AETERNITATIS *M* 25 ⟨quod⟩ cum *M*

V. Quod est a se ipso et ab alio non dependet, vel materialiter vel efficienter.

VI. Cui nihil obstat, nihil est contrarium; unde substantia quaelibet et essentia incorruptibilis est.

VII. Quod est vel anima vel animam perpetuo continentem habet.

VIII. Quod est purum, immixtum, merum, maxime autem quod est simplex.

IX. Quod si movetur, continuum et regulatum habet motum et appulsum.

X. Quod est ab optimo principio et aeterna caussa, utpote immutabili secundum quod huiusmodi caussa est. **169r**

XI. Quod impassibile est et indefatigabile; haec enim via sunt de non esse ad esse, passio et labor, hic ex parte moventis, haec ex parte mobilis; quia ubi passibile est subiectum et movens non est laborans, motus aeternus et aeterna consistentia comperitur.

XII. Quod non habet corruptionis caussam vel rationem.

XIII. Quod non habet principium, non est genitum, neque geniti rationem admittit, ipsum non habet finem, quia finis est resolutio in principium vel ad ipsum conversio.

XIV. Quod non casu consistit vel fortuna, neque violentia constat et agit, utpote cui nihil vim infert nec inferre potest ne non consistat, neque quod pro quovis infertur alicui ut consistat.

XV. Quod non habet aliunde mutuatam substantiam et partes; unde quamvis particularia corpora corrumpan-

---

5 *forse* Quod vel est anima 12 *f.* immutabilis? 26 ne non (ne nunc A^1) *A*: nec non *M* quod ⟨et⟩ pro *M* 29 pa^{r}ticularia *A*

tur, perdant esse proprium per transmutationem, quasi restituentia universitati quod ab universitate receperant, totum vero seu universum non corrumpitur.

XVI. Quod tempori non subest, et consequenter nec mutationi nec motui.

XVII. Quod est divinum vel divinis affine, utpote quietum, tranquillum, non in lite, sed extra litem.

XVIII. Quod est quicquid esse potest, et consequenter non habet potentiam ad ulteriorem actum neque ad privationem.

XIX. Quod semper in eadem figura et forma consistit, vel infiguratum et informatum est propter eius simplicitatem. Item quod semper est in eadem figura, mole et quantitate; hanc prius enim mutari necesse est, quam figurari.

XX. Quod non adolescendo et crescendo est perfectum,
item quod consequenter in senescendo non declinet et im- 169v
mutabile est.

XXI. Quod in se ipsum fluit, et certis tropis quantum extrusit, tantundem intrudit; unde elementa aiunt semper in eadem quantitate et virtute perseverare tota, quia ratioue qua frigidum et humidum in uno loco crescit, in alio decrescit, quia quantum solis efficacia intenditur ad unum, tantundem remittitur ad alterum tropicorum.

XXII. Ubi materia est contenta sua forma, utpote quae valeat explere suum appetitum, ut de materia coeli fingitur, vel ubi est forma quae vicissim ⟨materiam⟩ sibi cohibet et obligat inseparabiliter.

---

3 vero] *f.* tamen   4. 5 mutationi et nec (nec *superscr.*) *A*   7 *incerto se* sed o seu *A* : sed extra litem *om. M*   16 quod *noi*: cum *AM*, *cf. a p.* 22, 22   16. 17 non declinet erit immutabile *M*   18 fluit *corr. A*: refluit A^1M 21 ratione *noi* : r̄o *A* : ratio *M*   26 forma vicissim, quae vicissim A^1 materiam *om. A*, *che aveva cominciato* quae (q̄) *invece di* sibi

paupertas seu inopia, indignitas, defectus et potentia ⟨triplex⟩ (passiva, receptiva, subiectiva).

Itaque omnia aut sunt haec extrema, utpote simplicia, nuda, pura et sola; aut sunt media inter haec, utpote composita, impura propter mixtionem, induta propter accidentium susceptionem, concomitata propter adnexorum et circumstantiarum temporis atque loci contubernium. | Ex his media extremorum participia [sunt] **170v** esse necesse est, ea quidem quae supremo sunt affiniora, supremae rationis et conditionis, ea vero quae infimo, ⟨infimae rationis et conditionis.⟩

Rationes ergo supremorum negative dicuntur de infimis, rationes infimorum negative dicuntur de supremis, rationes amborum communiter dicuntur de mediis, quatenus media sunt, quae utrorumque sunt participia, videlicet tenebrarum atque lucis.

Porro ratio lucis minor et tenuior est in ipsis quae sunt proximiora tenebris, ratio tenebrarum est tenuior et minor in his quae sunt proximiora luci; unde ea, quae a circulo hemisphaerii huius seu ab horizonte seu a medio scalae gradu propinquiora sunt supremo, dicuntur lux seu naturae lucis, intelligibile, immateriale, simplex, immortale, divinum; quamvis enim participia sint tenebrarum secundum rem vel similitudinem, talia dicuntur propterea quia unumquodque denominatur ab eo quod superabundat. Contraria ratio est eorum, quae a medio gradu et eodem horizonte propinquiora sunt infimo. Itaque postpositis supremo et infimo gradu, quae omnino incommunicabiles habent rationes, superiora omnia suscipiunt rationem infe-

---

2 triplex *noi*: 3. (*così anche a p. 175, 25*) *M*: *om. A*   8 sunt *om. M*
10 infimo *M*: infimi *A*   10.11 infimae *etc. om. A*

riorum, quatenus sunt infra supremum et versus infimum tendere videntur; inferiora vero suscipiunt rationem superiorum, quatenus elongantur ab infimo atque recedunt et accedunt versus supremum; et quanto magis terminis appropinquant vel a terminis elongantur, eo intensius vel remissius eorundem recipiunt rationem. Illud vero quod in horizonte consistit seu in medio gradu ut dividuum quoddam est in geminam naturam, secundum harum alteram continuatur infimo superiorum, secundum alteram vero supremo inferiorum.

DE RATIONE PRAEDICATORVM 171r
COMMVNICABILIVM IN DIVERSIS SCALAE GRADIBVS.

Sunt quaedam praedicata communia infimo et supremo gradui, ut esse simplex, incompositum, immixtum, infiguratum, impassibile. Ista quidem de inani, materia et umbra dicuntur [quidem], sed privative, quia ita sunt simplicia et immixta, ut vel in compositionem veniant vel circa compositionem consistant et compositis sint aliqua ratione affinia; de mente autem (et) intellectu dicuntur vero et negative. In istis inquam illud 'in' significat negationem, in illis autem privationem; habent enim quandam aptitudinem vel congruentiam ad compositionem vel cum compositione. Unde quod est circa primum gradum ita est incorruptibile, impassibile, ut neque per se neque per accidens, neque realiter neque circumstantialiter tales suscipiat rationes; quod vero est in infimo gradu, per accidens et circumstantialiter.

---

12 IN *om. M*   16 quidem *om. M*   19 confinia *M*   de mente *M*: tenente *A*   et (*dopo* autem) *om. AM*   intellectus (?) *M*   21 privatio *A*   22 cum *A*: in *M*

In his ergo vacuum privative est simplex, incomponibile; plenitudo negative simplex, incomponibile; materia privative simplex, componibile. Similiter et forma materialis subiectum est compositum, forma seu anima est actus compositi, Dii sunt actu formae extra compositionem materialem, sunt tamen composita primi actus propter possibilitatem, utpote qui habent esse acceptum et ab alio dependens.

SCALA NATVRAE.

Constat nobis, iuxta vere physicam et antiquam philosophiam plerumque rerum maxime congruentem naturae, scala naturae triginta gradibus, de quibus ab infimo incipiendo ad supremum proponimus primo infima, quatuor simplicia.

DE QVATVOR INFIMIS SIMPLICIBVS.

Ipsa sunt: vacuum, hoc est receptaculum corporum;
umbra, | hoc est potentia formabilis et illuminabilis; ma- **171v**
teria, hoc est subiectum primo susceptivum; atomus,
hoc est substantia physice impartibilis, in quam fit ultima
corporum materialis realisque resolutio, tanquam practica
geometrica divisione.

---

6 compositi ⟨respectu⟩ primi *M*   7 qui *A*: quia *M*   esse *om. M*   8. 17 dependens, ⟨ut in Angelis, et potentiam receptivam habent.⟩ | De quatuor infimis simplicibus. | Constat— plerumque (*om.* rerum) maxime congruentem — Primò infima quatuor simplicia ipsa sunt: | I Vacuum — II Umbra *etc. M, che distingue con numeri progressivi tutte le partizioni seguenti* (III Materia — IV Atomus — V Arida — VI Aqua — VII Vapor *etc. fino a* XIX Est Natura et Substantia Heroica *p. 180, 15; cf. a p. 181, 15 sqq.*)   11 congruentum *A*, *dove* plerunquo (*sic*) *sembra cancellato*   12. 13 *forse* incedendo   16 *sqq.* hoc est] ÷ *AM*   20 per practicam A^1

DE QVATVOR PROPE SIMPLICIBVS.

Quatuor prope simplicia sunt: arida, hoc est prima, in quae concursus atomorum conflanda actuatur; aqua, elementum videlicet quod atomos simul constare facit; vapor, utpote substantia in quam aqua primo attenuatur; exhalatio, hoc est substantia sicca quae ex arida exsurgit.

DE TRIBVS GENERIBVS IMPERFECTE COMPOSITORVM.

Imperfecte composita ex his sunt: fons, fluvius, mare, quae primo ex aqua; II. glacies, nix, pruina, quae primo ex vapore, in quibus est modicum exhalationis; III. ventus, procella, tempestas, quae primo ex exhalatione.

DE TRIBVS PERFECTE COMPOSITIS.

Perfecte ex his proxime composita sunt: lapis et gemma mixta, in quibus arida abundat, ex quatuor famosis elementis; II. metalla in genere, in quibus aqua abundat; III. plantae, arbores et herbae, in quibus anima secundum rationem primo fide elucescit.

---

2 arida ÷ *A*: arida (ut terra) h. e. *M*, *e in marg.* terra I (?) denudata ab omni aqua ut pulvis 5 *dopo* utpote *cancella* aquam *A* 6 hoc est *M*: ÷ *A* 8 imperfectè incompositorum, ⟨hoc est mixtorum⟩ *M* 11 in – exhalationis (*aggiunto alla fine del paragrafo*) *A* : *om.* *M* 13 exhalatione ⟨in quibus duabus est modicum vaporis.⟩ *M* 16. 17 et (*sic*) in quibus arida abundat *traspone dopo* elementis *M* 19 fide *A* : *om.* *M*

DE QVINQVE ANIMALIVM GENERIBVS.

De his autem, in quibus apprehensionis vis per sensus participationem coniicitur:

I. Sunt ζωόφυτα, hoc est ea quae solum tactus sensum indicant, quia videlicet contrariis vel placidis contactibus contrahuntur vel extenduntur.

II. Sunt bruta, quae vel pluribus vel omnibus sensibus externis praedita videntur.

III. Sunt imaginativa, utpote quae ultra sensus externos indolem perhibent sensuum internorum, utpote cogitationis seu existimationis et memoriae.

IV. Est substantia rationalis, quae per rationem me- **172r** diat inter sensum et intellectum, et habet actus infra intelligentiam et supra imaginationem.

V. Est natura, substantia heroica, utpote his attributa quae sensuum lenociniis non decipiuntur, captivantur, sed puriore spiritu intellectualiter magis vivunt. Quae natura licet in hominum genere intelligatur, iudicant tamen sapientes hoc nomen 'hominis' aequivoce dici de heroibus et perfectis per scientias speculativas et de aliis non perfectis, sicut aequivoce dicitur de mortuo et vivo. Et forte maior differentia est inter istos, quam sit inter idiotas homines et equos et elephantes. Quare si ea specie distinguuntur, seu si ibi est distinctio secundum speciem, maior debet esse hic; convenientia vero secundum membra et

---

2 hjis *A* 4 ζωή vita ÷ *A*: Motiva hoc est *M* 11 memoriae ⟨, talpae, muscae etc.⟩ *M* 16 sensuum *M*: sensu *A* 17 vivunt *M*: fiunt *A* 19 ominis *A* 24 speciem[2] secundum[1] *A*

imaginem extraneam est accidentalis, quandoquidem animalia multa magis affinia sunt ratiocinio hominis, quam simia, licet haec sit affinior membrorum coordinatione; species vero iudicatur ab intrinseco, non ab extrinseco. Et haec sententia adeo invaluit apud quosdam ex Arabibus philosophos, ut homines stupidos ut animam brutorum mortalem iudicarent; sed quod dicunt de animae mortalitate, mentiuntur, quod autem non pluris faciant tales homines quam bestias, non satis aberrant.

DE IMPERFECTE COMPOSITIS PROPE LVCEM SEV PLENITVDINEM.

Imperfecte composita prope lucem seu plenitudinem sunt animalia divina, utpote quae ex spirituali corpore (cuius videlicet est simplex elementum materia) et mente constant seu anima. Horum alia sunt terrestria animalia, ut sunt Satyri, Fauni, Sileni etc.; alia sunt aquatilia, ut Nymphae et Tritones et Nereides; alii sunt aërei, quos Iunonis filios appellant, et Hebraei appellant volucres coeli et nubes; alii sunt aetherei, quos filios Apollinis appellant (thronos Hebraei vocant, igneos spiritus et Cherubinos et ministros Dei igneos).

---

2 hominis] hōis *A, dove* h *è corretto* 3 simiae A^1? 6 animam *A*: animam ut brutorum ⟨animam⟩ mortalem ⟨habere⟩ *congettura M*: *f.* ⟨quasi bestias, et eorum⟩ animam, ut brutorum, mortalem? 14 elementum] *aveva cominciato* comp A^1 15 *sqq.* ⟨XX⟩ Terrestria — ⟨XXI⟩ Aquatilia — ⟨XXII⟩ Aerij *etc., continuando la numerazione di cui facemmo menzione a p. 178, 8 sqq., e che finisce con p. 183, 24* Super omnia ⟨XXX⟩ autem est absolutum, hoc est Mens, primum *etc. La partizione in trenta era stata del resto indicata a p. 178, 12* 21 ministros Dei, ⟨∴ Angelos puros, Basilius inquit.⟩ *M*

(Above "animam" in note 6: ut)

DE PERFECTE COMPOSITIS PROPE LVCEM.

Perfecte vero composita, utpote substantiae intellectivae et divinae constantiore corpore constitutae, in quibus concurrit quatruplex elementum, sunt astra in genere, quorum in aliis praedominatur aqua, utpote quae aliena luce lucent, et ista sunt tellures, cuiusmodi sunt quos vulgo Planetas appellant, quorum lux non scintillat, et e quibus visibilia sunt duntaxat ea quae prope nos, remotiora vero propter corporis minoritatem et lucis tenuitatem minus videntur, et ideo perpauca ex ipsis sunt sensibilia; alia sunt in quibus praedominatur ignis, suntque maiora corpora et per se ipsa lucent, et haec omnia scintillant. Et haec corpora Deorum nomine appellantur, et sunt praecipua mundi membra, quorum ignea Deorum nomine intitulantur, aquea vero Dearum. Itaque ut duplex est eorum genus, ita duplex est eorum generale nomen; Liberum enim appellant Solem seu Apollinem, Triviam seu Dianam seu Cererem appellant Lunam. Unde Pythagoricus 'Liber ⟨et⟩ alma Ceres', sub Liberi nomine intelligit omnes Deos, sub Cereris omnes Deas. 172v

DE HIS QVAE SVNT PROPE SIMPLICIA.

Prope vero simplicia sunt in duplici genere. Est enim prope simplex spiritus universalis, qui est aër universum vacuum replens, et quod existimant Amphitritem omnium

---

4 constantiora A^1 4.5 quibus p̄ (= prae) concurrit A^1 5 alia sunt astra A^1 12 sunt q̄ (= sunt quae) A 19.20 Pythagoricus ⟨Poeta⟩ sub nomine Cereris intelligit omnes Deas, et sub nomine Liberi intelligit omnes Deos *M*, *che om.* Liber alma Ceres; *cf. del resto sopra p. 37, 15 sqq.* 20 nomen A 25 *forse* quem?

particularium animarum; unde et animam appellant, a qua reciduntur particulares animae et in quam extenuantur seu diffunduntur; unde illud 'quantum ignes animaeque valent.' Alia est sensibilis, utpote lux universalis et ignis primum elementum, omnia illuminans, colorans, formans, calefaciens; unde lucem et calorem mutuantur prima corpora. Est etenim lux substantia quaedam natura praecedens solem et alia astra, sicut et universalis spiritus, aër, natura praecedit omnia animalia.

DE SVBSTANTIA PVRE SIMPLICI.

Substantia vero simplicissima, quae neque composita est neque componibilis, nec per se nec per accidens a simplicitate declinans, est triplex. Operans seu activa, et haec est spiritus seu amor, et animam uni|versi dicunt, quae **173r**
videlicet non venit in rerum compositionem particularium magis quam lux, quae ita est in aëre, ut cum aëre ⟨non⟩ componatur neque eius pars esse possit, et ideo differt a spiritu qui est aër seu Amphitrites animarum; habet enim rationem agentis et operantis omnino, nullatenus autem partis et elementi. Deinde est substantia prima respectiva, utpote constituendarum ad rerum rationes conversa, et haec est primus intellectus et fons idearum seu mundus idealis, quod appellant Filium, alii vero Verbum in se omnia continens. Supra omnia autem est Mens, absolutum primum, ipsa plenitudo seu pater.

---

1 paticularium *A* 8 *Verg. Aen. 8, 403* 8 aër *om. M* 9 animalia, ⟨I Venit Lux, Deinde Venit Sol⟩ *M* 10 PURA ET SIMPLICI *M* 14 et anima, ut dicunt, universi *M* 16 non *om. AM*: ut aër cum ea componatur *M* 17 neque *A* : nempe *M* 21 ad rerum constituendarum rationes *M* 25 *il resto di f. 173r e tutto il f. 173v è bianco in A*

174r

- **Substantia**
  - **Simplex**
    - **Perfecte incomposita**
      - **Negative**
        - Absoluta — Pater (seu Mens)
        - Respectiva — Filius [seu Mens]
        - Activa — Spiritus
      - **Privative**
        - Praeparativa — Vacuum
        - Dispositiva — Umbra
        - Receptiva — Materia
        - Repletiva — Atomus
    - **Imperfecte**
      - **Materialior**
        - Subsidentior
          - Agglutinabilis — Arida
          - Agglutinans — Aqua
        - Mobilior
          - Ab vel ad glutinandum active — Vapor
          - Ab vel ad glutinandum passive — Exhalatio
      - **Formalior**
        - Particularis seu hypostatica
          - Terrestris — Fauni, Satyri
          - Aquatilis — Nymphae
          - Aërea — Filii Iunonis
          - Aetherea — Filii Apollinis
        - Universalis
          - Insensibilis — Spiritus seu aër
          - Sensibilis — Lux seu ignis
  - **Composita**
    - **Imperfecta**
      - **Materialior seu Umbrosior**
        - Ex terra — Mephitis, Sulphures
        - Ex aqua — Fons, Fluvius
        - Ex vapore — Nix, Grando
        - Ex exhalatione — Accensio
    - **Perfecta**
      - **Particularis**
        - Inanimata
          - Lapis, gemma, in quibus terra abundat
          - Metallum, in quo aqua abundat
        - Animata
          - Perfecta
            - Alia in sensibus externis: brutum
            - Alia in internis, ut imaginativum
            - Alia cum ratione, ut homo
            - Alia supra rationem, ut heros
          - Imperfecta
            - Planta, quae tantum vegetat
            - Zoophytum, quod etiam sentit
      - **Universalis, in qua mundana denominatur**
        - Aliae sensibiles per aquam — Tellures
        - Aliae magis sensibilis per ignem — Liberi

La tavola in A è sopra un foglio volante il cui 'verso' è bianco, come bianco è anche il 'recto' del f. 175. Nei vv. 1. 2 ha Pater, Mens *e* Filius (*senza* seu Mens) *M, con altre varianti in seguito, delle quali non occorre far menzione*

Ratio sumendae definitionis cuiusque particularis substantiae ex ordine praepositae arboris est, uti consideremus in ea primo radicem, quae est primus terminus, hoc est substantia, et est ipsum primum [genus] et maximum universalissimumque genus; secundo stipitem, qui semper est duplex, qui significat primam divisionem; tertio ramum duplicem tantum, qui significat tertiam divisionem; quarto brachium saltem duplex, quod quartam; quinto manus saltem duas, quod quintam; sexto digitos saltem duos, quod sextam; septimo articulos saltem duos e singulis digitis, quod septimam significat divisionem; octavo, nono et decimo [ad] alios si opus fuerit, quos appelles secundos, tertios, quartos etc. articulos, usque ad ultimum terminum, qui est species specialissima definibilis seu particularis. Ita ergo definientes erimus procedendo ab universali genere vel remotissimo, qui est in radice, vel proximiore, quod resultat ex differentiis, quae sunt in ramis vel brachiis, per medias differentias ab assumto genere usque ad ultimum. Sic ergo definire volentes Patrem vel Mentem, dicimus esse substantiam perfecte simplicem, negative incompositam, primam absolutam; definire volentes materiam, dicimus substantiam perfecte simplicem, privative incompositam, primo receptivam. Qui termini declarati sunt in superioribus in explicata naturae substantiae scala. Typus huius progressus est * * * **175v**

Itaque completa est designatio particularium specierum, vel, ut melius dicam, membrorum seu graduum scalae

1 ⟨SEQUITUR ARBOR SUBSTANTIAE (*cioè titolo della tav. precedente*)⟩ Ratio *etc.* *M* 2 praepositae *corr.* *A* *e forse* M^1: propositae A^1 *corr.* *M* 3. 4 hoc est] ÷ *AM* 4 genus *om.* *M* 12 *abbiamo cancellato* ad apelles (a *corr. da* s) *A* 16 qui] *sic* *AM* 18 assumpto *M* 24 in *M*: seu *A* scalae A^1 25 est ⟨Radix, stirps, Ramus, brachium, manus, digiti, articuli⟩ *M*: *A lascia quattro o cinque righi in bianco, e noi indichiamo una lacuna*

naturae, per id quod ad substantias rerum attinet, intelligendo et capiendo hic naturam universaliter secundum rationem dictam.

DE EXPLICATA SCALA PRAEDICATORVM SEV ATTRIBVTORVM SVBSTANTIAE ET NATVRAE VNIVERSALITER DICTAE. 176r

Consequenter, postquam digesta sunt substantiarum significata et species, procedendum est ad digerendum universalia eorum attributa, et primo ea quae communiter de omnibus dicuntur, quorum alia sunt praedicata absoluta, alia respectiva, alia media (utpote partim et quodammodo absoluta, partim et quodammodo respectiva), alia sunt velut originalia et effectus, utpote quae sunt praedicata communia, alia vero sunt circumstantiae eorum. Omnia sunt numero triginta.

DE PRAEDICATIS ABSOLVTIS.

Absoluta praedicata sunt:

Primo Ens, seu quod actu; et significat naturam subsistentem, de qua verum est dicere esse, falsum est dicere non esse.

II. Entitas, utpote ipsa entis actualitas, vel actualitas, utpote ipsius quod actu entitas. Differt vero ens et quod ab actu, ab ente et actualitate, sicut lumen et quod lucet, a luce et eo quo aliquid lucet.

---

2 et] het *A* 19 fasum *A* 23 quod Actu, ab Entitate et Actualitate *bene M*

III. Est essentia, utpote natura seu quod est veluti forma, quae dat esse alicui rei, sicut anima quae dat esse animali; et quod significatur per definitionem, dicitur essentia definite.

IV. Est esse, utpote ipsum quod resultat ex principiis constitutivis, utpote non solum quod significatur per definitionem, sed etiam quod ad rei naturam complete constituendam totum concurrit; quia in definitione non ingrediuntur in quibusdam principalibus principia materialia, ut caro, ossa, nervi, humores, calor etc., quae licet nihil dicant de essentia rei respectu cuius dicuntur acci|dentia, **176v**
constituunt tamen esse rei per se, utpote sine quibus esse res non potest.

V. Est subsistentia, utpote effectus ipsius rei et actualitas ipsorum quae conducunt ad esse rei cum circumstantiis et accidentibus, quibus mediantibus naturale aliquid particulariter subsistit. Est ergo ens ut homo, entitas ut humanitas, essentia ut animal rationale etc., esse ut quod compositum ex anima rationali et corpore constituit, subsistentia ut quae est omnimoda ratio, qua Socrates vel Plato est Socrates vere et sensibiliter ipsum quod est.

VI. Est natura, utpote essentia vel entitas secundum eam rationem, qua est principium motuum rei mobilis, seu principium operationis in quacunque re cuiuscunque, ut operetur secundum quod huiusmodi, id est secundum quod ipsa est. Idem ergo est natura et essentia, sed natura dicitur secundum rationem proxime dictam, seu qua principium est agendi vel patiendi in eo quod agit vel patitur,

---

4 *dopo* definitur (*sic*) *aggiunge* est ergo ens, ut homo *M*, *parole che sono anche in A*, *ma cancellate* (*derivano da v. 17*) 9 principalibus *M*: princ.. itus (?) *A* 18 quod *corr. da* hoc (?) *A*: quod hoc *M* 22 entitas *M*: entis *A* 23 rei *corretto in A* 25 id est *A*: ÷ *M*

secundum quod convenit suae essentiae, quia unumquodque sicut est, ita operatur; et ita habemus definitionem naturae universaliter dictae, et non solum ut est principium motus in mobilibus; principium enim agendi et patiendi, et generalius vel agendi tantum vel patiendi tantum, amplectitur omnis naturae conditionem, etiam vacui, in quo est passiva receptio seu passivum quid ipsa receptio, vel si mavis activum, vel si mavis his simile.

VII. Est unitas seu veritas seu bonitas, quae idem sunt, quia verum est quod simplex et unum. Quod enim est duplex vel multiplex, non est verum, merum; similiter quod est unum et verum, unum videlicet et merum ipsum est bonum; quod est una aqua, vera aqua, mera aqua, bona aqua; similiter verum aurum, bonum aurum, unum. Itaque veritas hic non est quae consistit in complexione circa affirmationem et negationem; similiter non est bonum morale, sed veritas est ipsa realitas et simplicitas rei, et consequenter unitas; similiter est bonitas est natura rei; similiter unum non sumitur ut principium numeri vel pars, sed absolute | pro ente simpliciter, non inquam numerali- **177r**
ter et reductivum ad praedicamentum quantitatis, sed essentialiter et fundamentaliter. Itaque haec tria idem sunt et primarie significant; ante haec enim nihil est neque fit.

---

3 motus *corretto in A* 4 mobilibus ⟨h. e. materijs⟩ *M* 4. 5 et generalius] est generalius *A*: *om. M* 7 quid *A*: quod *M* 14 unum *M*: bonum *A* 18 est bonitas est *A*: est bonitas ⟨quae⟩ est *M*: *forsc* et bonitas est? 22 fundamentaliter, ⟨quia substantia est fundamentum reliquorum praedicamentorum.⟩ *M* 23 neque fit *A*: quod aequari posset unitati *M*

DE PRAEDICATIS

PARTIM ABSOLVTIS PARTIM RESPECTIVIS SEV MEDIIS INTER VTRAQVE.

Praedicata media sunt quae sequuntur, quorum primum est secundum quod seu quatenus, et est quod mediat inter naturam et essentiam etc., et ea quae superveniunt et succedunt, ut ratio illorum ex istis et propter haec; unde divinitas secundum quod divinitas recipit certas rationes, unitas et bonitas secundum quod unitas et bonitas, et unumquodque secundum quod huiusmodi.

II. Est necessitas, cui opponitur contingentia, quae duo simpliciter sumuntur: absolute videlicet, ut sunt formae rei secundum quod ipsa; alio pacto, ut respiciunt effectus vel subiecta, utpote quibus sunt necessaria, sicut divinitas est necessitas absoluta in se et respective ad alia. Necessitas enim secundum rationem absolutam est ipsa infallibilis et immutabilis veritas et existentia et unitas etc. Similiter de contingentia circa ea, de quibus dicitur, est iudicium.

III. Est perfectio, et imperfectio opponitur. Ipsa est absolutum quid, ut unitatem et totalitatem rei significat; est respectivum, quatenus dicitur et refertur ad perfectibile. Similiter imperfectio vel ut refertur ad id de quo dicitur, vel secundum se, licet ratio absoluta non sit, ita

---

5 est ⟨VIII⟩ secundum quod, 11 IX Est Necessitas, 20 X Est Perfectio *etc.* (*fino a f. 178ᵛ* XXX Est Vita) *M* 12 simpliciter *A*: dupliciter *emenda M* 15 absolutè *M* 20 et imperfectio opponitur *A*: cui opponitur imperfectio *M*

expressa in hac sicut in illa. Huc spectat integritas et defectio.

IV. Est habere, cui opponitur carere. Ipsum est absolutum; habens enim aliquid dicitur omne secundum rationem qua est, potest; | est respectivum, quatenus ad id 177v
quod habetur refertur habentis ratio. Similiter et carentis.

V. Est ordo, situs seu ubitas; omne enim quod est etiam secundum rationem absolutam aliquem ordinem tenet in scala naturae; habet deinde rationem respectivam, quatenus ad superiora vel inferiora vel utraque.

VI. Est identitas, cui opponitur diversitas. Illa consideratur absolute, ut vera sunt et entia; omne enim est, sicut sibi eadem, in se eadem vel in se diversa; respective, quatenus aliis eadem, ab aliis diversa, vel identitate eadem, diversitate diversa.

DE PRAEDICATIS RESPECTIVIS AEQVALITER.

Praedicatorum vero respectivorum alia sunt termini coaequales, alia vero non. Primi generis sunt:

Primo potentia, quae refertur aequaliter ad possibile; tanta enim est illa, quantum illud est.

II. Actus, qui refertur ad id cuius est actus, et tantus est iste informativus et perfectivus, quantum illud informabile ⟨et⟩ perfectibile. Actus autem hic non potest absolute significari, sicut neque potentia; alia enim significatio

---

1. 2 defectus A^1: Defectio seu defectus *M* 13. 14 vel in se diversa respective *A*: vel in se Respectivè diversa *M* 21 quantum illud est *A*: quantum est agibile entelechia *M* 24 perfectibile *M*: imperfectibile *A*

est actus absoluti et puri; significat enim essentiam divinam. Similiter potentia absoluta, pura et activa, quae cum essentia illa convertitur.

III. Est actio, quae refertur ad agibile, vel ad id quod agitur, vel ad id cuius est actio.

IV. Est passio, quae refertur ad passibile, vel id quod patitur, seu id cuius est passio.

V. Est oppositio generaliter dicta, videlicet complectitur contrarietatem in his quae habent contrarium, contradictorietatem in omnibus, ubi est expressa relatio inter oppositum et contrapositum seu propositum.

VI. Est dispositio vel habitus, quae ad ea, quorum sunt dispo|sitio vel habitus, referuntur vicissim. **178r**

VII. Forma vel figura, formati vel figurati.

VIII. Formalitas vel formositas, qua aliquid intrinsece denominatur. Informitas vero dicitur per negationem formae, qualis est in ipsis quae sunt ipsae formae et ideo formam non habent et informia sunt, et quae relativa ad formas non dicuntur (ut opposita), quemadmodum formata, quae formalitate formata sunt.

DE PRAEDICATIS RESPECTIVIS INAEQVALITER.

Inaequaliter vero praedicata respectiva sunt sequentia, quia non est adaequatio et ratio inter utrosque relationis terminos perpetuo; perpetuo inquam, quia interdum unam, interdum alteram suscipiunt rationem. Horum

---

2 quae] con (*compend.*) q̄ *A*: quod *M* 6. 7 vel ad id quod patitur, seu ad id cuius est passio *M* 13 sunt dispo | vel de ipsa dispositio *A*[1] 18. 19 et quae relativa *A*: Haecque Relativè *M* 24 non est ‹par› adaequatio *M*

Primum est principiatio, qua refertur principium ad principiatum, quod quidem interdum tantum potest prinpiare quantum potest principiari, sed non semper principiat quantum principiare potest. ⟨Praeterea⟩ principium secundum multas significationes non habet proportionem cum principiato neque aequabilitatem, sicut patet de unitate, numero, puncto et linea.

II. Est mediatio, qua medium refertur ad terminos vel ea quorum est medium, inter quae nulla est aequalitas, ut apparet.

III. Est terminatio, quae licet interdum coaequetur principiationi in quibusdam terminis, ut in extremitatibus lineae vel eodem puncto circumferentiae, qui etiam idem terminationis unius et alterius incipiationis terminus seu subiectum, tamen non semper ita accipitur.

IV. Caussatio, utpote ratio denominans subiectum, quatenus ab ipso aliquid est, cui opponitur caussabilitas et caussa, semper ratione qua caussa est praestat effectui et ei quod ex ea est.

V. Inclinatio, hoc est propensio ad esse vel fieri, **178v** facere vel pati, dandum vel accipiendum.

VI. Est numerus universaliter dictus, utpote ratio concurrens ad subiecti constitutionem; unde praeter simplicem essentiam et unitatem omnia numerus quidam sunt.

VII. Est mensura universaliter dicta, utpote momentum cuiusque rei habentis terminum; unde praeter simpliciter infinitum omnium specierum sicut determinata est et distincta species et natura, ita et momentum.

---

1 quae A^1 4 Praeterea M: $\overline{2}$(?) A^1, *ma il numero è cancellato* 10 ut apparet A: quae appareat M 13 vel ⟨in⟩ eodem M 13. 15 etiam (*om.* qui) idem terminationis et principiationis (*om.* terminus—accipitur) M 19 et ei A : in eo M 20 h. e. M: ÷ A 26 habentis] a**ti* A^1 27 infinitum A : definitum M

VIII. Est similitudo, seu relatio inter simile et inter id cui assimilatur, quae est in omnibus; ita tamen ut inferiora dicantur similia superioribus, non e contra, illa vero dicuntur quibus ista assimilantur.

IX. Est vita, utpote primus naturae actus; sicut enim natura est principium omnis operationis, qua unumquodque agit secundum quod est, ita vita est ipsa formalitas naturae et efficacia, qua ea quae sunt perfecta perfecte agendi principium habent et perfectum naturae actum possident, quandoquidem non omnia, quae habent naturam, [non omnia] vitam habere dicuntur, sed quae perfectiorem naturam habent.

DE PRAEDICATIS

TVM ABSOLVTIS TVM RESPECTIVIS
TVM SVBSTANTIALIBVS
VTPOTE QVAE IPSAM SVBSTANTIAM SIGNIFICANT
TVM QVAE SVNT IN SVBSTANTIA TVM CIRCA SVBSTANTIAM.

Ex praenumeratis quatuor ultimi, utpote numerus, similitudo, mensura et vita, sumuntur et intelliguntur significare secundum quatuor praesignatos modos, absolute videlicet et respective, et substantialiter et accidentaliter. Numerus enim etc. vel ipsa sunt substantia absolute, vel ipsa substantia relative, vel rationem eorum quae referuntur ad alia aequaliter vel inaequaliter, vel eorum quae

---

1. 2 inter—inter] *cf. a p. 115, 4 sq.*: ad *invece di* et intor *M* 3 illa] ill* *A*[1] 4 dn̄r *A*: dicantur *M* ista[2] quibus[1] *A* 10. 11 non omnia (*la seconda volta*) *om. M* 11 vitam *M*: n̄tam (*cioè* naturam) *A* 16 istam *A* 21 *dopo* respective *cancella* utpote *A* 22 enim etc. vel *A* 23 vel rationem (*sic*) *M*: *forse* vel ‹significant› rationem?

sunt in substantia, ut intrinsecae qualitates, vel circa substantiam et extra, ut accidentia sensibilia, et ea quae habentur et ea quae coordinantur; omnia enim sunt numerus, mensura et vita, et in omnibus haec eadem reperiuntur. | Vita enim est ipsa essentia, vita est potentia et **179r** virtus, vita est actus quidam, vita est quiddam absolutum et absolute consideratum, vita est quid respectivum ad id quod per vitam vivit vel vitam habet. Similiter reliqua tria. Ista sunt illa praedicata, quae secundum unam simplicem definitionem vel descriptionem possunt dici de omnibus, et talia pertinent ad hunc ordinem; caetera vero generalia praedicata omnibus communicabilia secundum diversas rationes, et quae non possunt unam recipere rationem, sunt sub titulis triginta statuarum, quae quidem quo artificio omnibus pro sua ratione atque singulis accommodentur, postea videbitur.

DE CONSTITVENDA ARBORE PRO CAPTANDA DISTINCTIORE HORVM TERMINORVM DEFINITIONE.

Titulus istius arboris est de praedicatis seu attributis generalibus et metaphysicis, utpote convenientibus enti secundum quod ens est, quae quidem dicuntur consequenter de omnibus atque singulis praepositae scalae substantiae membris; haec enim omnia aut significant substantiam, aut quod est in substantia, aut quod substantiae inhaeret, aut quod est circa substantiam.

---

4 ⟨similitudo⟩ et vita *M* 18 distinctione A^1 21 Entibus *A* 23 praepositae] *p. 184* 26 substantiam. Illud ergo A^1

DE RADICE ARBORIS.

Illud ergo, quod est pro radice, est categoria seu praedicamentum, seu ratio seu intentio, seu vox seu signum; quia hos terminos contingit accipere, vel ut sunt praedicata realiter convenientia substantiis, vel ut significant ea praedicata, utpote ut intentiones illorum, vel ut voces seu nomina quibus significantur. Quando igitur definiendus est aliquis ex istis terminus, aut sumitur ut res, utpote metaphysice; aut ut primus rei conceptus, utpote intentionaliter seu logice; aut ⟨ut⟩ dictio, utpote grammaticaliter seu ratione media inter grammaticam et logicam. Si primo modo captantur, dicuntur entia circa substantiam; si secundo **179**^{v} modo, dicuntur rationes seu intentiones; si tertio modo, dicuntur voces seu dictiones significativae. Itaque in radice pro genere istorum primo ad libitum potes collocare vel ens, vel rationem seu intentionem, vel vocem seu dictionem.

---

4 quia proponuntur hos A[1] 7 significatur (*sic*) *A* : significamus *M* 8 terminis *M* 10 ut *om. A* 12 entia: si secundo (circa substantiam) *A*: circa substantiam *om. M* 14 significativè *A* : seu significativae dictiones *traspone M*

La tavola riprodotta nelle due pagine seguenti è in A sopra un foglio volante, il cui 'verso' è bianco. Nell' intitolazione generale della tavola M ha ⟨Radix ∴ Genus generalissimum ∴ sola Substantia.⟩ Categoria seu Ratio seu Intentio *etc. Al numero III. del primo alinea A ha* Quod est ex principiis constituti: material: et formal: —, *e invece M*: Quod ex principiis nascitur et formatur in ens, quae materiam habet et formam; *al n° III. del secondo* et *om. A*; *al n° IV del terzo* alio *A*, alii (*cf. a p. 175, 10*) *M*; *al n° II. del quinto* spacium significans *A*, *e* spacium *costantemente M*; *al n° IV. del sesto* aclive (*sic*) vel appellens *A*, active vel impellens *M*; *al n° III. del settimo* et consistentia *M*, consistentia *A*. *In fine aggiunge M*: Vita est: Ipsa essentia, potentia et virtus; Actus quidam; Absolutum et consideratum quoddam; Respectivum ad id quod vitam habet. Similiter et reliqua tria: Numerus, similitudo, mensura. *Di altre varianti di M non occorre far menzione*

180r

Seu vox significans quod est.

- I. Substantia ipsa.
  - Absolute.
    - I. Ut quod actu; non fictum, non imaginativum. — Ens.
    - II. Quod est actualitas, qua aliquid est actu. — Entitas.
    - III. Quod est ex principiis constituti: material. et formal. — Esse.
    - IV. Quo aliquid habet actualitatem ex se et per se. — Existentia.
    - V. Quo alia sunt, ut proprietates et accidentia, et non est quod alio substrato eget. — Subsistentia.
    - VI. Quod vere est ipsum, et a quo verum esse habent alia. — Unitas, bonitas, veritas.
  - Cum quodam respectu ad rem.
    - I. Cui dat esse, et quae per definitionem significatur. — Essentia.
    - II. Ut eius principium motus et operationis. — Natura.
    - III. Ut principium motus (et) operationis perfectae, perfectioris et perfectissimae. — Vita.
- II. Ratione substantiae seu essentiae.
  - I. Qua respicit ea quae conveniunt ipsi, in quantum ipsa. — Secundum quod.
  - II. Qua respicit se in se vel in alia specie. — Identitas.
  - III. Qua respicit aliquid per ipsum perfectibile. — Actus.
  - IV. Secundum quod dicitur aliquid possibile vel potens. — Potentia.

Categoria seu ratio seu intentio

III. In ipsa substantia sensibili proprie.	I. Consistenter: secundum rationes dimensionales.		Quantitas.
	II. Inexistenter: formalitas et formatio intrinseca, cuius species sunt		Naturalis potentia et impotentia.
	III. Inhaerenter: extrinseca forma et figura.		
	IV. Inhaerenter pariter et exsistenter vel	ut difficile, facile vel mobile: habitus et dispositio.	
		ut alio conformis: similitudo et proportio.	
IV. Circa ipsam substantiam.	Quod est vel corpus continens, vel superficies corporis continentis.		Locus, Ubi.
V. In et circa substantiam.	I. Quo aliquid ordinatum et quomodolibet situatum dicitur.		Situs, ordo.
	II. Mensura motus et quietis vel durationis spatium significans.		Tempus, quando.
	III. Spatium in quo est aliquod corpus.		Plenum, vacuum, locus, secundum antiquos philosophos.
VI. In et ab ipsa, circa et ad ipsam substantiam ratio qua aliquid est.	I. Principians et principiatum.	Principium.	
	II. In medio medians vel mediatum.	Mediatio.	
	III. Terminus in termino vel terminatum.	Terminatio.	
	IV. Inclinatum, acclive vel appellens.	Inclinatio.	
	V. Habens vel quod habetur.	Habere.	
VII. Quae sunt ipsa, in ipsa, ab ipsa, circa et ad ipsam substantiam.	I. Ratio plurium concurrentium ad constitutionem subiecti.	Numerus.	
	II. Ratio dicens cuiusque momentum.	Mensura.	
	III. Certa et inviolabilis veritas <et> consistentia.	Necessitas.	
	IV. Ultimi finis terminique adeptio.	Perfectio.	

DE STATVIS DISTINCTIONVM. (179v)

Quoniam visum est de subiectis, de praedicatis universalissimis, iam videndum est quomodo et secundum quem modum praedicata illa subiectis connectantur. Propterea de distinctionibus et rationibus ordinentur quaedam personae, in quarum quidem membris geminis inspicere liceat gemina distinctionis membra.

Sit ergo prima statua Atlantis in quindecim geminas partes divisa seu distributa, ita ut triginta membris distinguatur, quorum dextrum sit membrum lucis, sinistrum tenebrarum, alterum inquam perfectioris rationis, alterum imperfectioris. Sint ergo I. Oculus dexter et sinister, II. Duae aures, III. Duo tempora, IV. Nares duae, V. Genae, VI. Maxillae, VII. Humeri, VIII. Brachia, IX. Mammae, X. Manus, XI. Femora, XII. Coxae, XIII. Genua, XIV. Tibiae, XV. Pedes.

In ista ita quindecim distinctionis differentia per ordinem intelligantur, ut in primo | loco sit distinctio abso- 181r
luti et respectivi, in II. absoluti et contracti, in III. abso-

---

1 DICTIONUM *M* 4 illis *M* 5 o^{r}dinentur *A* 12. 199, 9 imperfectioris. I. Gygas eius dextra pertinet ad II Gygantem: Non habet medium sed habet quod utrumque negat: | TABULA STATUAE DISTINCTIONIS *M*, *dove segue lo specchietto dei trenta membri a questo modo:*

Lux		Tenebrae
Dexter, Deus, Pater.		Sinister, Homo, Filius.
I. Absoluti.	Oculi	Respectivi.
II. Absoluti.	Aures	Contracti.
III. Absoluti.	Tempora	In Comparatione.
IV. Perfecti.	Nares	Imperfecti *etc. etc.*
XV. Secundum totum	Pedes	Secundum partes.

17 distinctionis differentia *A*: *forse* distinctionum differentiae

luti et in comparatione, in IV. perfecti et imperfecti, in V. mobiliter et stabiliter seu mobilis et stabilis seu inconstantis et fixi, in VI. soli et concomitati, VII. secundum se, proprie et secundum rem; et secundum aliud, improprie et secundum modum, VIII. simpliciter et in genere, IX. Infinite et finite, X. a se, ab alio, XI. primario et secundario, XII. essentialiter et participative, XIII. simul et successive, XIV. per se, per accidens, XV. secundum totum et secundum partem.

Quod ad primum membrum, absolute et respective ubi dicitur, quia absolute aliquid considerari potest, ut in proposito manifestatum, tripliciter: uno pacto, ut distinguitur contra respectivum, unde est distinctio cuiusque vel considerati sine habitudine ad alia, vel cum habitudine ad illa; secundo absolute, ut distinguitur contra contracte, secundum quam rationem aliquid absolute consideratum generalius accipitur et universalius et extensius, quod non est limitatum vel differentia vel alio applicationis genere (ut animal absolute dicitur generaliter de omnibus animalis rationem suscipientibus, contracte vero ut recipit limitationem differentiae dicitur de quibusdam et tandem de quodam; sic materia absolute et forma absolute sunt unum et infinitum, contracte vero sunt multa et finita; | **181v** materia enim limitatur per formam, et forma per materiam); tertio vero absolute, ut distinguitur contra comparative, est quo accidit aliquando similitudo contradictorietatis, ex hoc quod non consideratur haec distinctio in eo quod dicitur, unde mundus, homo etc. sunt bona absolute, sunt vero mala comparative, utpote si comparentur optimo.

Quod ad distinctionem secundum se et non secundum

---

contra
3 Soli et et concomitati *A* 11 *forse* [quia] 15 contracte *A*

se, aliquantulum alia est ab ea quae est in eodem membro secundum rem et modum: quia differentia est inter rem et modum rei, sicut inter substantiam et accidens, id quod est et id quo est; inter secundum se vero et non secundum se est differentia, ut inter duos modos, quorum significatio est manifesta. In eadem latitudine est distinctio secundum veritatem et secundum similitudinem, ut quod vere est bonum seu secundum veritatem, et quod similitudinarie est bonum.

Quod ad distinctionem quae est ⟨in⟩ brachiis, simpliciter dicitur et quod est absolute tale et omni ratione tale, ut simpliciter bonum quod omni ratione est bonum, in genere bonum quod vel naturaliter est tale vel moraliter tale vel quodammodo tale.

Quod ad distinctionem femorum, primario dicitur quod independenter ipsum et a quo dependenter alia sunt huiusmodi, contra quod secundario.

Quod ad distinctionem quae est in coxis, essentialiter tale est illud quod declaratum est secundum rationem essentiae, participative vero dicitur postea quod inde denominatur; unde essentialiter bonum est ipsa bonitas, ipsa lux, participative vero est ipsum bonum, est ipsum lucidum. Simul dicuntur quorum alterum non est posterius altero, successiva quae habent ordinem secundum prius et posterius.

---

10 in *om. A* 11 *innanzi ad* et omni *cancella* ut si (*cioè aveva cominciato* ut simplicitor) *A* 18 coxis *M*: costis *A* 19. 20 illud secundum quod declaratum est ratione essentiae *M*

APPLICATIO NVMERORVM PRAEDICTORVM.

Sic igitur primo iuxta dextrum et sinistrum statuae per singula membra per ordinem collocentur dictae distinctiones, | quarum quidem illae, quae sunt a capite usque **182r**
ad humeros inclusive, utrisque terminis sumtis abstractive seu adverbialiter formari possunt, omnes aliae distinctiones vel secundum ambas differentias, hoc est lucis et tenebrarum, vel secundum alteram tantum. Si vero alter terminorum sumatur nominaliter, alter vero adverbialiter, tunc singula deducuntur per omnia, verbi gratia absolutum vel respective vel comparative, absolutum contracte, absolutum perfecte, absolutum immobiliter, et ita deinceps. Similiter immobile absolute, primarie, per se, per accidens etc.; infinitum absolute, primarie, per se etc.

Istae sunt bimembres distinctiones, utpote ex terminis illis geminisque constantes differentiis, quae medium non admittunt, ultra et extra quas impossibile vel difficillimum est alias invenire, et in quibus sita est omnis distinctionis bimembris vis, quae ad realia distinguenda conducit. Haec igitur statua cum medium non habeat, habet tamen quod utrumque negat, ut inter absolute et respective est quod neutro modo, quod distinctionis membrum reperiri potest in quibusdam citra rationem essendi, ut quod est neque

---

6 humeros *M*: numeros *A* sumptis *M* 8 hoc est] ÷ *AM* 11 verbi (*corretto*) gra̅ *A*: v. g. *M* 18 difficilimum (*come suole*; *cf. a p. 4, 15*) *A*: difficile vel impossibile *traspone M* 23 quod] q̄ (*cioè* quae), *a quanto sembra*, *A*[1]

absolute neque respective bonum, neque per se neque per accidens. Sicut ergo notamus lucem distinctionis per dextram, tenebras per sinistram, negationem utriusque per posteriora designamus.

DE STATVA TYPHONIS.

In Atlante considerabamus dextrum et sinistrum, qui anteriora non habet; in Typhoeo est dextrum, sinistrum et anterius, quia in eius dorso designantur termini distinctionum, in quibus est medium, haud quidem quod utrumque neget, utpote quod per posteriora significetur, sed quod utrumque ponat, nempe per anteriora denotatum. De terminis enim huiusmodi quaedam composita sunt vel simplicia utrumque complectentia, quae hoc suscipiunt praedicatum et illud, vel utriusque vim. Sicut ergo quindecim in latitudinibus notatae sunt illae, ita et istae | eodem ordine **182v**
notentur distinctiones, in quibus oportet animadvertere, quod non habent medium quasi aliud ab extremis vel extremorum particeps, sed quodammodo unum recipit, quodammodo alterum, sicut hominis substantia quoad animam seu internam naturam unam recipit rationem, quoad externa vero aliam; quae ratio est alia a sequentibus, ut videbitur.

---

2 accidens ⟨cognoscens⟩ *M*   5 TYPHONIS (IV Gygas ad II^{m}) *M*   6 qui quoniam A^1: *forse* quia   7 Typheo *AM*   9 haud quidem *om. M*   11 nempe *M*: nem (*segue un* q *con la gamba tagliata*) *A*   denotadatum A^1 12 quaedam composita *etc.*] *sic AM*   16 oportet $\overline{\text{am}}$ | Primo igitur advertere A^1 17 vel] vel ab A^1 19 substantia] $\overline{\text{sbs}}$ $\overline{\text{sba}}$ A^1 20 externa *A*: externam *forse senza necessità M*

Sunt ergo ad dextram: I. Incorporeum, II. Aeternum, III. Per se, IV. Principaliter, V. Intrinsece, VI. Separate, VII. Ut res, VIII. Effusive, IX. Plene, X. Intensive, XI. In statu, XII. Definitive, XIII. Formaliter, XIV. Evidenter, XV. Ut finis.

In sinistra vero: I. Corporaliter, II. Temporaliter, III. Per aliud, IV. Instrumentaliter, V. Extrinsece, VI. Composite, VII. Ut signum, VIII. Ut susceptivum, IX. Vacue, X. Extensive, XI. In motu, XII. Circumscriptive, XIII. Subiective, XIV. Occulte, XV. Ut ad finem.

Circa primam latitudinem notandum, quod inter corporeum et incorporeum est illud quod secundum quandam rationem est unum, secundum quandam rationem alterum, ut homo seu hominis substantia. Est aliquid etiam quod nec corporeum est nec incorporeum, sed est circa haec, ut punctus, centrum, unitas et intentiones eiusce generis, **183r**
quae posses dicere incorporea, ut sunt circa * * *

Similiter inter aeterno et temporaliter est quod neutro modo, ut momentum, instans; est quod una ratione unum, altera ratione alterum, ut humanitas.

Circa tertiam distinctionem est medium, quod in quibusdam est in se, in quibusdam in alio.

Similiter circa quartam, quod respectu quorundam est instrumentaliter, respectu aliorum principaliter, ut omnes

---

1. 10 *in M a specchietto*:

Sunt ergo ad dextram		In sinistro (*sic*) vero:
I. Incorporeum	Oculi	Corporaliter.
II. Aeternum	Aures	Temporaliter.
III. Per se	Tempora	Per aliud *etc. etc.*

6 verò primo I *A*   15 sed est circa haec *om. M*   16 centrus *A*   17 quae — circa (*sic*) *A*: .... corpor .... circa haec (?) *M*: *abbiamo indicato una lacuna*   18 aeternò (aeternae *A*[1]) *A*: aeternum *M*   22 per se *e* per aliud *emenda M*

medii effectus post primam caussam illius sunt instrumenta, et omnes medii effectus respectu superiorum; universaliter enim secundae caussae respectu primarum sunt instrumentales.

Circa quintam distinctionem est medium, quod intrinsece est neque extrinsece, sicut in....... simplicibus non est considerare intrinsecum et extrinsecum, nisi logice vel intelligendo intrinsecum rei quod per se illi convenit et absolute; alioquin compositis aliquid et intrinsece et extrinsece convenire potest.

Inter coniunctum et separatum est etiam partim hoc, partim illud; partim ita, partim aliter.

Omnia item circa septimam latitudinem praeter Deum sunt in medio; sunt enim res et signum, quia habent esse et significare.

Circa octavam latitudinem primum principium est a quo tantum aliquid effluit, utpote quod est in supremo scalae gradu; quod est in infimo, recipit tantum, non effundit; omnia quae in medio, et recipiunt et effundunt. In posteriore parte statuae sunt non entia.

Circa nonam distinctionem idem iudicium.

Circa decimam latitudinem intensive recipit praedicata quod est actus, intensissime quod est purus actus, extensive quod est materia vel ut materia, partim intensive partim extensive quod lucis et tenebrarum est particeps, in neutro modo quod non est ens.

Circa undecimam latitudinem quod est in quiete 183v
quodammodo est in statu et motu; in statu enim est illud

---

secundae
3 primae caussae *A*: causae secundae *M* 5. 6 quod ⟨non⟩ intrinsece *M* 6 in si....e simplicibus *A*: ex simplicibus *M*: in infimo simplicibus (*cf. p. 178, 16 sqq.*)?? 15 significare. ⟨Omnia praeter Deum sunt Res et signum res candela signum qui fecit ...⟩ *M*

quod est immobile, in motu est illud quod movetur, in quiete illud quod potest moveri.

Circa duodecimam inter definitive et circumscriptive est quod neutro, seu potius quod utroque modo eminentissime est alicubi, ut quod est ubique non ut in loco* * *

Circa decimatertiam subiective dicitur aliquid huiusmodi in proposito, quando est tale propter rationem appropriatam subiecto, formaliter vero quando propter propriam rationem. Unde in eodem possumus dicere 'musicus currit' et 'musicus non currit'; musicus enim formaliter, quatenus musicus, canit vel sonat, musicus vero, utpote musicae subiectum, potest currere.

In decimaquarta latitudine inter evidens et occultum est confusum, seu partim evidens partim occultum, seu neutrum; et propterea in hoc anterior pars et posterior concurrunt.

In decimaquinta latitudine omnia praeter id quod est in supremo gradu, quod est finis tantum, aut sunt tantum ad finem; aut ut quae in infimo gradu, aut sunt partim respectu inferiorum finis, partim respectu superiorum ad finem. In posterioribus sunt non entia.

---

illud
2 quod *A*   5 *dopo* loco ***manca ogni interpunzione in A, e noi indichiamo una lacuna***: loco. ⟨Definitivè ut anima in corpore, et extra non est angulus ubi operatur; Circumscriptivè ut tabula, mensa, liber in loco.⟩ ***M***   6 aliquid sub *A*[1]   7 q̄ndo *A*: quod ***M***   8 q̄ndo *A*: *om.* ***M***   12 currere. ⟨Omnes operationes sunt suppositorum.⟩ ***M***   13 evidens ***M***:
r
eminens *A*   18 supemo *A*   18. 21 quod est finis tantum, aut sunt a fine aut ad finem tantum, ut quae in infimo gradu, aut sunt finis respectu inferiorum a fine. In posterioribus *etc.* ***M***

DE TRIBVS GIGANTVM HYPOSTASIBVS

IN QVIBVS TRIPLEX SEQVENS DISTINCTIONVM GENVS NOTATVR.

Consequenter post eas distinctiones generalissimas, quae vel medium non habent vel habent innominatum, utpote proprio nomine non celebre, sed per utriusque membri negationem vel compositionem describuntur, illae adducendae occurrunt, quae certum nominatumque medium admittunt, quae sunt in triplici genere: quaedam sunt iuxta rationes rerum, ut entia sunt; secundae, ut conceptibilia sunt seu cognoscibilia; tertiae, ut dicibilia seu significativa.

Primum genus in persona Enceladi Gigantis desi- 184r
gnetur, in quo primo est distinctio ad dextram habens ante rem, ad sinistram post rem, in medio in re. Primi generis entia sunt ideae, quas ante multa appellavit Plato; secundi physicae et coniunctae formae vel composita ipsa, quae in multis vel multa appellantur; tertii intentiones seu conceptus a rebus desumti, qui post res vel post multa vulgo dicuntur.

---

2 significatur *M* 5 celebre *M*: cedet (cedat *A*¹?) *A* 10. 11 significabilia *M* 12 Enceladi *A*: CERERI (*sic*) *M* 13. 15 in quo est distinctio:

	Ad dextram	In medio	Ad sinistram
I	Ante rem	In re	Post rem
II	Subiectivè	Virtualiter	Obiective
III	Realiter	Intentionaliter primo	Intentionaliter secundo

e così in seguito fino a

XV	Maximè	Apprimè	Vix.

Circa I. notandum I. Generis sunt Entia, Ideae quas ante multa appellavit *etc. M* 16 coniuncta *A* 18 desumpti *M*

In secunda est subiective, virtualiter et obiective, ut subiectum sit substantia rei, in qua et circa quam subiectum; virtus sit efficacia rei; obiectum sit, quod potentiae obiicitur.

III. Est realiter, intentionaliter primo et intentionaliter secundo: quia realia sunt, quae extra mentem existunt; primo intentionalia illarum imagines et formae et intentiones omnes, quae ita sunt in mente ut illis immediate respondeat aliquid extra mentem; secundo intentionalia sunt intentiones fundatae supra istis, ut logicae intentiones. Primi generis sunt, ut homo in natura et actu; secundi, ⟨ut⟩ homo in voce et intentione et in conceptu; tertii, ut intentio speciei, quae est fundata supra intentione hominis.

IV. Naturaliter, violenter, voluntarie: primum quod est a principiis intrinsecis rei, secundum quod est a necessitate vel alia ratione contra naturam, tertium (quod est medium) est a voluntate, quae mediat inter id quod est secundum naturam et contra.

V. Est 1. sine ordine, 2. inordinatum, 3. ordinatum: primum dicitur de omnibus simplicibus, in quibus cum non sit multitudo, certe non potest esse ordo (hic enim non est citra multitudinem); inordinatum dicitur vel quod tendit ad ordinem, vel recedit ab ordine, vel potest

---

1. 4 II. $\overline{\text{I}}$: Ut subiectum — $\overline{\text{II}}$ Virtus — $\overline{\text{III}}$ Obiectum *etc.*, *e così in seguito* (*per es. v. 5 sqq.* III. $\overline{\text{I}}$ Realia sunt quae — $\overline{\text{II}}$ Primo intentionalia — $\overline{\text{III}}$ secundo intentionalia *etc.*) *omette le distinzioni già date nello specchietto* (*di cui abbiamo fatto menzione nella nota a p. 206, 13*) *M*   1 et] *aveva cominciato* s A^1 3 Virtus sit *M*: virtus sive *A*   3. 4 potentia *A?*   5 Est] Est intentionaliter A^1 12 ut *M*: *om. A*   13. 14 intentione omnis (*sic*) *A*: intentionem hominis *M*   17 alia *M*: alio *A*   17. 18 *abbiamo aggiunte le parentesi: o è da cancellare uno dei due* est*?*   20 sine *corr. A*, *che aveva cominciato una parola con* r

ad utrumque; ordinatum est quod in certa ratione et dignitate constituit plura secundum | prius et posterius. **184v**

VI. Est ut terminus a quo, terminus ad quem et medium: primus est unde motus vel declinatio vel mutatio, secundus qua vel per quod fit motus, tertius est quo vel ad quod.

VII. Est eminentissime, sufficienter, aequaliter vel aeque, et cum defectu vel defectuose: primi generis sunt quae superlative, secundi quae comparative vel positive, tertii quae diminute.

VIII. Est superflue, iuste et mancum; quae distinctio differt a praecedenti, quia non idem est superflue et eminentissime seu eminenter, quia eminentia dicit excellentiam et dignitatem perpetuo, superfluum indignitatem et monstruositatem, iniuriam. Similiter contraria his contrariis rationibus different, quae sunt in aliis extremitatibus, puta defectuose et diminutive seu diminute. Differunt etiam aeque seu aequaliter et iuste, quia duo superflua et manca possunt esse aeque talia, non tamen iuste talia.

IX. Est bene, melius et minus bene, quae membra sunt forma omnium praedicatorum, sicut bonum dicitur de omni ente secundum quosdam gradus.

X. Est secundum esse, secundum posse et secundum operari; quia in omnibus est primum ratione

---

7 *dopo* eminentissime *cancella* (seu superflue) *A*, *che non ha interpunzione innanzi a* sufficienter: *nello specchietto* (*v. a p. 206, 13*) *dà* VII Eminentissime | Aequaliter sufficienter | Cum defectu, defectuosè *M* 10 compositivè *M* diminutae *A*: *f.* deminutive, *ma cf. v. 17* 12 superfluum A^1 15 monstrositatem (*senza* et) *M* 16 alias A^1: in alia extremitate *M* 17 diminutive] *aveva cominciato* ma A^1 20 Est
= 1
benè, melius et minus benè *A*: *nello specchietto* Bene | Melius Bene | Minus Bene *M* quae] ut est quae A^1, *donde M* (*omettendo, al solito,* Est bene – bene; *cf. a p. 207, 1 sqq.*) $\overline{\text{IX}}$ Ut est quod forma, quae membra sunt forma *etc.* 24 *forse* ratio?

qua sunt vel existunt, secundum consequenter a secundo, tertium (a tertio). Huc spectat etiam distinctio in conceptu, in opere, in effectu.

XI. Plene, inaniter, semiplene; quia quaedam recipiunt praedicationem aliquam omnino, quaedam nullatenus, quaedam quodammodo.

XII. Antecedenter, concomitanter, consequenter: in primo genere sunt omnia quae sunt caussae, principia et elementa, et | quae praesunt; in secundo quae con- **185r**
sistunt; in tertio quae sequuntur.

XIII. Citra, ibi et ultra: primi generis quae sunt prope principia; secundi quae sunt in mediis, in quibus principia copulantur; tertii in effectibus ac principiis remotissimis.

XIV. Principaliter, reductive, accessorie: primi generis sunt ea quae proprie sunt, agunt, possunt, dicuntur, ut substantia, quantitas; secundi generis sunt quae non sunt substantia neque quantitas praedicamentaliter, neque alius sunt praedicamenti, sed ad substantiam reducuntur, quia eius pars sunt, ut materia et potentia receptiva, privatio etc., et ad quantitatem reducuntur, ut eius termini, ut punctus et unitas; tertii generis sunt, ut accidentia substantiae respectu, et universalia respectu primae substantiae; omnia enim reductive sunt in his, ut in secunda arbore est ostensum, quia omnia praeter substantiam seu primam arborem sunt quae significant, insunt, consistunt, existunt, inexistunt, adhaerent, adsistunt.

---

1. 2 secundum consequen|ter a secundo. B (*il resto del rigo è bianco*) | Huc spectat *A*: secundum consequenter a primo, tertium consequenter a secundo, quia ut dictum est: posse esse modum essendi operari modum essendi: Huc spectat *M*   4 semiplenius *A*¹ ?   7 concomitantur *A*   11 ⟨sunt⟩ quae sunt *M*   24 enim *corretto in A*   25 arbore ⟨huius lampadis⟩ *M*; *cioè a p. 196 sq.*   26 primam arborem] *cioè a p. 184*

XV. **Maxime**, **apprime**, **vix**: primum est supra terminos, et est generalius et communius quam eminentissimum et superfluum, utpote septimae et octavae distinctionis dexterum; secundum est quod est tantum, quantum esse debet vel potest; tertium quod inter non entia etiam computatur, ut materia dicitur prope non ens vel prope ens. Et hoc membrum differt ab eo quod est **minime** sub ratione negationis, quia adverbium **minime**, ut dependet a nomine **minimum**, dicit ens sub ratione quae significatur hic per **vix**, ut autem negationis particula non dependens a nomine, habet aliam significationem, qua non potest esse et intelligi in membris huius Gigantis.

DE HYPOSTASI ⟨ALCYONEI⟩.

Quod attinet ad distinctiones rerum, quatenus conceptibilia | sunt et sub ratione intentionis et cognoscibilitatis, **185v** eas notari volumus in Alcyonei dorso constante ex dextra, sinistra et media, ut

in dextra sit:		ad sinistram:
Prorsus	Aliquo modo	Nullatenus
Proprie	Communiter	Improprie
Demonstrative	Probabiliter	Sophistice
Comprehensive	Apprehensive	Attactive
In re	In similitudine	In signo
In veritate	In intellectu	In voluntate
Metaphysice	Physice	Logice

4 quod est quantum tantum, quantum A^1 7 diff**t A^1 13 ALCHIONEI *M*: *om.* *A* 16 notare *M* Alcyonaei (*sic*) *A*: Alchionej *M* 22 Attractivè *M* 23. 24 [2]In re In similitudine In signo | [1]In veritate In intellectu *etc.* A^1: *di qui l' errore di M che traspone* V In veritate | VI In re, *ma lascia poi in ordine falso* In similitudine In signo | In intellectu In voluntate

In separato	In abstracto	In concreto
Affirmative	Dubitative	Negative
Iudicative	Inventive	Inquisitive
In praecognitis	In praemissis	In conclusione
Quoad de quo dicitur	Quoad medium	Quoad quod dicitur
In evidentia	In revelatione	In studio
Intelligibiliter	Rationaliter	Sensibiliter
In subiecto reali	In intentione	In voce
In veritate incomplexe	Enunciationis	Argumentationis.

Quod ad primum membrum, manifestum est perfecte, imperfecte et sophistice aliquid cognosci. Quod ad secundum, patet triplex cognoscendi modus. Quod ad tertium, est cognitio triplex: secundum necessitatem, secundum veritatem et secundum apparentiam. Quod ad quartum, est ordo in cognoscendo, attingendo, adaequando speciem et exsuperando. Quod ad quintum, patet differentia inter rem, rei imaginem et rei signum. Quod ad | sextum, manifestum **186r**
est ordinem esse, ut cognitio sit media inter actum rei et appetitum illius. Quod ad septimum, est distinctio secundum tres gradus speculationis, supranaturalis videlicet, naturalis et logicae universaliter dictae, utpote quae distinguitur in triplex ratiocinium a nobis: mathematicum, morale et rationale. Quod ad octavum, separatum est quod secundum se existit omnino extra materiam; abstractum est quod cum sit in materia naturaliter, secundum rationem et conceptum seorsum intelligitur; concretum est quod

---

8 Indicativè *M*   9 ⟨Triplex genus Veritatis⟩ In Veritate incomplexè *etc. M*; *cf. p. 212, 16 sq.*   10. 23 Quod ad] Quo ad *M*   11 cognoscere *A*   12 modus ⟨: Communiter, Propriè et Impropriè.⟩ *M*   13 *innanzi a* necessitatem *cancella* veritatem *A*   15 spō *A*: specie *M*   21 logicè *A*[1]   23 ad] ab *A*[1]

cum materia consistit et comprehenditur. Ad nonum, est manifestum plura non esse asserendi seu assertionis genera. Ad decimum, patet. Ad undecimum, declaratum est in Analyticis ad demonstrationem concurrere praecognita seu prima principia et praesupposita, praemissas et quod ex his. Ad duodecimum, quod ad idem concurrunt tria incomplexa ut partes essentiales seu substantiales, maiorem extremitatem in horum medio. Ad decimumtertium, triplex esse genus informationis per apertum et ex se manifestum, per revelatum et creditum, per investigatum et arreptum. Ad decimumquartum triplex genus subiectorum, potentiarum et actuum, id est sensibile, sensum et oculum seu aures; rationabile, rationem et spiritum quendam vitalem; intelligibile, intellectum et animam. Ad decimumquintum, tria genera subiectorum et formarum, physicum, logicum incordiale et logicum vocale. [Ad decimumquintum] Triplex genus veritatis: eius quae est rei seu definitionis, eius quae est propositionis, eius quae est argumentationis; sicut intellectus operationes sunt tres.

DE POLYPODIS HYPOSTASI. **186ʳ**

Quod vero attinet ad distinctiones eorum quae sunt, quatenus dicibilia, in Polypodis hypostasi secundum ordinem ea collocentur, ut

---

1 ‹Quo› ad nonum *M* 2. 3 gn̅e (*cioè* genere) *A* 4 praecognita,[1] (praemissas[2] *cancellato*) seu *A* 7. 8 maiorem – medio (*sic*) *A*: Maiorem extremitatem, Minorem et Medium seu Causam *M* 10 per investigatum et arreptum *A*: et Medium seu Causam *M* 15. 16 incordiale *A*: encordiale *M* 16 wocale *A*¹ Ad 1̅5̅ *A*: *om.* *M* 20 *e* 22 Polypodis *A*: Polypoetis *M*: *forse* Polybotis? 20 HYPOSTASI ‹V. GYGAS AD III^{m}› *M*

Ad eius dexteram sit:	ad medium:	et sinistram:
Generalius	Convertibiliter	Particularius
Singulariter	Dupliciter	Pluraliter
⟨Incomplexe⟩	Primo complexe	Secundo complexe
Univoce	Analogice	Aequivoce
Vere	Similitudinarie	Metaphorice
Substantive	Adiective	Modaliter
In concreto	Concretive	In abstracto
Proprie	Communiter	Improprie
Latius	Proprie	Arctius
Propriissime	Proprius	Proprie
Substrative	Intentionaliter	Vocaliter
Essentialiter	Accidentaliter proprie	Communiter
Ut superius	Ut convertibile	Ut inferius
Naturaliter significans	A consilio significans	A casu significans
A significato	Significans	Ad significandum.

Circa primum membrum nota est eorum quae dicuntur distinctio secundum rationem praedicandi generaliter et particularius. Secundo quod dicitur secundum tres rationes unius, duorum et plurium; duo enim non sunt proprie plures. III. Patet ex tribus operationibus intellectus. IV. Quod inter rationem aequaliter participatam a pluribus eandem et rationes diversas mediat ratio eiusdem inaequaliter participati. | ⟨V.⟩ * * * VI. Substantiva significatio, **187r**

4 Incomplexè (*corretto però in* 1 Complexe) | 2 Complexe *A*: Incomplexè | Complexè primò | Complexè secundò *M*   13 ⟨Accidentaliter⟩ communiter *M*   15 con$\overset{ii}{s}$io *A*   18 not*m *A*[1]   19 generalius generaliter *A*[1]   25 *A lascia in principio di pagina quattro o cinque righi in bianco*: ⟨V̄. Significatio alia est propria, Alia à similitudine. Metaphorica .v. Universale 3 intelligitur. Omnisque circa similitudinem, et univocationem fit, ut patet in apologis, in moralibus applicationibus, mysticis sensibus quos appellant et anagogicis, ut à brutis ad hominem mystica significatio ut in logo.⟩ *supplisce M*   Substantivo *A*

ut homo; adiectiva, ut humanus; modalis, ut humaniter. VII. In concreto, ut actum; concretive, ut agere; abstractive, ut actio. VIII. Proprie, ut intellectus cognoscens; communitur, ut sensus; improprie, ut elementum. IX. Notat triplicem significandi latitudinem, ut iustitia latius 1. pro omni virtute, 2. pro una de quatuor cardinalibus, 3. pro consumatissima eius specie. X. Notat triplicem significationem, ut entis propriissime quod unum et totum, proprius omnem substantiam, proprie quicquid est actu et de quo non est verum dicere 'non est'. XI. Ut species substrative supponit pro homine vel alia huiusmodi specie, intentionaliter pro uno de quinque praedicabilibus, vocaliter pro hac trisyllaba dictione, exercite, intentionaliter, signate, vocaliter, nominaliter. Sic enim genus dicitur de specie dictione signata in intentionibus: homo est animal dictione exercita seu quae exercetur in primis intentionibus. XII. Primo modo dicitur genus, definitio, species et differentia, secundo proprium, tertio accidens commune. XIII. Secundum duos primos modos est regularis praedicatio seu dictio. XIV. Naturaliter significat risus, planctus, suspiria, quae non sunt propriae dictiones; a consilio, dictiones cum quadam ratione significantis, ut pes montis, pes scamni aequivoca sunt a consilio certo; a casu, ut panis.
XV. Alia significant quaedam similitudine ab aliquo, | non **187v**
tamen illud idem, ut lepus a levitate pedum, non tamen pedum levitatem significat. ⟨2.⟩ ad significandum quod determinate notant, sicut caro carnem; 3. ad notandum aliud ab eo quod naturaliter vel ex communi instituto significant,

---

5 triplex A^1 7 consummatissima *M* 8. 9 proprius] propriè A^1M^1 9 actum *A* 10 verbum *A* 14 Vocaliter, nominatè genus dicitur de specie. Sic enim genus *etc. M* non dicitur A^1 23 *dopo* panis *aggiunge* (ridere et plorare naturaliter) *M* 25 lepus] levius A^1? 26 ⟨2.⟩ *om. AM*

quod sit certa auctorum determinatione, ut creare quod est inditum et usurpatum pro ex nihilo simpliciter facere, cum a principio non ita sumeretur, praedestinatus qui ad gloriam, praescitus qui ad interitum. Itaque apud philosophos et theologos contemplativos cavendum, ne ex vi vocabuli vel etymologiae quispiam putet se aliquid posse demonstrative concludere, quia ut plurimum nomina notant non ex prima impositione, sed pro rei necessitate destinantur ad significandum aliter, sicut etiam apud philosophos rationale significat differentiam hominis essentialem, ex vi tamen dictionis non significatur nisi quoddam accidens; posse enim ratiocinari, habere rationem, esse ratiocinativum, et totum quod dici potest, est accidens. Dicit ergo Aristoteles differentias substantiales et essentiales rei esse innominabiles; non tamen ergo contradicit sibi, cum quaedam proferat pro essentialibus differentiis. Nomina enim non ut significant feruntur, sed ut sunt ad significanda seu adsignificant; rationale enim, ut rationale, adsignificat subiectum rationis, quod non minus posset significari per risibile, tamen consultius est et iudicatur illud nomen usurpatum.

---

3 cum] non s cum A^1 9 aliud aliter A^1 14 et essentiales rei *noi*: et sb (*spazio di cinque o sei lettere*) rei *A*: et differentias rerum (*sic*) *M* 16 pro] cum A^1? 17 non $\overset{\text{ut}}{\text{sigant}}$ *A* feruntur (veruntur A^1?) *A*: sumuntur non ut significant *traspone M* 17. 18 ad significata seu ad significans *M* 18. 19 adsignificat *A*: animal significat *M* 19. 20 significare *AM*

DE APPLICATIONE ARTIS INVENTIVAE ET INDICATIVAE

EXPLICATAE IN TRIGINTA STATVARVM VOLVMINE PRO PRAESENTIS ARTIFICII APPLICATIONE.

I. Consideranda est inscriptionis ratio; dicitur enim Lampas, quia est lux, mediante qua una omnium subiectorum tanquam omnium colorum evidentiam et iudicium acquirimus et perficimus.

Dicitur deinde triginta statuarum, non quia de **188r** omnibus statuas attulerimus vel afferre debeamus, sed quia omnia commode statuificabilia sunt, utpote eorum omnium rationes in quibusdam hypostasibus, membris et circumpositis picturis ordinate possunt explicari. Ideo quemadmodum in statua Noctis, Saturni, Promethei, Thetidis et Iunonis, ita suo modo effici potest in aliis. Ex his quaedam sunt, quae statua non indigent neque alia effigiandi ratione, sed ex ipso rei ordine, quem prae se ferunt, facillimae sunt retentionis et pervium quam maxime habent discursum. Haec sunt quae commode Atriorum titulo inscribere possis, utpote Oceani, Martis, Telluris, Minervae, Veneris, Cupidinis, Scalae Minervae et Telorum Cupidinis; caetera vero, quibus Camporum nomen magis convenit, quae rerum rationes et caussas nullo referunt et referre possunt ordine, si quis statuificare velit, recte faciet.

---

2 IUDICATIVAE *e* 3. 4 STATVARVM VOCIBVS | IN PRAESENTIS *M* 10 statuis *A* 14 Thetydis (*cf. a p. 90, 1*) *A*: *om. M* 16 efficiendi *A*: effigiandi ‹vel formandi› *M* 18 pervium *M*: per vim *A* 19 *dopo* quae *cancella* atri *A*

VTILITAS HVIVS LAMPADIS AD ALIAS.

Perficit haec Lampas Lampadem logicorum: I. quia formae illius suppeditat materiam, et intentionibus generis, proprii, definitionis et accidentis subservit, [subiecta] ostendendo per ordinem in scala subiectorum naturae seriem, et consequenter generum, differentiarum et formabilium definitionum, procedendo a radice ad stipites, a stipitibus ad ramos, usque ad ultimos terminos, puta fructus. Proinde proprietates et reliquae circumstantiae, tum realium tum omnis generis entium, facillime hinc definiuntur, quando subiecta ⟨discurrere⟩ continget per mem|bra **188v** hypostaseon illarum, hoc est personarum Gigantum, ad singulas de triginta statuis, unde etiam media demonstrativa sumere licet ad quidlibet de singulis subiectis et eorum partibus negative vel affirmative, universaliter vel particulariter demonstrandum.

II. Perficit Lampadem Lullii eadem ratione, quia definita, formata et distincta dat subiecta et praedicata, quae illa indefinita dedit. Et ideo ad universa illius inventionis, quam apprime commendamus, est combinandi artificium. Habetur etiam hic non modo series absolutorum praedicatorum et respectivorum, verum etiam eorundem

---

2 LAMPADIS HUIUS *M* 4. 6 suppeditant materiam et intentiones *e* et accidentibus substernit subiecta, ostendendo *e* Schala Naturae subiectorum seriem *M*: *abbiamo cancellato* subiecta, *e sarà da trasporre* naturae subiectorum seriem 11 facilimae *A*, *cf. a p. 4, 15* 11. 12 *forse* deferuntur *A*[1] ? 12 discurrere *noi*: peregrinari *M*: *lacuna A* 13 illarum ÷ personarum *A* : *om. M* 20 in universo *M* 21 quam *A* : quod *M*, *congettura dovuta a malinteso* commentamur est combinan... *A*[1]

per singula triginta rationes, unde non solum copiam, sed et certum et infallibilem ordinem et numerum producimus.

Iisdem aliisque rationibus perficiuntur Lampades Rhetoricorum triginta diametrorum, triginta sigillorum et triginta lucernarum.

DE DISTINCTIONE MINISTERIORVM SPECTANTIVM

AD DIVERSA MEMBRA TRIGINTA STATVARVM.

E triginta, quas explicavimus, statuis tres primae plenitudinis, quibus opponuntur totidem inanitatis, quae supremum et infimum referunt naturae scalae gradum, aptae sunt ad insinuandum rationes praedicatorum, quae conveniunt et convenire possunt quibuscunque subiectis, iuxta suos ordines coniectos, ut distantia a supremo et infimo, et analogia quam habent ad medium.

DE APPLICATIONE RELIQVARVM STATVARVM. 189r

De subnumeratis ante statuis quatuordecim extant, per quarum membra discurrentibus patet inventionis generalis aditus, quandoquidem eorundem modi adducuntur; proinde sunt sex illa prima et quatuor alia, utpote Thetidis statua quae subiecti, campus Cupidinis qui voluntatis, statua Vulcani quae formae, mons Olympi qui finis condi-

3 *innanzi a* Lampades *cancella* roes (=rationes) *A* 9 tres *corr. A*, *che invece di* primae *aveva cominciato* pl (*cioè* plenitudinis) 14. 15 coniectos *è sua distantia à suprema ad infima M*: *bisognerà scrivere* coniectas*?* 21. 22 Thetydis *A* 23 Olympi ⟨et Sagittarius⟩ *M*

tiones adducunt; caeterorum vero sunt rationes. Itaque in tres classes distribuuntur enumeratae statuae: in eas quae lustrantur secundum modos, in eas quae lustrantur per conditiones, et illas quae per rationes. Omnes certe ad inventionem faciunt, maxime autem et firmiter modales.

DE MODALIBVS.

Modales igitur, ad generalem utpote pertinentes inventionem, sunt:

I. Apollinis statua seu atrium, hoc est unius.

II. Saturni, hoc est principii.

III. Demogorgonis, hoc est habitudinis.

IV. Scalae Minervae, hoc est habitus.

V. Statuae Minervae, hoc est notitiae.

VI. Promethei statuae, hoc est agentis.

VII. Officinae Vulcani, hoc est formae.

VIII. Campi Oceani, hoc est magnitudinis.

IX. Explicationis cornu Acheloi, hoc est ipsius habere.

X. Statuae Veneris, hoc est ipsius voluntatis.

XI. Campi Iunonis, hoc est medii.

XII. Campi Veneris, hoc est concordiae.

XIII. Pellis Amaltheae, hoc est differentiae. **189v**

XIV. Montis Olympi, hoc est finis.

---

8 mod*s *A*[1] 9 I.] primo *A* hoc est] ÷ *A*: utpote *M* 10. 23 hoc est *ovvero* h. e *M*: ÷ *A* 11 Daemogorgonis (*cf. a f. 203r; ma v. a p. 131, 1*) *A*: Momorgenis *M* 16 Atrij Oceani (*v. p. 216, 20*) *M*, *ma cf. p. 115, 17. f. 201r extr.* 19 Veneris *M*: Minervae *A*

DE RATIONE ORDINIS STATVARVM MODALIVM.

Commode autem succedet praesens discurrendi ordo a ratione unius ad rationem principii; primo enim est unum, utpote ratio rei absoluta, quam ⟨sequitur⟩ ratio principiandi, quae est respectiva. Hanc sequitur habitudo principii ad principiatum. Hanc sequitur habitus vel simile habitui, qui est secundum illam habitudinem. Hanc sequitur notitia generaliter dicta. Notitiam sequitur agens esse; unumquodque enim ut novit agit, utpote ex agentis ratione vel ex ideali conceptione. Agentem sequitur forma, quia actionis terminus est introductio istius. Magnitudo et momentum rei a formae ratione deducitur. Habere, possidere sequitur magnitudinem formae et actionis. Voluntas sequitur habendi rationem vel carendi. Medium, quo voluntas defertur ad obiectum illius, actum illius sequitur. Concordia est attactus voluntatis concordantium per medium. Differentiae rerum sunt a multiplici concordiae seu concursus ratione; coitus enim materiae cum forma multiplex, numerum et rerum varietatem introducit. Finis tandem sive consumtionis (conceptionis) sive perfectionis et intentionis discursum concludere par est.

---

5 *forse* absolutò *A*[1] sequitur *om. AM* principiandi *A*: principii *M* 10 ut (*cancella* agi) novit; agit *A* 16 ạctum illius sequịtụr (*sic*) *M*, *che om. il primo* illius 19 *non interpunge dopo* multiplex *A* 20 *l.* Finem consumptionis *M* 20. 21 (conceptionis) *A*: *om. M*: *si aspetterebbe* sive consumationis et perfectionis, sive intentionis et conceptionis (*cf. p. 98, 7 sq. 104, 28 sq. etc.*)

DE PRAXI INVENTIONIS PER PRAEDICTA.

Ad praxin ergo procedentibus primum inspiciendum **190r** est quid, quod et quale sit propositum subiectum, an videlicet sit substantia, an vero substantiae; an videlicet ens, an entis. Si est substantia, an sit vere et proprie, an similitudinarie; sunt enim quaedam, utpote in infimo gradu scalae naturae, quae non sunt certe accidentia, quia rei existenti in actu non adveniunt, quod est de praecipua accidentis ratione; dicitur quippe a c c i d e n s, quasi accedens et superveniens. Chaos igitur, vacuum, privatio, quae natura etiam materiae rationem praecedit, tantum abest ut sint accidentia rerum, ut ipsa sint quibus substantiae accedant, adiiciantur, adveniant. Etsi autem nihil sit, cum tamen esse possint omnia, intellectus nulla prorsus ratione subterfugere posse videtur inanis, vacui, spatii conceptionem, ut patet ex argumentis contra ponentes mundum corporeum, dimensionatum et finitum. Quamvis igitur proprie neque accidentium neque substantiarum rationem suscipiant, si omne quod est et vere est in duo tantum velimus distinguere membra, certe haec potius ad ordinem substantiarum referamus oportet, itaque fecimus.

Secundo videndum, si sunt substantiae, in quo ordine intelligantur, utpote quem gradum scalae obtineant, si lucem vel tenebras, lucidum vel tenebrosum, et secundum quam distantiam. Sic etenim primo considerabimus dispo-

---

7 quaedam | quaedam A^1 14 *l.* sint; *invece muta in seguito* possit omne *M* 20 verò est (et) *A* : et *om.* *M*

sitiones quae sunt ante subiectum illud, utpote in possibilitate materiae seu factibilitate, vel potestate efficientis utpote ⟨activitatis⟩; quomodo inquam erit in potentia materiae et noctis, actus et lucis, illud quod ex tenebris et luce est | compositum, utpote quod est infra extremos 190ᵛ scalae gradus. Hic dilatabis contemplationem respiciendo conditiones lucis triplicis ex una parte et triplicium tenebrarum ex alia, inspiciendo secundum quam mensuram illi applicentur. Si ergo aliqua sunt de extremis, dupliciter considerari possunt. Primo quidem secundum conditiones proprias, secundo iuxta oppositionem ad conditiones contrarias. Si vero subiectum pertinet ad medios gradus, tunc cum sit utriusque extremi particeps, utrasque secundum geminas partes suscipit rationes, et ideo omnia superiora dici possunt et inferiora de ipsis, et rationes omnium quodammodo suscipere, quas vel eminenter vel diminute participant, sicut dictum est supra, quod a medio scalae gradu sursum eminent subiecta per lucem, ab eodem gradu deorsum per tenebras. Unde conditiones, quae dicunt perfectionem, diminute reperiuntur in inferioribus; quae vero imperfectionem, diminute dicuntur in superioribus. (Hic consideramus res in suis principiis materialibus et formalibus.) Itaque consideranda primo res occurrit iuxta principia gemina, materialia videlicet et formalia, iuxta rationes distantiae a gradibus extremis. Deinde respiciendum est ad subiectum secundum se, ut est constitutum certum

1 ⟨et praeparationes⟩ quae *M* 1. 2 utpote impossibilitate *A* 3 activitatis *M*: *lacuna A* erit impotentia *A* quomodo enim erat inquam *M* 4 ⟨tenebrarum⟩ et noctis *M* 5 utpote ⟨solum⟩ *M* 6 dilectatio *A*[1] (?): dita|tibus *M* 9 applicantur *A*[1] 10 considerare, *a quanto sembra, A*[1] 11 propri* *s *A*[1] 16. 20. 21 *l.* deminute 18. 19 deorsum] seorsum *A*[1] 21 in perfectione *A* 21. 23 (Hic — formalibus) *om. M* 25 ^{a}gradibus *A* 26 ⟨ut est⟩ certum *M*

et ex principiis eductum; et tunc adeunda est arbor substantiae seu subiectorum, et videndum est quomodo a radice profluat, per quem stipitem, per quem ramum, usque ad ultimam diffe|rentiam. Itaque habebis eius rationem **191r**
penes principia constitutiva et penes ipsum esse constitutum, quod significatur per eius completam definitionem. Deinde ubi ita fuerit definitum, deducendum est per triginta formas, quae sunt explicatae in catalogo praedicamentali, utpote eorum quae substantiae et essentiae conveniunt, utpote videre est ipsius esse, existentiam etc., usque ad ultimum quod est vita. Insuper et videndum est secundum quos modos et quas rationes haec praedicata subiectis illis conveniant:

Primo quidem accipiendo bimembres distinctiones, quarum non est medium.

II. Eas quarum medium est innominatum, complexum videlicet ex extremis.

III. Illas quae sunt circa esse rei, medium habentes nominatum et determinatum.

IV. Quae circa rei notitiam.

V. Si ita res postulabit, circa rei significationem.

Deinde cum ipsum ita fuerit expeditum, utpote praeparatione visa subiecti iuxta contemplationem ex extremitate graduum.

II. Ex existentia subiecti et quasi nativitate per eductionem a radice arboris.

III. Subiecti perfectionem et dilatationem per universalia praedicata.

---

1 et ex] ut est ex *M* *incerto se abbia* eductum *o* edictum *A*: deductum *M* 3 profluat *A*: perfluat *M* 4. 5 rationem (secundum *cancellato*) principia[2] pe[1]nes *A*

IV. Subiecti formas et arma seu circumstantias discurrendo per Gigantum membra.

Consequenter manentibus illis conditionibus intactis, quae ita subiectum constituunt, perficiunt, ornant et armant, | discurrunt per statuas et membra statuarum, primo **191v** quidem conditionalium, 2. caussalium, 3. modalium. Tandem, sicut deductum est subiectum in sua unitate seu puritate, ita subiecti essentia deducatur, ratio, partes, principia, potentiae, effectus etc., quae circa subiectum et in subiecto, a subiecto et ad subiectum sunt.

EXPLICATA PRAXIS AD DEFINIENDVM QVODCVNQVE

CVIVSCVNQVE SIT RATIONIS DEFINIBILIS.

Praepositis ita se se habentibus, nunc deveniendum est ad ultimum totius apparatus scopum, qui est triplex: definiendi omnia sub generalibus, proximis tamen rationibus, verificandi omnia, et demonstrandi omnia iisdem rationibus.

DE RATIONE DEFINIENDI VNIVERSA.

Vulgatum satis est omnem definitionem ex genere et differentia constare. Genus autem est triplex: supremum, medium et proximum. Primum est radix arboris; 2. stipes arboris vel circa stipitem; 3. quod est proximum speciei specialissimae seu ultimae.

Sicut ergo multiplex est genus arboris, multiplex etiam esse stipitis genus oportet. Arbor igitur prima est

---

7 8 seu pluralitate *M* 9 subiecta *A* 14 Propositis *M* 19 VNIVERSA *om. M* 22 arboris *M*: gnis (= generis) *A* stips *M* 26 primae *A*[1]

substantiae sub titulo scalae naturae; 2. sub titulo categoriae est arbor eorum, quae significant substantiam et sunt in, circa, ab et ad substantiam; 3. sunt intentiones vel eorum quae sunt substantia et sunt in, circa, ab et ad substantiam, et istae sunt primae intentiones, vel sunt quaedam adiunctae intentiones primis istis, quales sunt logicae, grammaticae | et similes, et appellantur intentio- **192r**
nes secundae, vel sunt instrumenta seu media, aut sunt operationes seu actus, aut sunt termini, qualia sunt mathematicalia, numeri, puncta, figurae etc., aut sunt signa, aut horum omnium partes sunt. Et haec omnia propria arbore non indigent, quia ex ipsa rei significatione seu termini seu vocis cognoscuntur. Aut sunt universalia praedicata seu attributa ipsorum, quae ad 25 statuas post quinque primas reducuntur, et ista sunt explicata in suo loco; aut sunt differentiae et modi, quibus praedicta sunt, insunt, inexistunt, inhaerent, adstant, circumstant, intenduntur, organizant (sicut instrumenta), operantur, terminant, significant, praedicantur seu attribuuntur, et ista sunt explicata in hypostasibus et membris quinque Gigantum.

His ita se habentibus, iam si perfecta est enumeratio et membrorum distributio, nihil est quod per ista non possit definiri seu non sit definibile, quia nihil est quod ab huiusmodi membris excludatur. Requiritur ergo subinde ratio sufficientiae in definitore, ut cognoscat ad quem ordinem quicquam referatur et reducatur, vel unum simplicem vel duplicem vel multiplicem: simplicem quidem, ut homo

---

1.2 cathegoriae *A*   3 *dopo* ad substantiam *cancella* et istae sunt primae intentiones, vel eorum quae sunt substantia et sunt in circa (*cf. v. 5 e 4*) *A*   7 et | et similes *A*   8 aut] se aut *A*[1]   13 termini *A*: vocabuli *M*   15 in *om. M*   16 praedicta *A*: praedicata *M*   16.17 *dopo* insunt *cancella* insistunt in *A*   18 terminantur *A*[1]   19 ista *M*: ita *A*

est in ordine substantiae; duplicem, ut manus est in ordine substantiae, cuius est pars, ut instrumentum, quatenus ipsa aliquid | fit; multiplicem, ut demonstratio explicita, **192v**
quae est in ordine signi, ut implicitum argumentum indicat. Est etiam in ordine instrumenti, ut per ipsam intellectus scire vel demonstrare nititur. Est tandem in ordine intentionis complexae, quia quoddam logicum est. Itaque definitionem ipsius ingreditur signum, intentio, instrumentum. Pari similique ratione examinandumque iudicandumque est de omnibus.

CIRCA ARBOREM NOTANDA.

Itaque cognita propositorum significatione, facile erit quidlibet definire secundum artem iuxta rationes a primis usque ad ultima genera. Porro definitiones specialissimarum specierum sigillatim, particularium sunt scientiarum secundum propriam magis rationem. Hinc tamen nihilominus iuxta conditionem scientiae universalis nihil est quantumvis minimum et obscurum, quod sufficientem veramque ⟨non⟩ habeat definitionem. Non opus est ergo distinguere ea, quae superius distincta sunt quaeque proprias obtinent arbores.

Caeterum ad propinquiores ⟨venandas⟩ differentias, alia definibilium membra persequamur.

---

1 *dopo* substantiae *cancella* cuius est pars, et instrumenti (*sic*) — multiplicem (*v. 2. 3*) *A* odine *la prima volta* *A*¹, *e la seconda A* 3 *e* 4 explicata *e* implicatum *M* 5 ut] et *A*¹ 9 examinandunque judicandunque (j *corr.*) *A*: examinandum et iudicandum *M* 11 NOTANDA CIRCA PRAEDICTAM ARBOREM *M* 17 est nihil est *A*¹ 18. 19 veramque *corretto e non chiaro A* 19 non *om. A* conditionem definitionem *A*¹ 22 venandas *supplisce M*, *ma è lecito supplire in molti altri modi: lacuna di quattro o cinque lettere in A* 23 prosequamur *M*

Circa tertium ergo membrum, potentiarum sunt aliae activae (et harum aliae divinae, aliae naturales, aliae additae seu acquisitae), aliae passivae. Primae sunt quibus aliquid potest facere, agere, formare, perficere; secundae quibus fieri, recipi, formari, perfici.

Circa quintum, habitus alii sunt corporales, alii spirituales, hoc est alii secundum materiam et corpus, alii secundum spiritum seu animam; | alii intrinseci, alii extrinseci. **193r**

Circa sextum membrum, similiter et actus distinguuntur ut et habitus.

Circa septimum, obiecta alia sunt secundum sensum (et hunc duplicem: extrinsecum, ut colores, sapores, visibilia et universalia; et intrinsecum, ut phantasmata et imaginabilia), alia secundum intellectum, quae generaliter [secundum] intelligibilia nuncupantur.

Circa octavum, ars et operatio alia est corporis, ut ambulare; alia est circa corpus, ut vestire, induere; alia spectat ad culturam animi, ut generaliter * * * liberales appellare; alia ad necessitatem vitae et compositi ex utroque, ut agricultura in generali et medicina perfectionis. Item aliae sunt immanentes, aliae transeuntes; et harum aliae circa superiora, ut contemplatio circa Deum; aliae circa aequalia, ut iustitia, distributio; aliae circa inferiora, ut favor, auxilium, gubernatio.

Circa decimum, terminorum alii corporei, alii circa corpora, ut punctum, alii circa incorporea, ut numeri.

---

5 recipi *M*: recipere *A*, *dove* re- *è corretto e innanzi a* re- *è cancellato un segno* (*forse il principio di un* f): *forse* agi 6. 7 aliae spirituales A^1 7 h. e. *M*: ÷ *A* 11 aliae A^1 13 et universalia *A*: *om. M*: *forse* universa alia 15 secundum *om. M* 18 ⟨quae⟩ liberales appellantur *M*: *indichiamo una lacuna* (⟨artes quas consuevimus⟩?) 20 perfectionis *om. M*: *da emendare* (professionesque omnes?) 23 *f.* iustitiae distributio 25 corpore *A* 26 incorporea ⟨etiam⟩ *M*: incorporei *A*

Circa undecimum, intentionum secundarum aliae morales, aliae rationales, aliae mathematicae; ex quibus sequuntur praxes.

Circa duodecimum, effectus distinguuntur sicut et operationes, quorum alii divini, alii naturales, alii artificiales; et horum alii intentionales, alii practici.

Circa decimumtertium, attributorum alia sunt respectiva, alia absoluta.

Circa decimumquartum, partium aliae primae, aliae proximae, aliae ultimae; aliae magnae, aliae parvae, mediatae etc.

Circa decimumquintum, signorum alia divina, alia naturalia, alia | technica etc. Haec subdistinguuntur ut effectus. **193v**

Definiuntur:

1. Entia seu substantiae per terminos explicatos in * * * radice, stipite et caetera.

2. Categoriae, quae significant substantiam, per terminos primae stipitis activae, reliqua accidentia per reliquas stipites.

3. Potentiae per operationes, ut 'sensitivum quod potest sentire'.

4. Habitus per actus, 'ut ars fabricandi est qua fabricator fabrefacit'.

5. Actus per obiecta, ut 'videre est colores apprehendere', seu per subiecta, ut 'sculpere est imaginem ex lapide formare'.

---

4. 5 Operationes ‹et Actus› *M* 5. 6 alii artificiales[1], alii naturales[2] (*sic*) *A*: alii Naturales Et horum ∴ Artificiales, alii Intentionales *etc.* *M* 7. 8 resspectectiva *A* 11 etc.] aliae Immediatae *M* 14. p. 230, 2 *om.* *M* 16 *lacuna di quattro o cinque lettere A*: *forse* ‹arboris› caetera] *sic* 17 Cathegoriae *A* 18 *sic* (*sarà confusione col femminile* stips = ἔρανος?) *A* 25 *dopo* est *cancella* lapidem ex *A*

6. Obiecta per potentias, ut 'color est qualitas per visum seu per visivam virtutem apprehensibilis'.

7. Ars, actio, operatio per terminos agentem, subiectum et finem, vel per duo horum agente non praetermisso.

8. Instrumentum per agentem et finem, ut 'malleus est organon quo faber utitur ad dilatandum, conterendum etc.; calamus est instrumentum scriptoris ad scribendum'.

9. Termini per ea quorum sunt, ut punctus per lineam cuius est terminus, materia per substantiam, numeri per numerum.

10. Intentiones primae per entia realia quorum sunt intentiones, secundae per propria genera et proprias differentias, quarum aliae I. morales, II. rationales, III. mathematicae, IV. grammaticales sunt.

11. Effectus dupliciter, ut actionum fines et termini, ut **194r**
'vestis est sartoris ultimum opus'; II. ut ad finem, 'ut vestis est sutoris opus vel instrumentum ad corpus contegendum'.

12. Attributa seu formae seu praedicata per secundum quod et quo, ut 'bonitas est quo bonus benefacit, virtus secundum quam virtuosi dicimur'.

13. Partes suas oblique sumta, ut 'festuca est paleae particula, digitus est manus pars'.

14. Signa et indicationes per ea quorum sunt signa, ut 'nomina et verba simplicium intentionum, orationes complexarum intentionum'.

15. Distinctionum termini non definiuntur nisi quod numeris, ut 'primo, secundario, simpliciter' et similiter.

---

15 actio um (*sic*) *A* 17 est tex (*aveva forse cominciato* textoris ?) sutoris *A*[1] vel] ad *A*[1] contegendum *noi*: contexendum *A* 21 suas] *si aspetterebbe* per tota; *o forse mutata costruzione* suas ⟨tota⟩ (*cioè* definiunt) ? 26 *e* 230, 2 *il numero* 15. *corr. da* 16 *A* 26 nisi] nisi p *A*[1] 26. 27 quod numeris *noi*: quid nois (*cioè* nominis) *A*

CIRCA PRAEDICTAM ARBOREM NOTANDA.

Circa 15.

Terminorum distinctiones denominationes sumunt a titulis hypostasium Gigantum.

Circa 8.

Instrumentorum alia sunt divina, alia naturalia, alia artificialia; quorum naturalia subinde dividuntur iuxta species naturae, artificialia iuxta species artis.

Circa 13.

Partium insuper aliae sunt essentiales, sicut hominis partes corpus et anima, vel definitionis partes genus et differentia; aliae virtuales, ut partes animae potentiae ipsius; aliae sunt integrales, et harum quaedam sunt solidae, quaedam primor|diales seu consolidabiles, quaedam **194v**
excrementales: primi generis, ut caput, pes; secundi generis, ut sanguis, cholera, phlegma, humor in genere; tertii generis, ut ungues, capilli et similia.

DE CASIBVS DEFINITIONIS.

Definiendo illud perpetuo est observandum, ut casus casui et, si possibile est, terminatio terminationi respon-

---

3 *ricomincia* (*v. a p. 228, 14*) *M*, *dove* Distinctionis terminorum denominationes sumuntur (*e* sumuntur *ha anche A*, *o almeno* A^1) 4 hypostaseon *M* 5 *e* 9 *om. M* 8 naturae scalae A^1 12. 13 ut potentiae animae, partes ipsius (. Constitutivae partes. (*sic*) Aliae sunt Integrales *M* 13 horum A^1 14 Consolidales *M* 15 pes, ⟨manus⟩ *M* 19 Definienti *M*

deat. Casus inquam casui vel formaliter, hoc est sub eadem locutionis figura, vel aequivalenter, hoc est sub eodem significandi modo tantum, ut quaerenti 'quid est sensitivum?' respondeatur 'specierum sensibilium apprehensio' (hoc est respondere per eundem casum), 'quid est intelligens?' ℞ 'ille qui species immateriales apprehendit'; tunc enim respondetur per eundem casum aequivalenter. Formaliter autem respondebis per eundem casum et terminationem dicendo 'est species immateriales apprehendens.' Quod si diceres 'apprehensivum', non proprie definires, quia quaerens definitionem accipit terminum in actu, definitionem vero tradens accipit terminum in potentia.

EXEMPLA QVORVNDAM DEFINIBILIVM.

Iuxta igitur proposita, ut supra dictum est, nihil est cuius nominis interpretatio seu significatio ignoretur, quod hanc definiendi normam subterfugiat, quod ad haec genera et horum generum differentias non reducatur.

Definiatur ergo nomen per instrumentum hominis, ad significandum vel intentionaliter vel vocaliter substantiam vel accidens ex penultimo Gigante; | ex ultimo vero **195r**
est dictio incomplexa vel incomplexe significans substantiam seu accidens seu res.

2. Verbum hoc addit, quod significat cum tempore, ut sum, es, est, fuit, erit. Caetera verba significant omnia accidentaliter.

---

1 *e* 2 h. e. *M*: ÷ *A* 6 ℞ ille: qui *A* : ℞ *om. M*, *che anche al v. 4 ha* ⟨Est⟩ specierum *senza* respondeatur 7 aequivalentem *A* 19 per instrumentum *innanzi a* nomen *A*[1] hominis (hois *A*)] *forse* nominis

3. Demonstratio est instrumentum rationis complexe significantis, ad aliquid necessarium concludendum vel necessario concludendum. Quod si vis addere materiam, dicas 'ex triplici propositione constans' vel 'ex tribus terminis'.

4. 'Quid est acumen?' ℞ 'Est tenuissima pars instrumenti apti et ordinati ad scindendum vel penetrandum'.

5. Simili ratione definies acutum ingenium, quod videlicet ita est penetrativum rerum difficilium, sicut acies gladii optimi rerum duriorum.

6. 'Quid est acutus sapor?' 'Est qui ita est sensorii organi penetrativus, sicut supra.' Et hoc pacto definiuntur omnia nomina metaphorica et similitudinarie significantia vel sumta.

7. 'Quid est pluma?' ℞ 'Est pars excrementalis avium ad contegendum corpus, sicut squamae ad contegendum pisces, corium iumenta, pili feras' etc. Itaque habet definitionem ex materia | et fine et subiecto cuius est, sicut et **195v** instrumenta; partes enim sunt organa totius. Similis modus est definiendi squamae, pili, corii et similium, addendo proportionem unius ad alterum hoc modo:

8. 'Squama est pars excrementalis piscis ad contegendum corpus illius, sicut pluma vel pili in animalibus.' Itaque in omnibus eiusce generis vel similis perpetuo ad proportionale respiciendum est, siquidem omnia vestit animalia natura, immo omnia animata, sicut et plantas et herbas corticibus et frondibus; quae sane additio proportionis, licet non sit essentialis et necessaria, tamen utilis est et iucunda, et ad doctrinae ornamentum et iudicii confirmationem faciens.

---

10 sapor *A*: sensus *M*   13 vel sumta *om. M*   21. 22 *om. M*, *dove mancano anche tutti i numeri dei paragrafi: del resto il numero* 8. *è certo da trasporre innanzi a* Similis (*v. 18*)

9. 'Quid est calamus scriptorius?' 'Est instrumentum seu organon artificiale ad delineandum seu designandum ea quae sunt in voce seu dictiones vocales, vel aliquid aliud huiuscemodi notandum et impingendum.' Quod si lubet addere materiam, dicas 'ex avis pluma' vel 'ex canna antiquitus'.

DE RATIONE VERIFICANDI SEV ENVNCIANDI.

196r

Quod autem spectat ad secundum rationis opus, quod est compositio seu verificatio, oportebit videre quomodo praedicata subiectis adnectantur et verae enunciationes fiant, ad cognoscendum qua ratione quoque ⟨modo⟩ quidpiam de aliquo dicatur.

Postquam ergo distincte perceperimus et tenebimus subiecti seu rei, de qua est consideratio, definitionem, facile erit iudicare quomodo praedicata omnia de illis dicantur. Porro qui noverit rationem et conditiones propositorum praedicatorum enumeratorumque, facile inferre poterit omnium caeterorum, quae imaginari possunt, rationem, quia praedicata omnia aut sunt haec, aut horum partes et species, aut horum modi, aut contraria his, aut similia, aut proportionalia. Cum ergo super his fuerit exemplificatum et inductum, de omnibus nos exemplificasse et induxisse pro suo iudicabimur modo. Ratio igitur istius doctrinae complendae exigit, ut videamus quomodo praedicata, utpote dictiones triginta statuarum, dicantur de subiectis enume-

---

4 pingendum *M* 5. 6 canna. ⟨FINIS⟩ (*om.* antiquitus) *M* 6 *il resto del f. 195r (circa otto righi) è bianco in A* 12 quoque *A*: quoq̊ (*sic*) modo *M* 26 *senza interpunzione AM*

ratis secundum eorum genera. Processus autem ita fiet, ut istud subiectum per membra Atlantis et Typhonis, hoc est primorum duorum Gigantum, transeat ad praedicatum; in membris enim Gigantis formatur, modificatur, glossatur, distinguitur. Subiectorum ergo alia sunt ipsa [et] lux et plenitudo, alia sunt ipsa inanitas et tenebrae; alia participia sunt utriusque. Et horum quaedam proximiora sunt luci, quaedam proximiora tenebris, quaedam aequidistantia vero: haec quidem simplicia, haec vero composita. Lucida ergo, quatenus lucida, ut in pluribus, per dextram utriusque Gigantis formantur, opaca per sinistram, mixta una quidem ratione per hanc, altera vero per illam differentiam deducuntur. | De subiectis ergo alia quae sunt lux ipsa, ut **196v**
plenitudo, intellectus, amor, discurrunt per triginta statuas formata, primo quidem accipiendo a dextra primi Gigantis absolute, perfecte, solum, a se, simpliciter, infinite, primario, proprie, essentialiter, simul, per se, secundum totum, principium, unum, caussa, cognoscens, agens, actus, magnitudo, virtus, amor, finis, plenitudo, potens seu potentia etc.; caetera omnia praeter haec horum praedicatorum modum recipiunt a sinistra eiusdem Gigantis, utpote secundum rationes oppositas. Discurrendo autem per membra secundi Gigantis eadem praedicata dicuntur de eodem subiecto, accipiendo ipsa secundum rationem incorporei, aeterni, per se, principaliter, intrinsece, separate, secundum rem, effusive, ut quod est et quo est simul, intensive et extensive, in statu extra omnem motum, illocabiliter, hoc est neque circumscriptive neque definitive, formaliter,

---

2.3 hoc est (÷ *A*) — Gigantum *om. A* 5 et lux (*ma* l *corretto da* p) *A*: et *om. M* 7 utrisque *AM* 8.9 aequiḍistantia verò *A*: veluti aequidistantia *M*: vero *sarà da cancellare* 15 *sqq. sic A* 20.21 *aveva cominciato* praedicatio *A* 22 autem] autem sd (*cioè* $\overline{\text{sdi}}$ = secundi) *A*[1] 28 h. e. *M*: ÷ *A*

nullo pacto materialiter et quasi subiective, quia est actus purus, evidentissime quoad esse, occulte quoad quid esse, ut finis omnium et quod nusquam est ad finem. Itaque ex membris ex partibus secundi Gigantis suscipit aliquando utrasque, quatenus utraeque differentiae perfectionem significant. Viso ergo quomodo praedicata omnia modificantur in luce, satis manifestum est quomodo secundum rationem oppositam verificantur de tenebris, hoc est de inani, de materia, de potentia passiva et similibus. Negative igitur haec omnia dicuntur de his, quae in infimo naturae gradu, privative quaedam ex his, sed omnia de non ente simpliciter negative dicentur. De his vero quae sunt in medio, ex maiori et minori participatione huius vel illius extremi, hoc est lucis vel tenebrarum, haec praedicata secundum maiorem minoremque rationem attribuuntur.

Quod vero attinet ad operationes et instrumenta, actus **197r**
et potentias, signa et enumerata caetera, satis apertum est quod ipsae sequuntur conditionem subiectorum in quibus sunt, quorum sunt, a quibus sunt, et finis ad quem sunt; quae nimirum si sunt infinita, simplicia, aeterna et universaliter dexteram participantia secundum totum vel secundum partem, ita et ea quae sequuntur ipsa. Conditionem enim subiecti sequitur conditio potentiae, virtutis et sapientiae; conditionem finis sequitur conditio materiae et instrumenti. Itaque subiectis, principiis, mediis et ultimis optime positis, optima sunt omnia.

---

3 ad finem *A*: à fine *M*, *che omette per malinteso* ex membris 5.6 *dopo* significant *cancella* sicut *A* 7 in *A*: de *M* 8 h. e. *M*: ÷ *A* 11 *dopo* his *cancella* infimo *A* non *corr.* *A* 12 dicentur *M*: diconto *A*: *forse* dicuntur 14 hoc est] ÷ *AM* 20 infinita simplicia *A*

DE MODIS DISTINCTIONVM ET DIFFERENTIARVM SVMENDARVM

EX ARTICVLIS TRIVM POSTERIORVM GIGANTVM.

Licet omnes modi, quibus subiectis praedicata insunt, sive metaphysicis, sive physicis, sive artificialibus, sint explicati in duobus primis Gigantibus, tamen adhuc quia omnia considerantur dupliciter (uno pacto quoad modum essendi, alio pacto quoad modum concipiendi; quem sequitur veluti tertius modus significandi), ideo tertius Gigas indicat omnia praedicata secundum primum, quartus secundum iuxta, ultimus iuxta tertium. Omnia ergo per tertium Gigantem entia concipiuntur vel ut ante rem seu ut in principio effectivo, vel ut in re seu ut in effectu et actu, vel post rem, et ita dupliciter: in conceptu (intentione), et in signo (voce).

Hanc distinctionem sequitur in dispositione seu secundum dispositionem, in fieri, in facto; quam distinctionem postea sequuntur caeterae per ordinem notatae et declaratae in membris praedicti tertii Gigantis.

Proinde, ut ipsae res in considerationem veniunt, distinctiones earum indagandae ex membris quarti Gigantis. Ubi enim | expedivimus rei conditiones, quatenus est **197v**
et quatenus esse concipitur, ita respiciendum est ad membra quarti Gigantis, e quibus distinguendum est primo an

4 subjecta praedicatis A^1: praedicata subiectis *M* 10. 11 quartus secundum juxta, ultimus juxta $\overline{3}$ *A*: $\overline{IV}$us iuxta tertium modum *M* 14 concepto *A* 16 *forse* distinctio ? o distinctionem ⟨distinctio⟩ ?

prorsus et omnino sit res cognoscibilis, an nullatenus, an quodammodo; et hic quomodo cognoscatur et quomodo lateat. Subinde iuxta secundam distinctionem, an cognitio illa sit proprie dicta, vel communiter, vel improprie. Tertio, an ex habitu illius cognitionis habeatur scientia non solum vera sed certa, an vera tantum, an apparens seu sophistica. Similiter procedendo per ulteriora membra.

Quod vero ad ultimum Gigantem spectat, facile est distinguere de his quae dicuntur, quatenus dicuntur, quomodo dicantur; si videlicet complexe an incomplexe, et si complexe, an prima vel secunda complexione. Item si simpliciter, hoc est secundum unam significationem, dupliciter secundum duas, multipliciter secundum plures; si universalius, si convertibiliter, si particularius, si aequivoce vel amphibologice, si univoce, si analogice; praeterea si convenienter, similitudinarie, proportionaliter; similiter secundum alias rationes in ultimi Gigantis articulis notatis. Ex quibus omnibus consideratis completa videbitur ratio, qua de [quo] subiecto quocunque quidlibet vere et false affirmari negarive possit.

EPILOGVS.

Si ergo praeter notata subiecta non est subiectum, praeter notata praedicata non est praedicatum, praeter notatos modos non est modus (omnia enim aut sunt haec ipsa, et ita per se sunt declarata; aut sunt contraria ipsis,

---

1 omnino] $\overline{\text{oio}}$ *corr. da* $\overline{\text{oia}}$ *A* 1.2 an quodammodo, et hic quomodo *A*: an quomodo, et an quomodo *M* 4 *innanzi a* c̄oiter (= communiter) *cancella* coi *A* 7 *forse* procedendum? 12 hoc est] ÷ *AM* 17.18 denotatis *M*: *l.* notatas 19 de quo subjecto quocunque *A*: de quocunque subjecto *M* 21 *om.* *M*

et ita per oppositam rationem sunt manifesta; aut sunt similia et proportionalia his, et ita similiter et proportionaliter habentur definita), nihil igitur superesse videtur. Itaque cum omnia primum quidem habeant, quo possint simpliciter apprehendi, hoc est subiecta per se, praedicata per se; II. complexe, ut subiecta praedicatis annectuntur; utrumque perfecimus, et duas intellectus operationes sufficientissime regulavimus.

DE VLTIMA ET TERTIA PRAXI. 198r

Nota rei definitione essentiae, et essentia et ratione qua praedicata omnia de ipsis dicuntur, facile erit subinde probare quodlibet de quolibet, applicando omnia principia vel quaedam secundum conditiones illas, quae servant et integram respiciunt rei rationem, qua destructa ubique praevaricare necesse erit. Si ergo volumus quodcunque de quocunque probare, undique possumus sumere media, dummodo illa sint accommodata ad rationem seu definitionem et proprietatem subiecti, quod facile erit cognoscenti definitionem et modum seu formam et distinctionis differentiam, qua tale praedicatum dicitur de tali subiecto vel dici potest, ut per exemplum: Homo est substantia composita ex intellectuali et materiali, media inter superiorem et inferiorem naturam, et nexus utriusque; ideo unitas illi non convenit secundum rationem absoluti simplicis, sed contracti et compositi, coordinati, conspirantium partium, et

---

5 appraehendi *M*: apprehendere *A* h. e. *M*: ÷ *A* 8 regulavimus. ⟨FINIS.⟩ *M* 9 DE TERTIA ET ULTIMA *M* 11 essentiae *om.* *M* 12 ipsa *M* 25 absoluti simpliciss (*sic?* iss *corr.*; *forse* simplicissimi?) *A*: absoluti, simplicis *M*

caeteris consequentibus rationibus; sicut ergo est unum, ita est et magnum, ita potens, ita cognoscens, utpote habet magnitudinem intelligibilem, exercebilem, potentiam immaterialem et materialem, cognitionem secundum sensum et intellectum; itaque de ceteris praedicatis, utpote de contrarietate, concordia, differentia etc. Iam de homine quidlibet possumus demonstrare quod vere illi convenit, per quodlibet aliud quod itidem illi convenit; vel si volumus falsa demonstrare sophistice procedendo, eius definitionem alteremus oportet, ut appellando hominem internam illam naturam, si de ipso magnifice magis sentire volumus, vel animalem tantum partem nihil illi supra bestias tribuentes, si de ipso perperam iudicare volumus.

Iam ut exemplum unum concipiamus, quo per proposita principia discurrendo de aliqua re disseramus, proponatur nobis: ⟨Anima non est accidens.⟩

⟨I.⟩ Omne accidens ita continetur a subiecto, ut non **198v**
possit esse sine subiecto; anima vero potius continet subiectum, hoc est terminat, quia omnis forma naturalis terminus est et appellatur, et est ratio termini.

II. ratio. Nullum accidens absolvitur a subiecto et realiter existit sine subiecto; anima hominis absolvitur a corpore et realiter existit sine illo.

III. Omnis forma simplex non extenta ad extensionem subiecti et persistens est substantia; anima est huiusmodi; ergo —.

IV. Omnis forma accidentalis cum subiecti inconstan-

---

3 exercebilem (*sic*) *A*: et sensibilem *forse a ragione* *M* 10 ⟨tantummodo⟩ illam internam *M* 14 accipiamus *M* 16 e 17 Anima — accidens *e* ⟨I.⟩ *om.* *A* 19 ÷ terminat *A* : *om.* *M* 20 termini ⟨(÷ omne accidens continetur à subiecto.)⟩ *M* 22. 24 Anima — III. *om.* *M*, *dove perciò i numeri seguenti continuano con una unità di meno* 25 et per se subsistens *M*

tia et variabilitate mutatur; anima non est huiusmodi, quia dicit Aristoteles 'si seni detur oculus iuvenis, videbit ut iuvenis.'

V. Omne cui convenit ratio et essentia substantiae, vere est substantia; sed animae convenit esse ens per se existens et subiectum potentiarum; ergo non est accidens.

VI. Nullum accidens est solum et separatum; anima est sola et separata.

VII. Omne accidens est multitudo quaedam seu dualitas, quia dicit quale, quod quidem praesupponit quale quid; dicit item modum, qui praesupponit rem; anima vero non dicit quale, sed dicit quid: dicenti enim 'quid est hoc?' respondebimus 'anima', non autem dicenti 'quale est?' Unde Pythagorici unitatem nominant substantiam, dualitatem accidens.

VIII. Omne accidens est velut in circumferentia et extremitate subiecti, habens esse fundamentale in centro quod est substantia illius; anima vero potius quoddam centrum est, unde veluti a corde explicantur ab ea organa suarum operationum et potentiarum; et sicut radix est principium stipitis, ramorum, frondium et fructuum, ita haec est subiectum potentiarum, operationum et effectuum | et **199r**
circumstantiarum quae sunt veluti frondes; [in quibus] in quo est individuum et centrum, est substantia; ergo rationem accidentium non recipit.

IX. Omne accidens requirit materiam et subiectum

---

1 varietabilit* (* = *due lettere corr.*) *A*: varietate *corretto in* variabilitate *M* 2 *Aristot. De an. A 4. 408b 21* 2. 3 videbitur (*senza* ut) *A*: videt ut *M* 10 quod quidem quale praesupponit quid *M*, *ma cf. per es. Summa term. metaph. p. 26, 2* 13 anima *M*: animam *A* 13. 15 quale est. (*sic*) unde — accidens *A*: quale (. qui dicit quale est, dicit multitudinem, et praesupponit quod.) *M* 20 suarum] su***m *A*[1] 23. 24 *cancelliamo* in quibus *e interpungiamo dopo* centrum: in quibus quod est *e* centrum ⟨quod⟩ est *M* 25 accidentiū *A*: accidentis *M*

pro sui existentia; anima vero per se existit et subsistit, ipsa etiam est subiectum accidentium et operationum; ergo —.

X. Omne accidens denominat subiectum accidentaliter, sicut ab albedine dicitur album, a scientia sciens; sed anima substantialiter denominat subiectum, quod dicitur animatum; ergo —. Probatur minor, quia remota scientia et albedine potest manere eadem species et substantia, sed remota anima non est eadem species neque substantia; ergo sicut essentialiter constituit, ita essentialiter denominatur.

XI. Anima est in ordine et coordinatione scalae substantiarum, quia dicitur esse in confinio substantiae intellectualis et physicae seu materialis; ergo non est accidens. Quae quidem analogia non est secundum dictionem, sed secundum gradus et situationem in dicta scala, habens aptitudinem ad superiores et ad inferiores substantias, nunquam vero collocata est in ordine accidentium; analogum enim est quod dicitur secundum prius et posterius in his quae dicuntur, et habet rationem prioris et posterioris in his quae sunt.

A Saturni statua iuxta tres primas rationes.

A principio originali. Quia patrem habere dicitur anima Deum, unde vel est ex divina substantia, vel ex peculiari quadam. taliter denominari non potest accidens.

2. A semine. Quia anima non est virtus seminis neque accidens, sed est agens et formatrix in eo et per ipsum.

---

1 pro (*cancella* sui exi) sui | existentiae (*sic*) *A* ipsa] ista (?) *A*: et subiectum est (*om.* ipsa etiam) *M* 2 operationum *A*: potentiarum *M* 6 ergo — minor *om.* *M* 9 consti**it A^1 16 superiora A^1 20 sunt ⟨Analogia dicitur ordinatio.⟩ *M* 21 quadam taliter (*senza interpunzione*) *A*: quadam, pariter *M*

3. A ratione praesidentiae. Quia ipsa gubernat, movet, regit omnino corpus. Ergo hoc est potius instrumentum, quam principium illius.

Ex statua Promethei. **199v**

1. Ratione efficientis. Quia anima corpus extendit ex embryone et organizat, et sibi suisque operibus aptum reddit, et non est possibile fingere quidpiam quod corpus ita ante animae ingressum praeparet et disponat. Ergo non est accidens in corpore, quasi corpori accedens.

2. Ex ratione architecti. Quia ipsa sedet in puppi et gubernator est totius compositi, ad cuius nutum omnia moventur, vibrantur nervi et musculi obtemperant. Est ergo quoddam veluti libere agens et praesidens suo operi.

3. Ex parte ministerii. Quia tota materia et corpus et compositio illi subservit et mancipata prorsus esse videtur.

Ex officina Vulcani.

Primo ex ratione ideae. Quia accidentis nulla est idea; animae vero prima dicitur esse idea, deinde caeterorum.

2. Ex parte instrumenti. Quia omne accidens respectu subiecti est veluti instrumentum illius; anima vero non est instrumentum corporis, utpote qua corpus aliquid agit, sed potius quae corpore haec omnia operatur.

3. Ex parte adventus seu accessus. Omne accidens advenit compositioni seu subiecto essentialiter constituto; anima vero accipit subiectum essentialiter constituendum,

---

8 apparet *A*[1] disponit *A* 11 gubernator (*o* gubernatrix? *ma cf. p. 245, 12 e 15 etc.*) est *noi*: gubernatur ex *A*: gubernaculo *M* totius] *la prima sillaba incerta A* 12 vibrantur, ⟨membra,⟩ nervi *M* 18 animae *corr. in* anima? *A*, *dove* prmà (*forse* primo?)

ipsa enim figurato corpore in hominis figuram et vivificato istum substantialiter constituit et ad propria accidentia exposuit.

Ex statua Vulcani.

1. Ex ratione qua filius Iunonis. Nulla forma accidentalis elevatur supra subiectum cuius est accidens; anima secundum nobilitatem, dignitatem et esse praeeminet materiae cui dominatur et a qua potest | absolvi; ergo non **200r**
est accidens.

2. Ex parte instantaneae productionis. Omne accidens per alterationem et dispositionem secundum tempus dicitur advenire subiecto et motum, anima vero in instanti; ergo habet formae substantialis rationem, per quam generatio est, non alteratio.

3. Ex parte unius parentis. Anima est ex patre sine matre, quia si caussam habet, est efficiens, non materialis; eius enim nulla est materia, utpote individuae substantiae; omne autem accidens e gremio materiae seu subiecti proficiscitur.

Ex campo Thetidis.

1. Omne accidens se habet sicuti color, omnis materia sicut tenebrae; anima vero ad sphaeram lucis pertinet; ergo neque accidens est neque materia, sed immaterialis substantia. Maior est manifesta per praedicta, quia praeest, dominatur, regit et vivificat materiam.

---

1 figuram... (pro *in compendio?*) et *A* 2 ipsum *M* 3 exposuit (*in modo da sembrare anche* app- *o* opp-) *A*: opposita *M* 11.12 et motum (m*tum A^1) *traspone dopo* tempus *M*: *piuttosto sarà da trasporre dopo* alterationem *o da correggere* et materiae (*ovvero* et locum ?) 13 formae substantialis formam (*sic*), per quam *A*: rationem formae substantialis, penes quam *M* 20 Thetydis *A*

2. Ex multiplicatione. Anima iuxta diversitatem materiae omnes species atque diversas effingit; ergo non accidens est, sed agens substantia, utpote principium esse omnis specifice atque vitae. Est enim ipsa natura omnium perfecte compositorum.

3. Omnis forma accidentalis inhaerens et adiacens subiecto indicat et insinuat subiectum a quo dependet; anima vero est quae indicatur et insinuatur, et ab qua omne accidens, potentia et indicium dependet.

Ex Sagittario.

1. Ex distinctione finis. Anima est finis ad quem ordinantur omnes materiae partes; potius enim corpus est propter animam, quam anima propter corpus. Ergo minus peccaremus dicentes corpus esse accidens animae, | quam **200v**
contra; generaliter enim subiectum respectu accidentis dignius habet esse. Porro neutrum alterutri accidens intelligatur, sed duae distinctae substantiae, quarum altera excellentior, altera deterior.

2. Ex parte medii et ultimi. Anima est ultima et suprema species inter divina et naturalia, ad quam omnia inferiora ordinantur, sicut ordo naturae scalae requirit; ergo substantiae rationem necessario habet.

3. In genere corporum et materialium ipsa est ultimus finis, indignum autem esset accidens esse substantiae finem.

4. In genere intelligibilium ipsa ad ultimum finem refertur, indignum autem esset talem relationem tribuere

---

4 specificae *A*¹: *om. M*   8 $\overset{\text{est}}{\text{quae}}$ *A*   ab qua (*o* atqua? *è corretto l'*u) *A* : à qua *M*   17 *forse* quorum *A*¹   22 necessariè *A*¹

accidenti, non autem supposito alicui, non inquam existenti per se, sed de cuius ratione sit esse corporis entelechiam.

Ex Monte Olympi.

1. Ex parte dimensionum. Nulla forma accidentalis et entelechia corporis transscendit neque transscendere potest limites corporis; sed anima multo intervallo relinquit post se materiam, tanquam nihil secundum substantiam cum ea commune habens; ergo contubernium corporis est illi accidentale, et non est corporis accidens.

2. A figuratione. Omnis forma accidentalis est vel figura vel figurator; anima vero est corporis figurator, formator, effigiator (ideo enim equus talia habet membra et formam, quia talem habet animam, principium figurativum); ergo non est accidens, sed accidentium architector.

3. Ex parte loci. Omne accidens et forma substantialis corporea non operatur supra corpus neque habet obiectum incorporeum, utpote quod non sit corpus vel corporis forma; animae vero obiectum praecipuum et veluti proprium est infinitum, interminatum, utpote simpliciter bonum et simpliciter verum, et non ad hanc vel illam materiam contractum; ergo si tale habet obiectum, talem habet potentiam, talem | habet naturam, necessario est **201r**
substantia.

---

1 inquam *M*: inque** (*le ultime lettere sono corrette e non chiare*) *A* 2. 3 entelechiam *A*: endelechiam *M* 5. 6 et entelechia | lechia *A*[1]: entelechiam (*om.* et) *male M* 6 transcendere *A*: transcendit *e* transcendere *M* 9 commune] cōe *corr. A* 11 Omnis *M*: ōe (*cioè* omne) *A* 13. 14 membra et figuram, *senza ragione, M* 14 animam *M*: formam *A*: *o forse* formatorem?

Ex campo Coelii.

1. Ex nuditate. Omnis forma accidentalis ⟨est⟩ velut indumentum materiae, substantialis forma corporea necessario est accidentibus induta; anima vero neque substantiae corporeae indumentum, neque secundum suam naturam induta est accidentibus corporis, sed nuda quaedam substantia et natura.

2. Ex parte solitudinis. Omne accidens in corporis compositione vel mixtione consistit, utpote emanans ex coitu materiae et formae substantialis; anima vero dicitur forma sine materia existens, et etiam necessario est, quia illi dominatur.

3. Ex ratione quintae essentiae. Omnis forma materialis alligata est materiae; anima vero se habet ad materiam, ut fabricator ad domum, nauta ad navem.

Ex campo Vestae.

1. Ex indole. Anima dicitur ad imaginem et similitudinem Dei a theologis et a philosophis simulacrum divinitatis vel filia Mentis; taliter non debet esse accidens neque forma materialis.

2. Ipsa forma materialis est lux alligata tenebris, accidens materiale est veluti nigredo seu color resultans e tenebris; animae vero substantia neque a materia resultat, neque materiae est alligata.

---

1 Coeli (*sic*; *cf. p. 106, 19*) *A*: Caolj *M*   2 Omnis] O. *A*   est *om. A*   9 e**anans *A*[1]   13. 14 materialis *A*: substantialis vel accidentalis *M*   15 ad domum] ad navemdo|mum *A*[1]: *om. M*, *perchè la correzione è poco chiara in A*   navim *M*   19. 20 neque (*? est ? cf. le varianti al v. 21*) *A*: tale non dicit (*sic*; debet *è poco chiaro in A*) esse materiale vel forma materialis *M*   21 materialis et accidens est lux *A*[1]   22 e] et *A*[1]

3. Ex voluntate. Anima aspirat vel ad propriam regionem et primam lucem, quia amat veritatem et alitur veritate nititurque divinis; ergo non est accidens, neque fôrma corporis cuius indolem referat.

Ex campo Oceani.

1. Ex latitudine. Anima secundum esse, posse et ope- 201v
rari subsistit et agit, et valet ultra fines et limites mundi corporei, et appetit ultra materiam et corpus; omnis autem forma accidentalis et corporea cum corpore conterminatur.

2. Omnis forma naturalis et materialis, si est substantialis, advenit primae materiae, si est accidentalis, accedit composito; anima vero non corpori accedit, sed tota materia accedit et assumitur ab anima, ex qua corpus sibi fabrefacit; ergo neque corpori accedens neque corporis accidens. Minor adhuc ultra manifestatur, quia parvo grano sinapis accedit forma arboris, tanquam animae existentis in centro seminis, non autem anima advenit arbori iam constitutae.

3. Ex parte adolescentiae. Omnis vis et efficacia formae materialis adolescit et perficitur, et sensim proprium terminum adipiscitur; anima vero est quae adolescere facit, cum ipsa non adolescat, sed perpetuo constet eadem.

Ex statua Martis.

1. Ex parte aptitudinis. Omne accidens consistit in quadam dispositione et aptitudine, utpote est illud quo

---

1 Ex] Ex as A^1 vel *da cancellare?* 2 prām *A*: propriam *M* aliter *A* 6 latitudo (*sic*) *A*: magnitudine latitud. et profunditatis *M* 13 absumitur *M* 13, 14 fabrefecit A^1M 16 synapis *AM* 20 perficitur pro (*o* per) et A^1 22 perpetuà *A* constat eadem ⟨quod est etiam ab adversariis concessum.⟩ *M* 23 Martis ⟨h. e. Virtutis⟩ *M* 24 habitudinis *AM*, *ma cf. p. 120, 3* 25 habitudine *A*

subiectum aptum, natum et habile dicitur, quae quidem aptitudo fundata est perpetuo in eo quod denominatur aptum; anima vero est non aptitudo, sed omnis aptitudinis principium et fundamentum (ratio enim potentiae pendet a ratione formae seu essentiae); talis ergo essentia, talis anima, tales etiam potentiae; nihil autem subsistit animae, quod talem producat animam.

2. Ex parte exercitii seu studii. Formae materiales intenduntur et gradus perfectionis adaugent; anima vero, sicut et omnis substantia, | intensionem non recipit vel re- **202r**
missionem.

3. Ex parte perfectionis. Omnis forma physica et materialis perfectionem habet cum quadam latitudine consistentem, unde alia perfectior, alia imperfectior; animarum vero secundum essentiam nulla est differentia.

Ex atrio Telluris.

1. Ex parte potentiae activae et passivae. Omne subiectum materiale recipiendo patitur vel passibile dicitur, omnis forma materialis passio est seu affectio; anima vero neque patitur neque affectio est, sed horum quoddam principium in corpore est.

2. Ex parte appulsus. Quia omnis forma corporea adaequatur a corpore et ad corpus appellit; anima vero scandit ad superiora.

---

1 aptum *corr. A?* 3 aptum (al. actū) *M*: *la variante sarà capitata qui per errore, mentre era da riferire al v. 1, dove è in realtà oscura la lezione primitiva e la correzione di A* 4 ratio (Rō) *corr. A* 5 *dopo* ratione *cancella* pta (*cioè* p̄ta = potentia) *A* formae seu *om. M* 10 intentionem *AM* 18 p̄ci|piendo [re] (*cioè* praecipiendo *corr. in* recipiendo) *A*: pro recipiendo *M* 20 horum (*mutato in* harum?) *A*: harum ‹quarundam affectionum› principium incorporeum (*om.* est) *M*

3. Ex appetitu seu voluntate. Quia anima bene regulata et purior iuxta theologos et philosophos contemnit corpus, et interdum ab eo dissolvi desiderat; ergo non est eius essentialis ratio corporis esse entelechiam vel accidens vel harmoniam.

Ex campo Iunonis.

1. Ex parte viae seu medii. Anima non est medium et via qua corpus, sed corpus medium et via qua anima functiones perficit; ergo non ipsa corporis actus et per se forma, sed corpus eiusdem organum et instrumentum.

2. Ex parte occursus. Quia anima corpori occurrit, non autem e corpore educitur, sicut lux non ex tenebris emergit, sed in tenebras infunditur; omne autem accidens et accidentis modo se habens est e quadam compositione et materia resultans.

3. Ex parte concursus. Anima et corpus ad animalis constitutionem concurrunt, non ut accidens et subiectum, sed ut duo subiecta per spiritum unibilia, quorum tamen
principalius est anima, | utpote rectrix, gubernatrix, for- **202v**
matrix.

Ex atrio Daedali.

1. Ex parte absolutae operationis. Unumquodque sicut est, ita operatur; anima operatur sine corpore; ergo et est. Nullum autem accidens ab eo, cuius est, absolvitur.

2. Ex parte dispositionis. Anima non in materiam

---

4 vel accidens est (*altri puntini anche in margine*) quosdam non exerceat, neque potest sine corpore *etc.* (*salta cioè a p. 250, 20*) *M*, *che continua nell' ordine seguente*: *p. 250, 20-252, 3. 252, 17-253, 8. 252, 4-16. 253, 9-21. 249, 6-250, 19* (Licet eo actus .... (*sic*)). *253, 22-258, 16*
9 per] *aveva cominciato* q *A*; *e* per se *sarà corrotto* 16 corpus *A* (et) 21 *un* Atrium Daedali *non esiste nel testo del trattato* (*per colpa dei copisti?*)

dispositam intenditur, sed materiam, quam sibi disponat, adsciscit; ergo est agens circa materiam, non accidens vel forma in materia.

3. Ex parte intenti. Illud quod in animali intendit, utpote subiectum appetitus et cognitionis primum, est anima; tale non potest esse accidens, sed nobilium potentiarum et actuum fundamentum.

Ex cornu Acheloi.

1. Ex habere naturaliter. Anima naturaliter non habet corpus neque materiam, sed hoc veluti casu totum illi accidere Pythagorici, Platonici, Chaldaei et omnium sapientum puncta testantur: tantum abest ut corporis naturaliter sit forma, vel ex corpore resultans harmonia, vel praecise corporis perfectio quaedam.

2. Ex parte proprii. Anima ut habet virtutes, quae nullo pacto materiam cognoscunt; habet enim intellectum et voluntatem intelligibilem, tum subiective tum obiective a materia absolutas; essentia vero, quae est fundamentum potentiarum, cur non maiori ratione absolvitur? Licet ergo quosdam actus non exerceat nec exerceat sine corpore, non propterea corpori alligata esse intelligitur. Siquidem et citharoedus licet per actum citharizandi a cithara non absolvatur, ad praecipuos tamen eius actus, qua absoluta quaedam est natura, cithara nihil confert.

3. Quod ad propriationem. Quia non est corpus, quod animam sibi appropri|et, sed anima est quae corpus; ne- **203r**

---

1 *forse* intendit disponit A^1M 10 totum (*o piuttosto* totam) *A*: quodam *M*: *preferiremmo* hanc—totam (*cf. p. 242, 14. 247, 12*) 12 puncta tostantur *A*: turba testatur *M* 15 ut] *l' autore avrà avuto in mente di continuare* (*v. 18*) ita essentiam a materia absolutam *o sim.* 20 *forse* neque exercere potest? *cf. M nella nota a p. 249, 4* 22 cytharoedus *A*: cytharaedus *M* cytharizandi à cythara *A* 24 cythara *AM*

que enim materia primo est organizata et postea intruditur anima, ut quidam stolide imaginantur, ut formato corpori adveniat [corpori] (oporteret enim aliud principium occupari), sed anima est quae corpus fabrefacit, organizat quasi nervis, venis, arteriis et ossibus, materia circumquaque desumta domicilium sibi fabrefaciens et intexens.

Ex Demogorgonis atrio.

1. Ex habitudine ideali ad ideam. Anima refertur propria et praecipua relatione non ad corpus, sed ad Deum. Ad corpus enim habitudinem habet, quo utatur, in quo moveatur seque exagitet; ad abyssum vero lucis, in quo conquiescat. Ergo corporis et materiae contubernium illi peregrinatio est et veluti deviatio quaedam, et consequenter materiam non agnoscit ut proprium subiectum sive substantialiter sive accidentaliter.

2. Ex parte habitudinis patris et filii. Quia anima dicitur filia Dei et homo verus filius Dei, nullum vero agens ad accidentia vel ad formas accidentales pater dicitur, sed ad univocum effectum vere pater, et illi affinem et similem quodammodo pater.

3. Ex habitudine geniti et illa qua generatur. Omnis forma physica materialis, si est accidentalis, ex alteratione subiecti proficiscitur; si est essentialis, ex materia quodammodo proficiscitur per viam generationis seu ratione generationis, quae definitur progressus ad novum actum

---

3 corpori (*la seconda volta*) *A* : *M scrive* anima, *noi lo abbiamo cancellato* (*si potrebbe anche scrivere* corpore adveniat corpori) 6 desumpta *M* 7 Daemogorgonis *A* : Ex Atrio Momorgenis *M*, *cf. a p. 219, 11* 21 geniti et (et *è corretto*: *da* item?) illa quod *A* : genitum (*sic*), et ex quo *M* : *noi abbiamo scritto* qua (*per* quod)

seu a non esse ad esse; tale vero subsistens, quod est anima, ostensum est nulla huiusmodi ratione generationem subire.

Ex campo Minervae.

1. Ex parte abstractionis. Anima intelligendo absolvitur, attollitur supra corpora; cognoscendo enim et universaliter secundum propriam naturam operando, corpora non cognoscit. Ergo eorum [non] ex prima natura non est actus.

2. Ex parte obiecti quod habet ad aeternum. Omne 203v
autem corpus per generationem formabile et accidentibus eiusce generis actuabile temporali mutationi substernitur.

3. Ex parte sensus. Quia sensui non perpetuo credit, neque in eiusdem relatibus conquiescit. Ergo secundum cognitionis actum non est * * *, sed alam incolit quod ad supernam regionem * * *.

Ex scala Minervae.

1. Ex parte principiorum naturaliter iniunctorum. Quia habitus ille non est neque esse potest a materia, quae nihil intelligibiliter cognoscit neque docet, et est lux

---

1 a] ad A[1] 6 ‹cognoscendo› attollitur *M* 8 *il primo* non *manca in M, il secondo è corretto in A* natura (nt̄a) *A*: materia *M* 14 relatibus *A*: rationibus *assurdamente M* 15. 16 *dopo* est *lacuna di quattro o cinque lettere, e* regionem *senza interpunzione A, dove la prima lettera di* alam *sembra corretta*: *M supplisce* actum ‹materiae› non est ‹mancipandum›, sed aliam incolit, utpote supernam regionem: *meno arbitrario supplemento, ma neppure esso soddisfacente, ci parrebbe* non est ‹in materia?›, sed illam incolit, quod ad supernam regionem ‹aspirat *ovvero* respicit›; *cf. p. 247, 1* 17 Minervae *noi*: Junonis *AM, ma cf. p. 146, 4 sqq.* 18 principiorum *due volte A*[1] inju nctorum (*sic*) *A*: nobis inditorum *M, congettura fatta con l' aiuto di p. 146, 13 sq.*

quaedam, quam non pariunt tenebrae, magis quam tenebras parere possit lux. Ergo secundum esse suum anima non pendet a corpore, neque eius potentiae, sed aliunde dotata venit et aliunde consistit.

2. Ex parte phantasiae seu collationis specierum.

3. Ex parte cogitativae. Quia ex sensibili percipitur non sensibile, ut ab externa serpentis vel leonis specie sequitur sensus inimicitiae, mortis et similium.

Ex campo Veneris.

1. Ex convenientia seu concordia. Animae cum Diis, a quibus non alia differre videntur ratione, quam ut nauta in navi a nauta extra navem, si ad dogmata solenniorum philosophorum respiciamus, unde bonas animas Heroas, malas Lemures et Daemones appellamus.

2. Ex parte destitutionis possibilis. Quia anima ante et post corporis societatem consistit; talia vero non sunt accidentia et formae corporeae.

3. Ex parte condistincti principii. Quia anima se habet ad materiam, sicut mas ad foeminam; si igitur habet illa rationem substantiae, haec non potest habere deteriorem rationem.

Ex statua Veneris. 204r

1. Ex parte inclinationis. Quia anima, ut dicit Zoroaster, corpus potest attollere et vehere; ergo non est sub

---

1 pariunt *M*: capiunt *A* magis *corr. A* 4 consistit (. phil. h. argtm e), *cioè* philosophorum hoc argumentum est, *M* 5 collois (*cioè piuttosto* collationis *che* collectionis; *cf. p. 141, 4. 9 sq. 146, 16. 263, 2 sqq. Summa term. metaph. 31. 20 etc.*) *A*: collocatione *M* 12 navem *A*: navim *M* solomniorum *M* 13 respiciemus *A*[1]: respicimus *M* Horoas *poco chiaro in A*: *om. M* 15 *e* 18 destitutionis *e* condistincti *A*, *dove M ha letto* dissolutionis *e* condestinati 15 ant* *A*[1] 23. 24 Zoroastres *M*, *ma cf. Summa term. metaph. p. 65, 23* 24 vere (fors. vehere) *sic M*: vero *A*

huius imperio ad instar formarum quas ipsum veluti contineat.

2. Ex parte facilitatis. Quia anima habet vires, quibus se eximere possit a materia; ergo illi non est alligata.

3. Ex parte obsecundantiae. Quia virtute spiritus corpus omnino sibi devincit, contemnit et omnes corporis passiones exsuperat, veluti vitam vivens sempiternam, ut apparuit in multis.

Ex telis Cupidinis.

1. Ex parte habitudinis seu inclinationis. Quia anima nititur Deus fieri et in Dei similitudinem transformari; est ergo substantia quaedam.

2. Quia illam Deus alloquitur, tangit, pulsat; talis autem subiectio est suppositi, non accidentis alicuius.

3. Dicitur vas et receptaculum et templum divinitatis, tale vero debet esse substantia Deo similis et non accidens, quod eiuscemodi similitudinis non est capax.

Primum figuratum est in legatione seu missione, secundum in appellatione seu vocatione, tertium in rogatione seu oratione.

Ex atrio Cupidinis.

1. Ex parte arbitrii. Quia per animam primo arbitramur, si non est ipsa quae solum arbitratur.

2. Ex parte amoris. Quia ipsa praecipue amat, et per ipsam amamus et amari dicimur.

---

6 devincit (f. ea) *M* 11 in Dei fieri *A*: intus Deus fieri *M*: *ma* in Dei *è certo dittografia, e però abbiamo scritto* Deus 15 *innanzi a* vas *cancella* s *A* 20 oratione: uti (*ma* uti *è cancellato*) *A*: *di qui M* III In oratione seu rogatione ‹Ut de Atrio Cupidines (*sic*) Vide.› 25 amamus et amari dir (*sic?*) .3 (*ma il numero è cancellato*) *A*: amaro dicimur *M*

3. Ex parte electionis. Quia ipsa est quae vere eligit, et per ipsam eligentes sumus. Origo autem arbitrii, amoris et electionis et terminus, et subiectum arbitrans, amans et eligens non potest esse accidens.

Ex pelle Amaltheae. **204v**

1. Ex parte communiter differentiae, seu differentiae secundum genus. Quia anima est quoddam subsistens, accidens vero nullum est huiusmodi; omne enim aut est inhaerens aut inexistens.

2. Ex parte alterationis. Omne accidens ex alteratione subiecti alteratur, et evanescit si desinat esse in subiecto; anima vero non est huiusmodi, ut ostensum est supra.

3. Ex parte alietatis seu essentiae et differentiae. Famosa est propositio, quod aeternum et corruptibile, permanens et transitorium plus quam genere differunt. Ergo animae esse non congruit cum materialibus accidentibus vel formis substantialibus, quae vicissitudine quadam materiae adveniunt.

Ex campo Litis.

1. Ex parte contrariorum maxime distantium. Formae materiales contrariae simul et eodem tempore et eodem subiecto se ⟨non⟩ compatiuntur, sed extreme tota diametro perpetuo distant; contraria vero in anima seu contrariae formae sunt unum, quia eadem conceptione intelliguntur; ita ut species et conceptus contrarii unius ab alterius contrarii conceptu nequeat absolvi. Ergo non solum non est

---

5 Amaltheae ⟨h. e. ex differentia.⟩ *M*   6 Anima Ex parte *A*[1]
22 *abbiamo aggiunto* non; *cf. p. 87, 16. 134, 13 etc.*

materiale, sed neque materialium similitudinem in subiectione seu modo recipiendi admittit. Tantum ergo abest ut possit esse accidens vel forma materialis, ut illis in contractu supereminere videatur.

2. Ex parte passibilitatis. Forma materialis, quae et qualiscunque sit illa, passionem et affectionem imprimit subiecto cui inest; anima vero dat esse primo et consequenter tale esse, unde per ipsam aliquid fieri hoc, non autem tale dicitur; ergo formae accidentalis condi|tionem non capit. **205r**

3. Ex parte formidinis. Omnis forma accidentalis dissolutione quadam evanescit et resolutione, quia principiis materialibus abiunctis formae substantiales ex eorum concursu provenientes nullae sunt, tanto magis accidentales; anima vero, cum sit spiritualis substantia, non minus in veritate suae essentiae perseverat, quam materia elementaris et corporea. Unde bene dicitur etiam in sacris corpus in pulverem, hoc est in atomos, dissolvi, spiritum vero redire ad fontem suum, hoc non est formae accidentalis conditionem, vel in nihilum abeuntis, sicut sonus vel color vel symmetria quaecunque.

Ex campo Aeonis.

1. Ex parte qua conservante non eget. Omne autem accidens et forma corporea in compositione consistens conservante indiget tempore et loco et complexione quadam; anima vero ipsa se ipsam movet, se ipsam servat, et non ex hinc indeque mutuatis principiis, quae aliquo con-

---

3.4 in contractu supereminere *A*: longo tractu supervenire *M*: in contractu *da emendare* 7 esse pro et *M*: esse: I et *A* 8 *dopo* fieri *interpungono AM* 12 adiunctis *A* 17 hoc est] ÷ *AM* 18 hoc est non conditionem formae accidentalis *M*: *luogo corrotto* 21 Aeonos *M* 22 parte ⟨aeterni⟩ *M*, *cf. p. 171, 20*

nectente et retinente consistant, est informata, sed individua substantia est, ita se ipsam servans, sicut a se ipsa discedere non potens.

2. Ex parte effluxus. Quia omne accidens per corruptionem fluit in nihilum, similiter et forma ex compositione resultans, adveniente dissolutione partiumque divortione; animae vero substantia, quia impartibilis est, effluxum non patitur.

3. Ex parte transmutationis. Omne quod corrumpitur vel evanescit, ut accidentia et formae materiales corrumpi dicuntur, vel in aliud transit, ut materia corrumpi in aliquid dicitur; anima vero neque evanescit, quia neutrius formae rationem habet, neque in aliud transit, quia substantia simplex est et nuda; transit enim forte ad alibi operandum vel ad alias numero actiones, non autem in aliud esse sub-
iective, | sicut si nauta ex una navi in aliam transeat, vel **205v**
ex navis gubernatione ad domus aedificationem. Omnino igitur in genere substantiarum et efficientum circa corpora, non autem in genere corporum vel compositorum vel formarum corporibus mancipatarum collocanda est.

Itaque discurrimus probando animam naturam esse subsistentem, non accidentalem formam, non entelechiam, non harmoniam, non aliud simile. Media plura ad idem probandum et aliud quodcunque desumi possunt persequendo caetera statuarum membra, quorum tantummodo tria priora selegimus, commodiora vero et graviora videbuntur esse consequentia ubique, quia hunc ordinem servare consuevimus, ut a melioribus mediis ad graviora et potissima

---

3 pote** A^1 4 *dopo* omne *cancella due lettere A*   6 divortio *M*: *forse* divulsione?   11 in aliquid *poco chiaro in A*: ut — dicitur *om. M*   18 efficientium *M*   20 mancipat**um A^1 21 discurrimus *A*: disseruimus *M*   28 à melioribus (*scritto in modo da sembrare piuttosto* arctioribus) *A*: à levioribus *emenda M*

procederemus, adeo ut ubique ultimum caeterorum omnium perfectionem includere videatur.

Itaque gratias deo agentes Artem inventivam per triginta statuas perfecimus. Reliquum est ut quisque, prout credit posse ex istius doctrinae lumine bonum, meliorem vel optimum fructum comparare, bene, melius vel optime in istis assuescat. Multum etenim confert non solum bonam incurrisse disciplinam et a bono numine, sed illud praecipuum esse videtur, ut aliquis quod habet credat se habere, et iuxta fidem excolat agrum, et iugi meditatione veluti rigans in agrum ingenii iniecta semina adolescere faciat, incrementum sumat et fructus suo tempore praestoletur. Infidi vero et desperantes, quos neque numina posse testantur curare, otio et torpore et innata desidia talentum suffodiunt, et segetem muribus corrodendam praetermittunt.

---

3 gentes (a sopra) *A* 5 doctrinae] $\overline{\text{drae}}$ *A* : *om. M* 6 melius] *** lius A^1 8 lumine] A^1: lumine (n sopra) *M* 11 rigans (in *cancell.?*) agri iningenii *A*: rigans, agrum, ingenii, propria iniecta semina *etc. M* 13 vero *due volte A* numina *M*: lumina *A* 14 curare testantur *traspone M* 16 *non vi è sottoscrizione in A*: F Anno 1591 I Mens. Octob: ♓ Die 22 ♂ I Paduae S *sottoscrive M*, *che anche nella lettera iniziale dell' opera* (A *della parola* Animae *p. 3, 3*) *aveva segnato la data* 1591 e $\overline{\text{VII}}$ ·|· ☉ ; *v. Sigwart, Kl. Schr.* I² *p.* 299 *sq. e il facsimile nel catalogo del Norhoff*

LIBRI PHYSICORVM ARISTOTELIS

EXPLANATI.

Nelle nostre note B = cod. Erlangens. 1215, C = cod. Erlangens. 1279, E = B + C; con B^1 e C^1 indichiamo le lezioni di B e di C prima della correzione. Le emendazioni communicateci dal signor Stölzle (al quale dobbiamo la copia di C e la collazione di B, e la prima notizia di questi due codici) sono indicate col suo nome, tutte le altre sono nostre.

LIBRI PHYSICORVM ARISTOTELIS 3r *B* 2r *C*

A CLARISS. DN. D. IORDANO BRVNO NOLANO

EXPLANATI.

Intentio nostra, inquit Aristoteles, cognitionem naturae pro viribus indagare, inquirere, invenire. In ea enim consistere intelligimus universalem hominis felicitatem, quatenus homo est; summum enim specimen iuxta eius formae conditionem in eo consistit, quod sit perfectus per scientias speculativas, siquidem in universo animantum genere ideo primas nactus est homo, quia mente et intelligentia antecellere videtur. Proinde cum humana species in suis partibus et individuis complectatur conditionem, qualitatem, similitudinem omnium aliarum specierum (nempe de variis hominibus alii aliis animantibus assimilantur, siquidem hi referantur ad boves, hi ad leones, hi ad asinos, ut ipsa corporis complexione et omni inclinatione ita affecti videantur, ut et huius schematis species; et hoc usque ad illam rationem, quae a natura tribuitur), in vera

---

1. 3 Libri phisicorum (*sic*) — explanati *B*: EORUM QUAE IN PHYSICORUM DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE, ET IV° METHEOROLOGICΩN (*sic*) ARISTOTELIS LIBRIS CONTINENTUR Tractatus, succus imo IORDANI BRUNI NOLANI CAMA+RACENSIS (*sic*) *C*   7 summum] suum *E*   9 animantium *C*

autem consistentia hominis, qua homo vere sit atque simpliciter citra similitudinem animantium im|perfectioris 3v *B*
conditionis, perpaucis datum est a natura, si quibus tamen datum est. Sed divina quadam ordinatione, mediante studio, contemplatione et cura, quae ex admiratione quadam proficiscitur, ex hominibus quidam impensius oculos rationis ad lumen intelligentiae convertant; unde postea collectis universalibus tum per propriam inventionem et experientiam, tum per doctrinam et disciplinam, habitum illum desideratissimum adipiscantur, quem ideo homini quatenus homo est convenire dicimus, quia, si quae felicitas est ad animam a corpore absolutam spectans, illam ad partem, non ad hominem totum referri dicimus. Et ratio huius est, quia si quae aliae sunt virtutes, facultates et perfectiones et actus, in quibus divinitatem quandam prae se ferat humana species, universae sine controversia ab intelligentia humana dependent indice, luce et duce; reliquae omnes virtutes ad habitus voluntatis referuntur et actus, quae nimirum habitus et actus rationis consequuntur. Sicut ergo ista fuerit reformata, perfecta et illustris potentia, ita et consequentem consequenter esse oportebit.

Scopum philosophiae contemplativae esse cognitionem naturae. 4r *B* 2v *C*

Cognitio in diversas rationes distribuitur, iuxta diversos modos quibus accipitur. Est enim sensus extrinsecus circa extrinseca sensibilia, qui proprie sensus dicitur. Item intrinsecus sensus circa sensibilium species in phantasia

---

3 *forse* est ⟨esse⟩ 7 convertunt *emenda Stölzle* 10 adipiscatur *E* homini ideo *C* 12 illa *E* 16. 17 universa—dependet *E* 21 consequentem *om. e aggiunge in marg. B*

contentas, a sensu communi receptas; quibus succedit cogitatio et imaginatio et memoria. Subinde sequitur cognitio, quae ratio dicitur, in qua species memoratae et excogitatae ad invicem conferuntur, ita ut quaedam ignotae ex notis inferantur. Rationi succedit intellectus, qui non discurrit, sed immediata quadam appetentia et applicatione cognoscit, sicut sensus per sensibile praesens. Et haec potentia ob eam causam est divinior caeteris, quia divinae cognitioni assimilatur; quia vero contingit ipsam a sensu et ratione deduci et emanare, ex propria origine suam ignobilitatem protestatur. Propterea cognoscendi modus ille eminentissimus, qui sine discursu, ratione et specierum collatione * * *, est mens.

Stantibus hisce cognoscendi modis, cum nobis praesentis (4v B) contemplationis propositum sit rationem adducere, quae de natura est, et audiamus omnes philosophos in eo convenire, ut de ipsa scientiam appellent, non opinionem, non sensum, non imaginationem, non historiam, non mentem; huius rei ratio pro rerum et inventionum nostrarum intelligentia adducenda est. In proposito igitur de rebus naturalibus, corporeis et singularibus, quoad species quasdam externas, quibus se ingerunt externis sensibus, sensui communi, phantasiae et cogitativae, sensus quidam est. De cogitabilibus autem et de collationibus istarum specierum sensibilium imaginatio quaedam est. Ab istis sensibilibus secundum actum quendam argumentativum procedere ad intelligibilia ratio nimirum est. Ex multis collationibus, comparationibus et apprehensionibus,

---

6 *f.* impetentia? 18 *indichiamo una lacuna (f.* ‹apprehendit›, est? *cf. Lamp. trig. stat. p. 52, 22; Summa term. metaph. p. 82, 9 sqq. etc.)* 23 et *om. C* 28 appraehensionibus, *come per solito, E*

quae in sinu potentiae cognoscitivae huius inferioris reservantur, simpliciter est memoria, rationaliter vero est experientia; | memoria quidem, ut earum retentio quae- **3r** ***C*** dam est, experientia vero, ut ex his quaedam est peritia. Post habitum huiuscemodi, quem etiam brutis attribuit, sequitur ratiocinium illud, quod homini proprium esse credimus, nempe ars, quae habitus quidam universalis habetur, qui versatur circa particularia et actionem. Huic habitui succedit habitus ex pluribus universalibus conflatus, qui ad contemplationem et cognitionem est ordinatus et per se quaeritur. Et hic proprie scientia dicitur, quae definitur a nobis in libro Posteriorum Analyticorum 'habitus conclusionis per demonstrationem quaesitus'; dicitur nempe scire 'per demonstrationem cognoscere', | utpote ex **5r** ***B*** universalibus quibusdam principiis notis universale aliquod ignotum necessaria quadam deductione comparatum, quae tum necessitatem formae et consequentiae, tum necessitatem materiae et consequentis complectitur.

De modo procedendi in scientia de natura.

Modus et ordo cum sit multiplex (compositivus videlicet, quando a partibus ad totum; divisivus, quando a toto ad partes; inventivus, quando a particularibus ad universalia; iudicativus, quando ab universalibus ad particularia; resolutivus, quando ab universali et integro conceptu procedimus ad distinctum conceptum, utpote quando resolvimus demonstrationem in propositiones et propositionum noticiam in simplicium terminorum noticiam,

11. 18 *cf. Lampas trig. stat. p. 149, 12, donde correggi* acquisitus *per* quaesitus 14 *Anal. Post. A 2. 71^a 12* 20 compositus *E* 22 particaribus (?) *E*

item quoties nomen et rem nominatam in partes definitivas resolvimus), ex omnibus hisce modis iuxta diversa subiecta seu obiecta considerationis, item iuxta diversos fines seu proposita, nunc unum nunc aliud usuvenire contingit. Geometra enim et grammaticus necessario a partibus seu elementis, ut lineis, angulis et punctis, litteris et syllabis, ad figuras et dictiones proficiscuntur; contrario ordine natura in hisce processit. Prius enim corpora fuerunt et figurae, quam eorum partes conciperentur, distinguerentur; prius item | extitere nomina et verba, quam **5v *B*** syllabae et litterae; inventores enim composita haec primo ob oculos sibi proposuere, quae in proprias partes proximas atque primas dispescentes ad certum atque definitum numerum principiorum devenere, ut subinde iudicantes atque docentes contrario progrederentur ordine. | Similiter et **3v *C*** aliam intentantibus methodum et cognoscendi modum, ex apprehensione sensibilium et particularium repetita et multiplicata adorta est memoria, experientia et habitus universalis, primo quidem specificus colligens infinita individua in unum, subinde genericus connectens plures species in unum, ut tandem iudicando et docendo progressio fieret in cognitione universali generica ad cognitionem specificam, per generis distinctionem iuxta proprias differentias. Nunc ergo non inquirentibus primo, sed post factam secundum doctrinam inquisitionem intentantibus disciplinam, ab universalibus procedendum est ad particularia, utpote a generalibus ad specialia; de particularibus enim, quae individua sunt, non est scientia.

12.13 proximis atque primis *E*, *ma cf. Trig. sigill. expl. p. 144, 21 etc.* 14.15 docentes atque iudicantes *C* 20 generibus *E* 22 in] *l.* a

Textus explanatio. 6r B

Quoniam ergo ex cognitione elementorum, principiorum et causarum procedendum est ei, qui iudicativam et doctrinalem persequitur methodum, in his quae constant principiis, causis et elementis (quandoquidem hic est progressus demonstrationis, quo videlicet resolvimus totum et universum in illa ex quibus est compositum et conflatum: neque existimetur per principia, causas et elementa nos uti synonima quaedam accipere, quandoquidem haec aliena debent esse a scientia demonstrativa seu speculativa secundum naturam; principium quippe ad plura refertur quam causa et elementum, siquidem oriens seu ortus solis principium dicitur diei, non autem causa; causa subinde plura significat quam elementum, siquidem efficiens et finis sunt causae, non autem elementa, quandoquidem haec sunt partes rei constitutivae, e quibus componitur et in quas resolvitur: | ergo a principiis, causis et elementis 6v B
procedendum ad cognitionem eorum, quae habent tum principia tum causas tum elementa), haec omnia cum comperiantur in contemplatione quae est de n a t u r a, statuuntur primo in huiuscemodi contemplatione comparanda. Sive res ergo sive rerum cognitio, si habent tria haec, ex iis sunt inquirenda.

Naturae non sunt causae, principia et elementa. 4r M

Natura occurrit contemplanda aut quoad suam essentiam et esse, et ita non est via et ordo ad eam ex causis,

---

5.6 quandoquidem — demonstrationis *in parentesi E*: *noi estendiamo la parentesi fino a v. 19* 8.9 *cancelleremmo piuttosto* per *che* uti, *se pure l' uno o l' altro è da cancellare* 16 constitutae *E* 19.20 comperiuntur *E* 25 aut] *la partizione è ripresa a p. 267, 12*

principiis et elementis ullis, quandoquidem non est ex iis, sed ipsa est potius haec [et principium]. Est enim principium, quatenus ipsa nihil est prius a quo fit, et ab ipsa sunt omnia; ea item est ultimus finis, a quo nempe et ad quem omnia quae fiunt et intereunt; est et causa, siquidem est ipsa efficiens et motor omnium, quae natura constant; | est tandem elementum, quia rerum natura sunt **7ʳ B** duae declarandae eius species, materia atque forma, e quibus omnia haec primo componuntur et in quae omnia ultimo resolvuntur, partibus nempe rerum integralibus.

Cognitionis naturae sunt causae, principia et elementa.

Aut contemplanda occurrit quoad suam cognoscibilitatem, et sic causas, principia, elementa habet, ex quibus constat. I. enim effective sunt huiusmodi cognitionis causae principiata, causata et elementata; II. organice primo organa sensuum externorum cum ipsis facultatibus, praesertim oculorum visu, aurium auditu etc.; III. potentialiter, ut naturalis potentia et seminarius quidam in rationali facultate consistens habitus primorum principiorum; IV. active seu efficienter lumen intellectus agentis universalis, qui ita se habet super omnes illuminandos intellectus per species rerum factas intelligibiles, sicut hic sol ad omnes oculos clarificandos per species visibiles effectas; V. passive seu receptive intellectus noster (quem nunc **7ᵛ B** possibilem, nunc passivum, nunc speculativum, nunc con-

---

2 ipsa est potius *B*: ipsa potius est *C*   *cancelliamo* et principium   7 est] et *E*   10 *meglio* partes – integrales?   12 contemplando *E*, *ma cf. p. 266, 25*   17 etc. *om. C*   21 *sq. cf. Lamp. trig. stat. p. 49, 9 sqq.*   25 *dopo* possibilem *aggiunge* nunc passibilem *C*

templativum, nunc in habitu, nunc in actu appellare consuevi), qui se habet sicut oculus internus ad species intelligibiles, sicut oculus externus ad sensibiles species concipiendas; | VI. subiective seu materialiter sunt res **4ᵛ C**
ipsae per species, quae sunt in superficie entium naturae seu naturalium substantiarum; VII. obiective sunt species seu formae, quae a rebus ipsis emanant ad sensum, cogitationem et rationem (quarum aliae primae, aliae secundae intentiones seu conceptiones appellantur); VIII. instrumentaliter primo sunt tres operationes intellectus per habitum logicum regulatae, nempe conceptio, verificatio et discursus; IX. instrumentaliter proxime sunt tres species demonstrationis, signi, causae et simpliciter, quarum prima est peculiaris physicae, secunda metaphysicae, tertia mathematicae (prima procedens a causis cognoscendi, secunda a causis essendi, tertia a causis tum essendi tum cognoscendi); | X. methodice est via et modus **8ʳ B**
procedendi ad progignendum habitum scientificum ipsius; sunt etenim certa scientiae de natura principia, ex quibus naturae scientiam persequimur, ut sic secundum ordinem iudicii, doctrinae et disciplinae:

Primo consideremus universalia naturae, nempe quae in universo naturalium genere comperiuntur, tum principia (ut natura ipsa, privatio, instans et tempus, terminus et locus vel vacuum, finitum vel infinitum), tum causas (nempe efficientes, quarum aliae sunt per se, ut natura et motor, aliae per accidens, ut fortuna et casus), tum elementa, quae in rebus natura constitutis veluti partes intrinsecae et primae reperiuntur, materiam videlicet atque formam.

---

9 intentionis seu conceptionis *E* 25 et] *l.* ut

Secundo consequenter ad specialia naturae progrediemur: primo in libris De caelo et mundo contemplando naturam in rebus iuxta primam et principem motus speciem mobilibus, caelo et elementis, quatenus prima et secunda latione aguntur; secundo in libris De generatione iuxta secundam et immediate sequentem motus speciem, principaliter nempe de ortu et interitu, consequenter autem iuxta consequen|tes alias, alterationem, 8v B
augmentum et decrementum (et hactenus | erit prima pars 5r C
contemplationis de natura, quae est scientia et habet modum scientiae); tertio in libris De anima, De sensu et sensato, Memoria et reminiscentia et reliquis ad hoc genus pertinentibus, iuxta principium motuum vitalium et rationalium, quia iuxta principium motuum naturalium in superioribus (et haec est secunda pars scientiae de natura, habens modum plus historiae quam scientiae); quarto in libris Meteorologicis de compositis mixtis atque imperfectis, quae in membris universi superioribus et inferioribus apparent, et successive de mixtis perfectis atque perfectioribus in libris De mineralibus, Plantis et Animalibus, quos omnino historicos appellamus, quia versantur circa particulares species generabilium et corruptibilium et aliis motus affectorum speciebus, quae sunt proximae singularibus, de quibus neque possibilis est scientia neque conveniens historia apud eum qui modum doctrinae contemplatur.

Applicantes igitur decimae rationi ex praedictis, nempe 9r B
methodicae, qua a certis principiis huius scientiae procedendum est, dicimus viam huius doctrinae esse ab universalibus ad particulares naturae species. Quae sane metho-

1. 2 *f.* progrediamur (*cf. p.* 268, 22) 17 Methoorologicis *E* 23 motu *E*

dus duplicem suscipit rationem: alteram innatam [in] nobis, qua ex universalibus confuse et indistincte perceptis et a toto confuse et indistincte concepto progredimur; alteram, qua ab universalibus distincte acceptis et universo distincte percepto procedimus ad species et ad partes contemplandas. Quod primus modus nobis sit innatus, ex pluribus est manifestum: primo ex ipso sensu externo, nempe visu (a longe enim primo videmus corpus aliquod esse; secundo, cum moveatur, cognoscimus animatum corpus seu animal; tertio, cum membra distinguamus, hominem esse percipimus; ultimo Socratem dicimus esse); perspicuum secundo idem est in pictura, quae prius confu|sam quandam deli- **5v C** neationem et inumbrationem praemittit, in qua universum animal vel historiam describit, ut subinde ad particularia exacte et perspicue delineanda progrediatur; | tertio mani- **9v B** festum in modo concipiendi, qui est prius secundum nomen, deinde secundum definitionem (in nomine enim cognoscimus confuse, in definitione distincte); quarto proportionale est, quod dicitur in cognitione puerorum, quae est ab indistincto et confuso, quando prius appellant omnes viros patres, omnes foeminas matres, quam eo veniant ut hunc patrem, hanc matrem sibi definitam agnoscant. Ita successit in cognitione istorum principiorum, a qua confusa ad distinctam, indigesta ad digestam, inchoata ad perfectam, adumbrata ad optime explicatam fit progressio, quam sane in duobus obiectis comtemplari licet: I. comparando philosophos ad philosophos, nempe antiquos nobis; II. comparando philosophiam ad philosophiam, ut-

---

1 *cancelliamo* in 2 qua *Stölzle*: quae *E* 3 altera *E* 9 *forse* corpus ⟨esse⟩ 10 distinguimus *C* 11 *forse* discimus (*cf. ad es. Philop. Phys. p. 11, 12-18*) 20 a distincto *E* *l.* quando⟨quidem⟩ 21 faeminas *E* 23 *f.* succedit

pote scientiam de natura in physicis ad scientiam de natura in metaphysicis.

Quod ad primum ordinem attinet, progressio fiat hoc pacto, ut prius recitemus et examinemus rationem horum principiorum iuxta opinionem antiquorum philosophorum (quorum scientia fuit inumbrata, inchoata et quasi a longe prospiciens naturam et non penitius et proximius intimiusque inspiciens eandem, | confuse et indigeste, non autem 10r B
proprie, ut apparet in ipsis potissimum, qui nomen principii acceperunt sine definitione eiusdem, ut perpetuo in tenebris et caligine aequivocationis et multivocationis laborarent; in his enim, qui materiam matrem et actum patrem non distinguebant); moxque ad considerandum de principiis secundum propriam opinionem progrediemur, distincte illa definiendo, nominibus istis definitiones et rationes proprias apponendo, umbris illis lucem aliquam adducendo, materiam a forma distinguendo. Itaque comparatur cognitio principiorum scientiae de natura puerilis quodammodo qualis fuerit antiquioribus, adultae illi quae est in nobis.

Subinde, quod secundo loco dicebatur, scientiam scientiae comparando discimus naturam, | principium, infinitum, 6r C
potentiam, actum, motorem, causam et similes terminos; qui in physicis secundum quandam definitam rationem capiuntur (scilicet quatenus in ipsis mobilibus licet haec omnia contemplari), in metaphysicis postea absolute, abstracte, simpliciter et secundum distinctissimam rationem capientur, ubi natura, principium etc. secundum omnes modos, rationes et species distinguuntur, quia haec ibi non secundum quod huiusmodi, sed absolute et simpliciter

[illegible] R 12 [illegible] add. p. 141,17 sq. [illegible] R 16 [illegible] progrediamur Z [illegible] R

considerantur, et eminentem, abstractam, purissimamque rationem ibi definiuntur.

Proposita igitur methodo incedentibus, prius de principiis **10v *B*** quid antiqui senserint, quatenus in praesentia necessarium esse videtur, adducemus. Omnibus ergo modis, quibus varie de principiis aliquis posset opinari, opinionum species invenimus. Cum enim principium contingat credi aut unum aut multiplex, ipsumque unum aut finitum, ut dixit Parmenides, aut infinitum, ut dixit Melissus; item aut mobile, sicut dixit Diogenes (qui aërem infinitum intellexit), aut immobile, sicut Parmenides et Melissus conserunt: si multiplex, aut duplex, sicut interdum Plato efficientem adducens et materiam; aut triplex, sicut qui duobus contrariis [posterius dicetur: fere omnes] unum subiiciebant, vel, sicut Empedocles, amicitiae atque liti mentem dissidia dirimentem seu conciliantem supponebant; aut quadruplex, sicut quidem Empedocles vulgata elementa; aut quincuplex, sicut idem istorum numero intellectum adiiciens. Iuxta alium numerum non est fama aliquorum, qui finita principia plura fuerint opinati. | Qui vero infinita posuerunt, **11r *B*** ad duo capita reducuntur. Quidam enim ex his similes dicunt atomos, rotundae nempe omnes figurae, quae subinde vario ordine atque situ ordinatae atque coëuntes, diversa item inanis atque pleni, rari atque densi, multi atque pauci, magni atque parvi statione in diversas compositorum species commigrarent (cuius sententiae fuere Democritus, Leucyppus, Hippasus Metapontinus); | alii **6v *C*** vero atomos diversarum figurarum, et isti in duas partes

---

1 *l.* et ⟨secundum⟩ eminentem 3 *l.* incedentes 7 Cum enim *etc.*] *il periodo non arriva a conclusione grammaticale, ma non è difficile rendersi ragione della anacolutia* 11 Melyssus *C* 14 *cancelliamo la glossa* (*cf. f. 20r B*: fere omnes) 16.18 aut 4. *e* aut 5. *E* 16 *f.* idem 20 fuerunt *C* 24 diversae. Item *E* 27 Hippasus] Basus *E*

dividuntur: alii enim eiusdem substantiae illas intelligunt, quamvis multiplicis figurae, ut Epicurus; alii vero diversarum substantiarum, ut Anaxagoras, qui confinxit similes partes.

Ad eos qui non physice sunt loquuti.

In diversis existentibus philosophandi opinionibus circa principia contra alios quidem disputandum est, contra alios vero non, licet nos gratis contra utrosque disputabimus; quandoquidem, etiamsi quidam non naturaliter fuerant loquuti, accipere tamen possunt opposita argumenta, quia de naturalibus loquuti sunt. | Ipsi ergo qui dixerunt unum **11v *B***
et immobile principium, cum e medio tollant principia physices, imo etiam sensum ipsum, non merentur redargui a physico; haec enim cum sit scientia particularis, minime sustinet, ut ab ea requiratur propriorum principiorum probatio, quandoquidem omnes scientiae particulares suorum principiorum probationem referunt ad Logicam et Metaphysicam: ad Logicam quidem, quatenus omnia sunt sub universalibus principiis cognoscendi maxime; ad Metaphysicam, quatenus omnia ad principia essendi generalissima quaedam referuntur nec non cognoscendi iuxta excellentiorem demonstrationis modum.

Rationes, quibus non sit disputandum. **12r *B***

Prima ergo [est] ratio, qua contemnenda est vel detrectanda pugna cum dictis, ex eo desumitur quod excitant

8 gratis] *o forse* exempli gratia, *come Figurat. phys. audit. p. 145, 28?* *ma cf. più giù p. 276, 3* 22 demonstrationis *B*: cognoscendi *C* 24 *cancelliamo il primo* est

quaestionem circa principia, quae ad forum istum non spectant.

Secunda, quia ad positiones seu opiniones sermonis gratia, non autem veritatis gratia definiendae propositas non debemus respicere, sicuti ubi disputandi quis potius et subtilitatis gratia Heracliti sententiam sustinere velit, 'contradictoria simul esse vera' contendentis, 'omnia esse mobilia', 'scientiam nullius rei esse'.

Tertia ratio: cum sophistis sophistice agere otiosi est ingenii; neque enim debemus sollicitari contra quemlibet opinantem, sed contra eum qui ex veris vel ex apparentibus formaliter ar|gumentatur. Parmenides autem et Melissus peccant tum in forma argumentandi, tum etiam in materia: in materia quidem, quia, ut dictum, contraria principiis pro principiis assumunt; in forma, quia paralogizant. Sicut exempli gratia Melissus: 'omne quod habet principium, est factum, universum non habet principium, ergo non est factum; | si non habet principium, ergo neque finem, ergo et infinitum; si est infinitum, erit etiam unum, quia extra infinitum nihil est reliquum et alterum; si ita adhuc, ergo etiam immobile, quandoquidem non habet extra se quo moveatur.' In quo quidem argumento progressus est in principiis contra regulam primae figurae minore existente negativa; quae principia si qui concesserit, alia quae sequuntur necessitatem habebunt.

7ʳ C **12ᵛ B**

Quarta ratio, quia nobis physice loquentibus supponendum est, non probandum, hoc principium, quod omnia quae sunt natura aut quaedam (sive naturam in recto ac-

---

1 istud *emenda Stölzle* 2 *meglio* spectat 12 formaliter *om. C* 15. 16 paralogisant *E* 16 Melyssus *E* 16. 18 *l.* omne quod est factum, habet principium; universum non est factum, ergo non habet principium (*cf. p. 280, 15*) 22 quod moveatur *E*

cipias sive in obliquo) mobilia sunt. Natura enim, id est ea quae natura constant, utpote composita ex materia et forma, omnia mobilia sunt; natura vero in recto, utpote essentia intima rerum naturalium (quae est principium motus aut agens ut primus motor et proximus), aut materia ipsa et forma non sunt mobilia, nisi per accidens; non enim materia neque forma mo|vetur, sed compositum, non **13ʳ *B*** natura in recto, sed in obliquo movetur, id est naturale. Cuius rei probationem si quis contra hanc legem exigat, sufficiat illis reductio.

Quinta ratio, quia cum illis tantum particulari scientiae est disputandum, cum quibus in principiis est communio, relictis istis qui aut haec principia non habent aut contraria habent. Non inquam absolute negamus illis disputationem, quandoquidem prin|cipia maxime debent **7ᵛ *C*** esse certa et corroborata, ex quorum fide fides et habitus scientiae proficiscitur, sed inquam tractanti particularem scientiam et proponenti particulares conclusiones circa principiorum probationem non est commorandum; cum illis vero est disputandum, qui ex communibus principiis tibi et ipsi deducit aliquid contra tuas conclusiones ex iisdem principiis: quemadmodum geometrae est disputatio contra tetragonismum Hippocratis, qui per sectiones et lunulas argumentabatur, non autem contra tetragonismum Antiphontis, qui argumentatur per peripheriae sectionem et subsectionem, cuius progressum stare tandem existimat contra principium illud geometricum, quod 'continuum est divisibile in infinitum'.

---

1 id est *B* : h. e. *C* 2 composita *om. C* 7. 8 *forse* compositum. Non ⟨ergo⟩ natura 10 *l.* inductio (*Ar. p. 185ᵃ 14*) e *forse* illi 11 particularis *E* 12. 13 communicatio *E* 20 *l.* illo 26 progressu *E*

Causa quare tandem contra istos disputatur. 13v *B*

Ergo cum Parmenide, Melisso et aliis eiusmodi sententiae philosophis non ex merito seu ex debito, sed ex congruitate quadam proficiscatur disputatio. Quamvis enim eorum rationes non sint physicae seu naturales, circa physicam tamen et naturam versantur; propterea non cum summo studio etiam cum ipsis agendum existimamus, sed leviter tantum attingendi.

Argumenta Aristotelis contra non naturaliter loquentes de natura.

Prima ratio contra praedictos communis procedit quaerendo ab ipsis, quomodo accipiant unum et quomodo accipiant ens. Argumentamur enim primo ex consideratione facta ex parte subiecti, secundo ex consideratione facta ex parte praedicati in hac quaestione: 'ens est unum.' Si ergo ens dicitis unum, cum ipsum decem assumat significata iuxta Archytam, quaeritur | ⟨utrum⟩ sit una substantia, 14r *B*
an una quantitas, an unum substans vel unum quantum; si substans unum, an una perfecta substantia, ut equus unus, an pars substantiae, ⟨ut⟩ una anima; si quale, an velut unum album vel unum calidum vel aliud simile. Haec nimirum inter se valde differunt, et non est possibile ea dicere ut unum. | Quod si intelligant unum, quod sit substan- 8r *C*
tia, quantum et quale, seu substantia qualis et quanta, nimirum haec (seu separata atque distincta ab invicem accipiant, seu non separata et distincta), omnino necessarium est esse multa atque diversa.

---

2 Melysso *E*   16 Architam *E*   utrum *om. E*   19 an pars] an ut una pars *C e B*[1], *e però abbiamo inserito il seguente* ut   25 et *B*: atque *C*

Secunda ratio. Proinde si intelligant hoc unum esse aliquid praeter substantiam (sive cum hoc substantiam esse intelligant, sive non), nimirum inconveniens et absurdum magnum opinabuntur (⟨si⟩ licet tamen impossibile inconveniens et absurdum appellare), quandoquidem aliorum nullum sine substantia subsistere poterit, quippe quae in substantia sunt aut de substantia dicuntur.

Tertia ratio sumitur ex dictis Melissi, qui negando pluralitatem ponit ipsam; cum quippe dicat illud unum esse infinitum, in hoc quod dicit unum (subiectum), ponit substantiam, in hoc quod dicit infinitum, ponit quantitatem, | **14^v *B*** cuius differentiae sunt infinitum et finitum, non autem substantiae neque qualitatis. Iam ergo substantia si quanta est, duo sunt, non unum; si vero substantia tantum est, non est infinitum neque quod habeat magnitudinem vel numerum.

Rationes sumptae ex parte unius.

Quarta ratio. Cum ipsum unum etiam multipliciter dicatur quemadmodum et ens, quaeritur ab ipsis quonam pacto intelligant ens esse unum, nunquid ut unum continuum, cuius videlicet partes omnes ad unum terminum communem copulantur; an ut indivisibile unum, nempe ut quod partibus careat; an tertio ut ratione unum seu definitione unum seu essentia unum; an sicut univocatum unum, quemadmodum quod synonimis nominibus explicatur, utpote diversis existentibus rerum nominibus haec omnia ita unum significent, sicut merum et vinum.

---

4 si *om.* *E* 8 Melyssi *E* 9 illum *B* 12 finitum et infinitum *C* 22 divisibile B^1 nempe *om.* *C*

Atqui primo non est possibile esse unum tanquam continuum, quandoquidem infinitum | 15r B continuum est divisibile in diversas partes, cum sit continuum. Item et si quis omnes partes accipiat sigillatim, non eadem ratio est atque | 8 C de iisdem in universo et toto; licet quaestio an eadem sit ratio totius et omnium partium, non respiciat ad verba istorum, sed sensum. Nos vero intelligimus maximam esse differentiam inter partes omnes secundum se et totum secundum se, quandoquidem secundum se partes non dicunt certam positionem et ordinem, integrum vero dicit. Et hoc maxime differt, quemadmodum manifestum est ex eo, quia iuxta rationem omnium partium universa nomina sunt in elementis suis iterum atque iterum repetitis, ipsa tamen nomina non erunt neque orationem constituent ullam. Proinde non ita est in partibus continuis veluti in discretis; in numero enim partes atque species a natura praescriptum atque certum quendam ordinem admittunt, continui vero partes non item. Ergo non est unum continuum.

Quod secundo non sit unum indivisibile. 15v B

Secundo non est possibile esse unum tanquam indivisibile, quandoquidem tunc non poterit quantum vel quale dici; omnis enim quantitas circa multitudinem et magnitudinem sita est, quarum illa in numeros, ista vero in atomos vel partes alias est divisibilis. Et propterea neque finitum erit, sicut dixit Parmenides, neque infinitum, sicut dixit Melissus.

Non erit etiam quale, quia omnis qualitas physica

---

7 ad verba *etc.*] *frantende Aristot. p. 185b 12* 9 quandoquidem partes secundum se *C* 26 Melyssus *E* 27 Non etiam erit *C*

circa quantitatem versatur; ubi enim nullum est quantum, nulla est extensio materiae, quam qualitatum fundamentum esse oportet.

Non tertio omnia tanquam ratione unum, ut indumentum et tunica, quandoquidem consequeretur absurditas illa quae est apud Heraclitum, apud quem idem sunt diversa, differentia, contraria et contradictoria. Idem faciebat diversa, sicut substantiam et accidens; | differentia, sicut **9r C** corporeum et incorporeum [sunt]; contraria, sicut bonum et malum; contradictoria, sicut bonum et non bonum; plura, sicut hominem et equum.

Confutatio responsionis quorundam illius sectae ex discipulis Parmenidis et Melissi, asseclis nempe eorum opinionis. **16r B**

Posteriores cum hisce vel similibus difficultatibus moverentur, cum non confiderent inconvenientia ista diluere, ad duplicem cautelam confugerunt. Quidam notam copulationis ab orationibus auferebant, ne per ipsam cogerentur multitudinem, quam protestatur illud quod dicitur varium ab eo de quo dicitur, * * * ipsum verbum ab oratione sustulerunt, Lycophron quidem mutilando orationem, alii vero variando: Lycophron non dicebat 'homo est albus', sed 'homo albus'; alii 'albatus homo' vel 'albatur', quasi optimum scutum inconvenientibus opponentes. At vero non propterea ens singulariter dicitur et unum; porro et ratione et re diversa esse convincimus tum ex multitudine partium, tum ex contrarietate, sicut dictum est. Alii

---

7 differentia *B*: diversa *C* 7. 11 *cf. Figurat. phys. aud. p. 147, 5 sqq.* 9 *cancelliamo* sunt contrarium *C* 17 oratoribus *E* 19 *indichiamo una lacuna (per es.* ⟨esse fateri. Et ideo⟩) 22 albatur *B*: albatur homo *C*; *per* albatus *poi v. Bekker ad Ar. p. 185b 29*

non habebant pro absurdo, ut idem essent unum et multa, sed in eo tantum inconveniens existimabant, ut opposita et contraria essent unum; unde ea vere et proprie multitudinem **16v B** facere intelligebant, in quibus oppositio contrarietatis reperiretur. Atqui nos et illud ad multitudinem satis sufficere arbitramur, ut aliud quidem sit potentia esse, aliud quid actu esse; est enim unum potentia et unum actu, item ens potentia et ens actu. Itaque concludimus non esse difficile solvere principia, ex quibus argumentantur; sicut enim diximus a principio, sophistice incedunt fallentes tum in materia tum in forma argumentandi.

Specialius descendit ad sententiam Melissi et Parmenidis. **9v C**

Quod diximus de paralogismo tum Melissi tum Parmenidis, nunc manifestandum. Ita enim argumentabatur: 'omne quod factum est, habet principium; universum non est factum; ergo non habet principium.' Primo ergo peccat in forma, quia cum maiori extremitate accipit medium affirmative subiectum, cum minori negative praedicatum. Secundo peccat, quia non unum et simplicem accipit medium **17r B** terminum, sed multiplicem; quandoquidem in hac propositione 'quod factum est, habet principium' principium sumitur pro eo quod est ante durationem seu durationis, ubi vero ex eo quod non habet principium et finem concludit immobile esse universum, quia non habet extra se quo moveatur, accipit principium et finem pro eo quod est magnitudinis seu molis. Tertio etiamsi unum esset infinitum iuxta hunc modum secundum

---

6 quidem *E*: /. quid 8 ens actu et ens potentia *C* 12 e 13 Melyssi *E* 11 *sarà necessario* enim ⟨ille⟩ 25 quod *E*

magnitudinem, ideoque eo pacto immobile quoddam, quidnam prohiberet quominus partes in ipso moveantur, sicut puta immobili existente mari partes in ipso continuo moventur? Continuo item partes aëris, sphaera aëris perpetuo intra eosdem limites collocantur. Quarto sublato etiam motu locali tum a toto tum a partibus, qui fit ut esse nequeat alterationis motus? Quinto neque in omni motu habere principium et finem verificatum, ut cogaris asserere ex eo quod aliquid habet principium et finem, esse mobile, et rursum ex eo quod neque principium habet neque finem, esse immobile; quandoquidem cognoscimus instantaneam mutationem, nempe generationem et corruptionem, in quibus non est accipere principi|um et finem; sunt enim **17ᵛ *B*** potius termini motus (utpote alterationis), non autem motus, certissime et maxime mutationes. Sexto quia impossibile est (etiam sublata generatione, | corruptione, altera- **10ʳ *C*** tione, duratione seu tempore) efficere, ut ea, quae sunt, specie unum sint, praeterquam si aliquis hoc unum accipiat tanquam materiam unam ex qua omnia sunt, sicut qui dicunt omnia esse aquam unam.

Atqui adhuc in vultu et sinu naturae necessario multitudo infertur, quandoquidem illud quod est ab eo ex quo est distinguatur oportet, et eorum quae sunt alterius ab altero distinctio est, ut hominis ab equo. Item contrarium unum non est alterum contrarium, ut calidum non est frigidum.

---

1 quoddam] quodnam *E*: *o sarà da cancellare come dittografia?* 3 puta] patet *E* 5 *forse* limites colloca⟨ta, move⟩ntur 7 alterationis *Stölzle*: alterius *E* motus] modus *E* 14 alterationis *B*: alterius *C* 15 certissimae vero et maximae *C*

De particularibus modis, quibus agit contra Parmenidem.

Quoniam vero opinio Parmenidis et rationes quodammodo conveniunt cum rationibus et opinione Melissi, accidit ut partim iisdem, partim aliis rationibus cum ipso sit agendum. Habet hoc commune ultra, quod et falsa assumit et quod paralogizat: falsa quidem accipit, quando ens multipliciter dictum | quasi simpliciter dici existimat; **18r *B*** non concludit, quia si album sit illud unum quod significat ens, adhuc non posset tueri propositum, quandoquidem album neque continuatione, neque tanquam continuum unum, neque tanquam ratione unum multitudinem tollit; alia est enim ratio albi et albedinis, nempe subiecti et qualitatis, quamvis qualitas a subiecto non separetur. Porro hanc distinctionem subiecti et formae tempore Parmenidis non videbant.

Textus 26. Necessarium autem est eos, qui unum dicunt ens, hoc ipsum accipere iuxta potissimam et praecipuam significationem, ni velint distinguere ipsum quod praedicatur ab eo de quo praedicatur. Si enim ens significat accidens tantum, illud cui accidit erit non ens, atque ipsum ens quod est vere, inexistens illi quod non est vere.

27. Cum vero illud quod vere est non debeat ulli accidere, magis significare debet substantiam quam accidens; itaque accidens si capiatur pro ente, id quod vere est enti non accidet.

---

3 opinionibus *C* 6 paralogisat *E* 18 velint *Stölzle*: velit *E*
20 illud *B*: illi *C* 23 debet significare *C*

Quod vere ens non possit esse substantia. **10v C**

tex. 28. Constat ergo vere ens accidens non significare. Quod non significet modo substantiam, inde manifestum est, quod neque magnitudinem habebit ullam neque multitudinem; non quidem magnitudinem quantitatem finitam vel infinitam, non multitudinem qua una pars alia | est **18v B** ab alia aut saltem alterum. Et cum ipsum integrum non sit divisibile, non divideretur in illud quod vere est; quod si dividitur in illud quod vere est, nimirum inter totum et partem, item inter partem et partem differentiam esse oportet, et unius rationem esse aliam a ratione alterius. Similiter si quod vere est, est ratione unum seu definitione unum, ut homo si est vere ens seu unum, illud necesse est et animal vere esse ens et bipes esse vere ens; quod si animal et bipes vere ens non sint, nempe substantia, nimirum accidentia erunt; quod si ita, aut accident homini aut alii alicui subiecto. Atqui impossibile est accidens ullo pacto, quandoquidem aut esset propria passio aut communis passio: si propria passio esset, tunc oporteret subiectum poni in definitione ipsius, sicut in definitione simi nasus, balbi lingua, claudi tibia; aut erit communis quaedam passio, quae non ponitur in definitione subiecti: utrovis modo sit, omnino necessarium erit perpetuo illud quod accidit et illud cui accidit tum ratione tum re esse diversa.

29. Accidentia praeterea propria, in quorum definitione subiectum ponitur, non possunt absolvi secundum ratio-

---

2 significari *E* 5 quantitatum *E* 6 qua *B*: quia *C* 20 definitione ipsius *B*: eius definitione *C*

nem ad ipsum, alioqui contin|geret hominem non esse **19r B** bipedem, aut in definitione bipedis homo collocaretur; atqui in hominis ratione bipes inesse dictum est. Si vero bipes et animal non sibi mutuo accidunt, sed alicui alteri, utrumque non erit vere ens; quapropter homo erit etiam accidens alicui alteri. Aut vero quod vere est ens, minime alicui accidere debet. Quod si etiam huiusmodi sit illud de quo ambo dicuntur, ut homo et bipes, et utrumque | ho- **11r C** rum et quod dicitur ex his, id est compositum, sequetur omne esse ex indivisibilibus, quod est contra principia tum geometriae tum physicae.

30. Quidam duabus istis allatis rationibus, altera nempe qua probatur non esse unum accidens, altera qua probatur non esse unum substantiam, acquiescebant, id est ambas concedebant, dicentes omnia esse unum propterea quia ens significat unum, ut etiam illud quod non est, sub nomine unius contineatur; secundo ex individuis dicebant omnia constare et haec esse substantiam omnium, quae re et ratione essent unum, non obstante infinito numero individuorum, quandoquidem infinitus non est numerus, sed innumerum; propterea non dicit multitudinem, sed cum uno coincidens, quod est substantia totius, cuius distinctam speciem non licet adducere.

tex. 31. Concludit: ergo manifestum est ens non signi- **19v B** ficare unum, quandoquidem accideret duo contradictoria simul esse vera, nempe quod esset unum et non unum. Dicimus ergo nihil prohibere esse unum ens principaliter,

---

1 *l.* ab ipso   4 sibi mutuo non *C*   5 e 8 utrunque *E*   5 homo etiam erit (*Aristot. p. 186b 32*) *C*, *ma cf. a p. 278, 27*   6 Aut] *l.* At   21 innumerum] *sic E*   26 esse simul vera *C*

utpote principali significatu entis substantiam significari; subinde subsequenti quadam et minori ratione accidens, sicuti plurimis est probatum. Si enim aliquis cognoscat id quod est verum esse, adhuc multitudinem supponit; ratio enim veri et entis, licet subiecto idem sint, alia est atque alia, sicut proxime dictum est, quod stante una ratione adhuc multa sunt quae sunt.

Ad opiniones eorum qui naturaliter sunt loquuti.

Opiniones illorum, qui de rebus physicis physice sermocinati sunt, ad duo capita reducuntur; alii enim faciunt unam formam et duo contraria, alii vero unum subiectum seu materiam et duo contraria.

Ille fuit Plato, qui unam eandemque speciem seu ideam participatam secundum multum et paucum, | ma- **20r *B*** gnum et parvum, volebat distendi | seu contrahi ad re- **11v *C*** rum constitutionem et distributivam differentiam, utpote qui aliquando arithmetice velut loquendo more Pythagoricorum ponebat monaden loco formae et dyadem seu pluralitatem loco materiae, unde rerum substantiam numeris comparans differentiam specierum desumebat ex pluribus et paucioribus; interdum more geometrico et magis proprio sibi ponebat rerum substantiam primam atque fundamentum primum punctum seu atomum corpus, quod postea per magnum et parvum seu per plus et minus participari veniebat in constitutionem huius et illius et omnium specierum. Qui vero alii fere omnes faciebant unum subiectum seu materiam, duo contraria volebant esse veluti duas

---

3 sicut *C* 14 idaeam *E* 15 distendi] descendere *E* 18 diadem *E* 25 et illius *B*: vel illius *C* 26 fere omnes] *cf. a p. 272, 14*

formas seu qualitates. Alii accipiebant unum ex sensibilibus elementis tribus praeter terram, quae cum maxime omnium sit sensibilis et crassa, minime videbatur digna nomine principii. Alii vero quoddam medium inter ignem et aërem, nempe hoc quidem subtilius, hoc vero crassius. Qui omnes in eo conveniunt, quod circa unum huiusmodi intelligentes contrarietatem, penes rarum et densum omnia subinde generabant iuxta innumeras densitatis et raritatis differentias. | Rursum in duo capita omnes opiniones distribuuntur: **20^{v} *B*** alii enim, ut proxime dicti, ex simplicibus volunt provenire composita; alii vero, ut Anaxagoras et Empedocles, volunt ex uno composito seu mixto et confuso per modum separationis omnia emanare. Differunt isti a praecedentibus, quia illi contemplabantur elementa et principia ex elementatis et principiatis, illi vero elementata et composita contemplabantur ex simplicibus et elementis; sicut etiam duplex ordo accidit in proposito quo aliquis rationem litterarum et syllabarum inquirat ex ratione verborum seu dictionum, alius vero rationes verborum et dictionum ex ea quae litterarum et syllabarum.

Utraque philosophandi ratio digna est, utilis ac conveniens **12^{r} *C*** iuxta diversos fines, quorum alter magis est activus, alter magis contemplativus. Inter hos vero secundos differentia est, nempe inter Empedoclem et Anaxagoram, quia Empedocles multoties et infinities vult * * * quemadmodum ex uno confuso et mixto facta est segregatio, ita facienda est iterum atque iterum infinities, circulo quodam et vicissitudine quadam in rerum natura perspecta;

12 misto *E*   14 *f.* quia hi   19. 20 alius — dictionum *om.* *C*
25 *segnamo una lacuna* (*per es.* ⟨segregationem fieri, et⟩), *e in seguito sarà da scrivere* faciendam esse *etc.*

21r B Anaxagoras autem semel tantum coepisse fieri hanc segregationem, nec iterum futurum ad idem circulum. Secundo differunt, quia Empedocles species rerum repertarum in uno confuso illo revocat ad quatuor nominata elementa, Anaxagoras vero ad infinitas partes similares, id est tales, quales reperiuntur in compositis, nempe partes ligni, ignis, carnis, aquae, medullae etc.

Particulariter argumentatur contra Anaxagoram.

In Anaxagoram igitur agentes primo eius rationem adducamus, secundo inconvenientiam illius sententiae explicemus. Quod ad primum attinet, causa, propter quam Anaxagoras iudicavit infinita principia, est ex eo quia suscipiebat verissimam illam communem apud omnes philosophos notionem, quod 'ex nihilo nihil fit', et consequenter 'quicquid fit, ex ente fit'. Unde quicquid inest compositis, priusquam insit, idem sit oportet. Ideo priusquam res et species per mentem distinguerentur, utpote singularum specierum vultus appareret, simul erant; unde tota rerum productio seu generatio in quadam segregatione separationeve consistit. | **21v B** Secunda ratio, quia videbat ex contrariis fieri contraria, ut ex igne aërem, vaporem et tum demum aquam; item ex terra, silice, segregari videbat ignem. Cum vero non conveniat ut contrarium fiat ex contrario, dignum existimabat ut putaretur contrarium potius exire a contrario tanquam per dissociationem et divulsionem quandam, quam per alterationem vel alium productionis modum. | **12v C** Quî enim possibile est opinari ignem fieri ex

---

1 caepisse *E* 13.14 philosophos omnes *C* 18 vultus *scriviamo secondo f. 52r* (*B*): vultibus *E*

aqua alio pacto praeterquam per secretionem? Alioqui sequeretur aliquid fieri ex eo quod non est; non enim magis incongruit dicere bonum fieri ex malo, quam ex nihilo. Quocirca cum perpetuo huiusmodi productio appareat, iudicandum est contraria esse in contrariis, a quibus videlicet possint separari. Tertio argumentabatur quasi solvendo et diluendo difficultatem, quam ipse sensus inducit contraria in contrariis et omnia in omnibus non conspiciens, et aiebat partes illas similares in omnibus reperiri secundum quandam insensibilem magnitudinem, nec propterea quod varia est tandem species rerum externa, propterea oporteret dicere alia esse in alia; differentiam quippe referebat non ad partes certas, quae in quibusdam potius essent quam in aliis, sed potius ad excessum quen|dam et defectum; ubi **22ʳ B** enim superabundabant partes ligni, lignum, ubi partes ferri, ferrum, et similiter reliquorum. Hoc erat in causa, ut specialia nomina et rationem res ipsae in vultu et superficie susciperent; verum enimvero nihil esse sincere et pure tale, utpote album, dulce, carnem, os; nec enim unam esse alicuius rei naturam, sed propter superabundans ipsam unam videri.

Contra Anaxagoram. Hanc sententiam pluribus rationibus claudicare cum suis causis aspicimus. Primo quidem quia tollit cognitionem seu scientiam principiorum; hoc enim modo numeri illorum nullus est modus, tot quippe essent principia quot res, si tamen principiorum nomine ea licet appellare, quae non alia ponunt, sed se ipsa exponunt et in apertum ducunt. Itaque iuxta numerum et indefinitam multitudinem specierum essent earum principia,

---

6 Tertio] III° (solvebat) *sic E*   15 *e* 19 enim] non *E*   20 ipsum *E*
23 conspicimus *C*   29 ⟨indefinita⟩ essent ?

et iuxta infinita individua et particularia infinita quoque essent principia, tum secundum multitudinem | 13r C particularium formarum, tum secundum multitudinem partium et minimorum. Itaque neque materiam neque formam rerum liceret agnoscere, et consequenter neque compositum, cuius cognitio pendet ex eo, quibus est. Secundo sicut in rebus naturalibus unaquaeque species est determinata ad maximum et minimum, siquidem oleaster nunquam ad molem olivae exurgit, cuniculus | 22v B ad molem bovis, elephas ad montis magnitudinem, sed unaquaeque ex ipsis habet certam metam infra quam non extenuatur, et certam ultra quam non augetur; si ita est in totis, nimirum eodem pacto opus est esse in partibus, utpote si caput animalis non est quantumcunque, neque eius cerebrum, nasus et oculus non erit quantumcunque, ita vena, arteria, os et similia non erunt quantumcunque. Quocirca necessarium est inferre non esse possibile in quocunque esse quodcunque, cum etiam quodcunque non est quantumcunque et qualecunque. Tertio si ita est, ut omnia non fiant, sed segregantur (quia res non mutantur ut desinant in alias, sed insunt alia in aliis), si item denominatio fit a pluri, item quodlibet fit ex quolibet seu segregatur ex quolibet, ut aqua ex carne, quibus addo quod omne corpus finitum per finiti subtractionem consumitur; ex hisce omnibus sequitur contrarium Anaxagorae, utpote non in quolibet esse quodlibet. Si quippe fiat semel segregatio carnis partium ab aqua, in reliqua aqua non erunt adhuc totidem carnis partes, sed

---

6 *sic E*: *forse* ex eo ⟨quod cognoscitur ex quot et⟩ quibus est (*cf. Aristot. p.* 187^b *12*) 11. 12 et certum ultra quem *C* 16. 17 Quocirca — possibile] quod circa — impossibile *E* 19 si ita] sita *E* *forse* segregentur 21 aliis, si item] aliis. III° item *E*

pauciores: iterata atque iterata subtractione istarum partium necessarium est ad eum devenire finem, in quo nullae ulterius carnis partes in aqua inveniantur; propterea illa aqua non iam habebit omnia in se. | Itaque non sunt omnia **23r *B*** in omnibus perpetuo. Si vero dicat, segregationem non stare, id est ad finem non devenire, utpote quia semper ab omni est separabile omne; consequens erit, quod in magnitudine finita erunt aequalia infinita secundum magnitudinem, utpote in decem libris carnis erunt infinities decem carnis librae, vel aequalia finita infinita erunt. Item sequeretur, quod, cum omnia sint in omnibus, in singulis etiam ipsius | partibus erunt omnia, quae partes cum sint infinitae, **13v *C*** quemadmodum in toto sunt infinita, ita etiam in singulis partium infinita erunt, et adhuc in partium partibus; ut tandem absurdissimum consequatur, quod erunt infinita in infinitis infinities. Quarto, cum omne corpus remoto quodam necessario fiat minus, cumque, ut superius dictum est, in parvitate et magnitudine naturales species sint definitae, et propterea carnis quantitas est determinata tum in magnitudine tum in parvitate; hinc necesse est in certo gradu esse maximam carnem, et in certo gradu minimam esse carnem. Iam si omnia sunt in omnibus, in minima carne adhuc erit plus carnis; item erit aliquod minus minimo. Quinta ratio sequeretur: in infinitis corporibus cum inveniantur etiam infinita (ut in carne, sanguine, cerebro), nimirum ea quae non sunt, utpote citra dimensionem | et **23v *B*** magnitudinem, nihil minus essent entia quam ea quae sunt in dimensione et magnitudine, et ea quae sunt separata vel seorsim ratione Anaxagorica abstracta aeque essent entia atque vera et existentia. Praeterea errat

---

3 inveniantur *Stölzle*: inveniatur *E* 23 *forse* ita

Anaxagoras etiam cum aliquid bene dicit non ex recta intentione, more prophetarum; dixit enim una cum Empedocle illud unum commixtum atque confusum ab intelligentia seu mente super assistente coepisse digeri, utpote species a speciebus segregari, quae tamen nunquam erunt omnes segregatae. Ubi quod dicit segregationem omnium nunquam factam futuram, bene dictum est, quandoquidem habitus, passiones, quantitates et similia nunquam a substantia erunt segregata (sed non est hoc quod ille ex proposito dicere volebat; segregat enim substantias a substantiis et species a speciebus); at errat cum mentem introducit, quasi opus illud adorsam quod nunquam perficiat; introducit quippe intellectum primum ac si esset sagittarius collimans ad scopum, quem nunquam | attingat. Errat item **14r C** faciens generationem similium partium ex similibus (quandoquidem faciens omnia ex omnibus facit similia ex similibus), quod sane est contra conditionem eius | quod fit. **24r B** Interdum enim fit aliquid ex similibus, sicut lutum ex luto, aqua ex aqua elicitur, segregatur; fit item interdum ex dissimilibus, sicut aqua ex aëre, et domus non fit ex domo, sed ex lateribus.

De contrarietate principiorum.

Contrarietatem naturalium principiorum tum ex famosis opinionibus, hoc est ex authoritate communi, tum ex propriis rationibus deducimus. Quod ad primum manifestum est, quemadmodum, si quis inspiciat omnes hac ipsa de re

---

1. 2 ex intentione recta *C*   2 una *om.* *C*   3 commistum *E*   4 caepisse *E*   12 adorsum *E*   16 facit] faciens *E*   19 eliciatur e fit interdum item *C*

considerantes, sive eos qui unum sive eos qui plura posuerunt principia, nempe sive naturaliter sive innaturaliter loquentes, in eo conveniunt ut contrarietatem quandam principem rerum productioni proponant; siquidem et Parmenides, postquam unum ens nominavit et immobile, mox cum de rebus propius consideratis specularetur, principia contraria posuit calidum et frigidum, utpote substantias ignem et terram. Ex his item qui plura dixerunt principia, quidam dicunt rarum et densum circa unum subiectum, et inane et solidum, iuxta modum loquendi Democriti, quorum alterum accipiebat ut ens, alterum ut non ens; alii vero contrarietatem quandam iuxta locales differentias considerarunt, quatenus secundum huiusmodi * * * atomi et prima elementa variarum formarum sunt productricia, **24ᵛ *B***
ut sursum deorsum, ante retro, unde sequitur angulare et inangulare, rectum et rotundum.

Hanc omnium positionem probamus, tanquam non sine ratione adductam, siquidem tres sunt principiorum conditiones, quibus stantibus contrarietatem illis esse necessum est. Prima est ne sint ex alterutris, secunda ne sint ex aliis, tertia ut ex his sint omnia: quae nimirum sunt primorum contrariorum conditiones, siquidem ⟨quia⟩ non sunt ex aliis, sunt prima; item quia non sunt ex invicem, | aliud **14ᵛ *C***
aliis non est prius; tertio cum non sint ex alterutris, non habent rationem identitatis neque similitudinis neque simplicis diversitatis, sed potius contrarietatis. Hoc autem cum non sit manifestum, ratione colligere oportet huiusmodi, qua tanquam ex propria sententia propositum inducimus.

---

8 terram et ignem *C* 12 Alii] *frantende Arist. p. 188ª 23* ἔτι θέσει κτλ.. 13 *Stölzle indica la lacuna e supplirebbe* ⟨sententiam⟩: *piuttosto* ⟨differentias⟩ 18 adducta *E* 20 sit *la prima volta E* 22 *abbiamo aggiunto* quia

Omne quod fit, ex contrario fit; quicquid corrumpitur, in contrarium corrumpitur: siquidem non corrumpitur simile in simile, aqua in aquam, neque generatur simile ex simili, sicut aqua ex aqua (quandoquidem in generatione aliquid novum prodiisse requiritur), neque simile ex quocunque diverso, sicut musicus non fit ex nauta vel ex geometra, et albus non fit ex philosopho; sed quicquid | fit, fit ex non 25r B ente huiusmodi, et hoc non quolibet, sicut musicus fit ex non musico, non quidem non musico quasi ex albo, sed quasi eo immusico, cui succedere possit esse musicum, nempe cum quadam aptitudine ad ipsum consistente et ipsius negatione. Hoc autem est privationem dicere apud nos, quae significat participationem quandam contrariae formae, quandoquidem album fit ex non albo, non quidem quocunque, quod non album esse contingat, sed vel nigro vel medio quodam. Similiter quando album corrumpitur, cessat esse; non corrumpitur ⟨in⟩ immusicum vel musicum, sed in non album intelligitur corrumpi, non quodlibet non album, ut videlicet terminus iste 'non album' significat infinite, sed vel in nigrum vel aliquod medium, in contrarium vel subcontrarium.

Quoniam vero duplex est fieri et corrumpi, simplicium videlicet et compositorum, in simplicibus quidem facile est invenire contrarii nomen et rationem, ut quando ex albo fit nigrum; in compositis vero non ita. Quando enim homo fit ⟨, fit⟩ ex non homine et certo definitoque non homine, utpote eo subiecto quod talem formam complectebatur, quam hominis adveniente forma recedere proxime oportebat; propterea non est existimandum, ex defectu nominum

---

3 in aquam *Stölzle*: in aqua *E*   17 *forse* non ⟨enim⟩ *aggiungiamo* in   25.26 homo fit ex *E*

argumentum desumi posse defectus rerum et rationum. Sic ergo 'non homo ex quo est homo' proportionaliter | se (25v *B*) habet ad 'non album ex quo est album', ubi syncategorematicus iste terminus | (15r *C*) 'ex' significat 'post', et supponit in subiecto potentiam susceptivam ex quadam et per quandam ordinis necessitatem, sicut ex albo, hoc est post album, in eodem subiecto succedit nigrum quod est proprie illi contrarium, vel medium aliquod quod est subcontrarium; sic ergo omnia quae fiunt, quodammodo ex contrariis fiunt. Dico autem 'quodammodo', quia non est eadem ratio, qua contraria qualitas qualitati contrariae et forma substantialis una altori substantiali formae succedit. Est quippe quaedam contrarietas, quae in solo qualitatis genere reperitur, utpote accidentalis circa subiectum in actu; est et alia contrarietas, quam in unoquoque genere reperiri oportet, utpote quod per differentias oppositas est divisibile perpetuo et omne. Unde constituuntur duae saltem ex bimembri divisione species, quarum altera ex digniori, altera vero ex ignobiliori differentia divisiva constituitur, et ideo absolute altera nomen habet privationis, altera vero formae, licet in generationis et corruptionis vicissitudine forma illa, quae abiicitur seu cedit, nomen privationis admittit, quod nimirum non retinet in se et per se, | (26r *B*) sed relinquit subiecto, sicut recedente visu non visum dicimus privatum sed oculum, nec visum privationem dicimus sed oculum sub privatione; in aliis vero, ut in artificialibus, ut quando domus fit ex non domo et non ex quocunque non domo, sed ex hoc proximo cui succedit esse domum cum quadam ordinis necessitate ex positione et artificis actione cum materiae et partium dispositione huiusmodi, si quis

3. 4 sincathegorematicus *E* 7 quod proprie est illi *C*

velit illi non domo, quod est contrarium quoddam propter hoc quod non se compatitur cum forma domus et quod necessario est circa idem subiectum seu in eodem subiecto in quo est domus, si quis inquam nominare velit, nomine quodam generali utatur oportet, utpote 'inordinatum quoddam' appellans, sicut domus est ordinatum quoddam, ut tandem, si magis nomina significare velit, componat hoc pacto ordinatam domum esse ex inordinate domo. Similiter statua, ut quoddam figuratum hoc est infigurato statuae. Itaque manifestum est, quemadmodum omnia vel in contraria vel in media resolvuntur, ex contrariis vel mediis generantur. | **15v C** Et hucusque sufficientia et iudicium antiquorum procedere potuit et videre, ut omnes hi scilicet ab ipsis vocata principia contraria appellarent, non tam ratione adducti quadam, quam naturae veritate coacti. | **26v B** In hoc ergo ipsi nobiscum et ipsi inter se conveniunt, subinde inter se differunt et a nobis: a nobis, quoniam nos non tantum ratione veritatis coacti, sed etiam rationis lumine adducti, ut infra videbitur et etiam pro occasione visum proxime est; inter se differunt, quia contraria alii accipiunt vere priora in suo genere, alii vero posteriora his, sicuti hi qui dicunt calidum et frigidum, priora dicunt quam hi qui rarum et densum, quandoquidem raritas et densitas a caliditate et frigiditate proficiscitur; item alii capiunt notiora secundum rationem, alii vero notiora secundum sensum, id est alii accipiunt principia mathematice et physice et logice, sicut hi qui dicunt par et impar, amicitiam et

---

1 illi non domo] *avrà avuto in mente di continuare con* nomen indere *piuttosto che con* nominare (*v. 4*); *nè sarebbe probabile* illi [non] domo, *perchè mal si considererebbe* quod est contrarium quoddam *come oggetto di* nominare 2 non compatitur se *C* 9 in figurato *E*: *forse* figuratum hoc est ‹ex› infigurato statua 10. 12 Itaque—generantur *due volte C* 13 patuit *E*: *em. Stölzle* 18 ratione] *sic E* 21 *cancelleremmo* vere

litem, alii magis physice, sicut hi qui dicunt calidum et frigidum, humidum et siccum.

Tandem inspicere est eos quodammodo eadem docere, quodammodo diversa: eadem quidem iuxta analogicam rationem, quoniam ex eadem coordinatione, utpote ex eadem scala naturae, contraria accipiunt, ubi certis gradibus et ordine definito a primis contrariis est descensus ad infimos et ab infimis ad primos et a mediis definitus tum ascensus tum descensus ad extrema; itaque omnes conveniunt in unum, quia | in uno ordine philosophantur, contemplantur: 27r B quodammodo vero diversa dicunt, hoc est secundum rationem propriam, qua alii alios gradus in eadem scala obtinuerunt et elegerunt et, ut dictum est, alii plus recedunt a sensu per ascensum ad notiora naturae, alii plus recedunt a ratione et intellectu per descensum ad notiora nobis.

Quod ultra duo contraria oportet esse tertium subiectum. 16r C

Post haec videndum est, an principia sint duo vel tria aut plura, quandoquidem visum est non esse unum neque infinita: non unum, siquidem contraria oportet esse; non infinita, siquidem scibilia oportet esse, item quia melius est cum Empedocle ex finitis constituere et assignare omnia, quam cum Anaxagora ex infinitis. Frustra enim et temere ex pluribus perquiruntur ea, quae nihilominus possumus ex paucioribus, si tamen 'nihilominus' congrue dicere possumus, ubi non est comparatio inter hoc quod paucis assequimur et infinitis persequimur. Praeterea in infinitudine contrariorum, si infinita essent, non est imaginanda ratio principii, siquidem contrariorum alia sunt priora, alia posteriora (album et nigrum enim consequuntur rarum

8 *sic E* 13 schala *e* 18 sint principia *C* 13.14 alii— naturae *om. C*

et densum, dulce et amarum consequun|tur calidum et **27v B** frigidum, humidum et siccum), principia vero oportet esse constantia et non ex aliis consequentia, ut dictum est. Itaque manifestum est, neque infinita neque unum esse principium.

Textus 51. Quod non sint duo, facile aliquis dubitando concludet; positis enim duobus contrariis quaerat aliquis: ʻquomodo densitas faciet raritatem, calidum faciet frigidum? item quomodo amicitia litem congregabit et faciet aliquid ex illa, vel e converso lis amicitiam disgregabit et faciet aliquod tertium?ʼ

52. Praeterea cum principia sint contraria, necessario videtur illis aliquid esse subiiciendum, quod sit substantia seu subiectum contrarietatis, quandoquidem et tum nomen principii alicuius subiecti nomen est, quod est principium; unde apparet principii adhuc esse quoddam principium, unde relinqueretur, sicut subiectum est prius praedicato seu adiecto, ita principii erit principium. Praeterea substantiae nihil est contrarium, neque videlicet accidens opponitur substantiae neque substantia substantiae, sed omnis contrarietas est circa substantiam et in substantia, non autem substantiae; in ipsa enim et circa ipsam est adie|ctio, non ipsius. Si item capiantur principia contraria **16v C** ita ut non sint substantia quaedam, tunc prodibit quaestio: ʻquomodo ex non substantiis principiabitur substantia? aut quomodo aliud, quod non est substantia, prius est quam substantia?ʼ

---

8 faciat — facit *E*: faciat — faciat *Stölzle* 9 quomodo] quoque *E*, *e però* ⟨non⟩ congregabit *Stölzle* 10 lis *Stölzle*: quis *E* 18 erit] *f.* esse

Tex. 53. Ad salvandam igitur tum priorem rationem de contrarietate primorum principiorum, tum etiam ne contrarietatem faciamus principium, quasi accidens et qualitas sit ante substantiam, cogimur duobus istis contrariis subiicere quoddam tertium seu unam quandam naturam, quam antiqui dicebant universum seu id quod est, ut aquam aut ignem aut horum medium. 28r B

Comparatio inter eos qui tertium quoddam subiiciunt contrariis.

51. Ex his autem, qui tertium subiiciunt pro contrariorum subiecto, hi quidem rationabilius dicere convincuntur, qui tale accipiunt quale in sua natura contrarietatem non admittat, ne videlicet ipsum sit contrarium, sed indifferens ad contraria et omnia recipienda, utpote quod debet reperiri in omnibus naturalibus speciebus et individuis; quapropter illi, qui minus sensibile subiectum introduxerunt, melius fecisse videntur et naturam rei propius olfecisse. Cum igitur ignis, terra, aër et aqua contrarietatibus sint complexa, non irrationabiliter fecerunt, qui subiectum ab his alterum seu diversum introduxerunt. Inter omnes vero melius hi dixisse videntur, qui aërem subiectum voluerunt, quia differentias minus sensibiles vel minime sensibiles habeat, quam ignis et aqua. Subinde melius qui aquam subiectum fecerunt, quam ⟨qui⟩ ignem, qui est activissimus elementorum et efficacissimae contrarietatis. | Itaque unum 28v B
illud subiectum, quodcunque sit, contrariis figurant, ut densitate et raritate, excessu et defectu; unde antiqua est opinio, quod tria sunt principia: unum, superabundantia

---

5. 6 *cf. Ar. p.* 189^b *2*   10 rationabilibus *E*   19 omnes] *l.* caeteros   20 hi melius *C*   22 habeant *E*   23 ⟨qui⟩ *om. E*

et defectus. Sed posteriores alii illud unum volunt esse quod agat, et illa duo quae patiantur, ut Plato; alii illa **17r C** duo volunt esse quae agant, et illud unum quod patiatur seu recipiat, sicut Empedocles, Anaxagoras et nos.

Concluditur non esse plura tribus.

Illis igitur, qui considerabunt negotium tum ex dictis tum ex aliis quae considerari possunt, videbitur rationem quandam esse, qua principia non sunt plura tribus. Contrariorum enim etsi plurimae sint species, nimirum prima species una duntaxat erit; itaque duo erunt prima contraria, quibus subinde ad patiendum seu recipiendum unum sufficiet. Si quippe debebunt esse plura principia, sint ergo duae contrarietates; tunc oportebit seorsim ab utrisque esse quandam naturam mediam, per quam possint coire, convenire; si vero hoc pacto ex se invicem reliqua generarint, altera contrarietatum erit otiosa. Praeterea impossibile est plures contrarietates primas esse, quia diversa et plura re|rum genera consequuntur; atqui inter genera est **29r B** unum primum, quod est substantia; ergo et inter contrarietates est una prima, quae est in substantia vel secundum substantiam, sicut quae facit generationem et corruptionem, quam consequitur illa quae facit calidum et frigidum, magnum et parvum, rarum et densum, dextrum et sinistrum, sursum et deorsum, et caetera quae sunt secundum qualitatem, quantitatem, relationem, situm· etc. Uno autem existente primo genere et consequenter una prima contrarietate, ea ratione qua in omni genere est quaedam contra-

---

1 *forse non è necessario supporre una lacuna* (*ma cf. Aristot. p. 189b 13-14*) 3 agunt *E* 7 videbunt *E. Si poteva correggere invece* Illi, *ma cf. Arist. l. c. 17* 9 sunt *C* 18 inter] inter rerum *C*[1]

rietas et prima, nimirum omnes contrarietates ad unam reduci videbuntur, sicut etiam omne genus primo una differentia dividitur, quae subinde aliis subdividatur.

In omni transmutatione aliquid subiici.

Aliud ex alio fieri dupliciter dicitur, simpliciter vide- 17ᵛ C
licet et composite; fit enim ex immusico musicus, ex non homine homo, simpliciter; fit item, ut compositum ex composito, musicus homo ex immusico homine. Item fieri dupliciter dicitur, substantive videlicet, ut cum dicimus 'hoc fit hoc', nempe si dicamus 'aqua fit vapor', 'aër fit ignis', et partim substantive partim adiective, ut cum dicimus 'ex aqua fit aër' fieri est substantive, 'ex immusico fit musicus' fieri est adiective; substantive enim immusica fieret musica, quod non accidit, cum vero dicitur 'immusicum fit musicum', propositio est vera sumptis utrisque substantive, ut videlicet immusicum significat subiectum cum tali privatione, et musicum subiectum cum | forma. Sic ergo dum compositum fit ex composito, 29ᵛ B
duplici forma loquutionis utimur, scilicet 'ex immusico fit musicum' et 'ex immusico homine fit musicus homo.'

Tex. 59. Ubi vero fieri simpliciter dicitur quippiam, est considerandum in generatione quidnam sit permanens, et quid non sit permanens: permanens quidem est ipsum subiectum, non permanens autem est ipsum contrarium, tum simpliciter acceptum tum composite acceptum; quando enim homo fit musicus, subiectum 'homo' permanet, contrarium vero, 'immusicum' nempe, cessat, item et contrarium 'immusicus homo' cessat.

---

3 quae] quam *E* 16 *forse* significet 17 cum tali] tale cum tali *C*[1] 27 immusicum nempe *B*: nempe immusicum *C*

60. Quibus ita se habentibus, illud est considerandum, quod ultra duo contraria oporteat esse quoddam subiectum, quod utrique contrariorum subiiciatur, quod quidem est unum numero et est fundamentum eorum quae sunt duo numero.

61. Ibi quamvis liceat quandoque in subiecto dicere quod ex hoc fit hoc, ut ex aqua fit aër, sicut etiam ex contrario ex fri|gido fit calidum, tamen proprius subiectum **18r *C*** dicitur hoc fieri, contrarium vero ex hoc fieri hoc; et universaliter in non permanentibus. * * * licet etiam in ipsis aliquando dicatur etiam ex hoc fieri hoc, ut ex aere statua, non autem fieri hoc; non enim 'aes fit statua'. Item dicimus 'ex immusico homine fit musicus homo' et 'immusicus homo fit musicus homo.' Multipliciter igitur cum dicatur et simpliciter et composite, et permanentium et non permanentium, et in recto et in obliquo, ex omnibus colligere oportet duobus contrariis unum quoddam subiici.

63. In generatione vero et substantiali transmutatione, **30r *B*** circa quam versamur et cuius principia quaerimus, respicimus fieri non ut quoddam compositum seu cuiusdam compositi, nempe qui non de accidentali transmutatione, sed substantiali consideramus; quod circa ea illud animadvertendum est in proposito, quod quae simpliciter fiunt, alia fiunt transfiguratione, ut statua ex aere (utpote quae novam quantitatem vel substantiam non assumit, sed tantum figuram); alia appositione, ut arbor ex semine; alia subtractione, ut statua ex lapide; alia composi-

2 contrarie *B* 7 ex aqua fit △ *B*: ex ▽ fit △ *C* 10 *indichiamo una lacuna* (*per es.* ⟨Contra proprius dicitur 'hoc fit hoc' in permanentibus,⟩; *ma può avere anche distinto il 'fieri simpliciter' e 'composite', del 'subiectum' e del 'contrarium'*); *cf. Aristot. p. 190a 24* 20 cuiusdem *C* 22 *f.* sed ⟨de⟩ *e* quocirca [ea]

tione, ut domus ex lapidibus et lignis; alia transmutatione, ut ex nive aqua.

64. Ex quibus omnibus et in quibus illud decet animadvertere, quod semper illud quod fit est quoddam compositum; forma enim non fit neque corrumpitur, materia item non fit neque corrumpitur, alioqui principia minime esse possint, sed principiata essent. Dupliciter autem fieri dicitur: uno pacto absolute, et hoc pacto intelligitur, quod modo dicimus; alio pacto secundum quendam modum seu cum additione, scilicet cum dicimus fieri | hoc, et hoc pacto **18ᵛ *C***
principiis fieri convenire videtur; subiectum enim non fit, sed fit hoc. Similiter et oppositum.

65. Tria esse principia quodammodo duo.

De principiorum ergo numero definientes, quodammodo possumus dicere duo esse, quodammodo tria. Duo quidem sunt per se principia et intrinseca, seu in re facta seu in effectu, et quae rationem elementi habent; tria vero, si adnumeretur principium quod habet rationem causae et principiantis, et non elementi, et hoc est contrarium quod privationem appellamus: et hoc ad generationem pertinere magis dicimus quam ad res genitas, quia tale principium est quale in principiato non inspicitur, et ideo principium secundum accidens esse videtur.

66. Differentia inter materiam et contraria. **30ᵛ *B***

Cum omnia fiant ex principiis, horum unum est quod habet rationem semper eandem, utpote subiectum; illud

---

6.7 minime esse possint principia *C* 7 *l.* possent 8.10 et hoc pacto — dicimus fieri hoc *ripete in principio di pagina C* 26 semper habet rationem *C*

autem quod movetur circa subiectum, utpote accedit et recedit, sunt contraria: ubi recedens seu contrarium quod abiicitur, habet nomen contrarii seu privationis; contrarium vero quod accedit et manet in compositione, habet nomen formae.

67. Ex his manifestum est liberum esse iuxta diversos respectus dicere principia duo vel tria, item principia dicere contraria et non contraria. Duo quidem, si ad elementa, ex quibus res principiata componitur, respiciamus, in quibus privationi nullus est locus, quandoquidem definientes subiectum, utpote eius rationem adducentes essentialem, materia contenti sumus atque forma; tria vero sunt principia, si non ad productum seu principiatum, sed productionem respiciamus, in qua impossibile est novam formam supervenire, nisi prior abscedat, siquidem impossibile est duas formas substan|tiales esse in eodem subiecto, **19ʳ C** unum, videlicet materiam, ad duas essentias et duas species pertinere. Item principia dicimus non contraria, si ad quae sunt per se respiciamus, quandoquidem materiae non est contraria forma neque oppositum formae; | porro licet con- **31ʳ B** traria dicere principia, si ad duo ipsa, quae habent rationem formae, respiciamus, quae se non compatiuntur in eodem subiecto, et propter quae, sicut dictum est supra, nihil fit, nisi ex eo quod est oppositum et quadam ratione contrarium.

De materia.

Tum ex contrariis fiunt generationes, quibus semper unum subiectum substerni intelligitur. Contraria ipsa seu formae expressum habent nomen et rationem, ipsum vero subiectum neque nomen habet proprium neque rationem

(omnis enim ratio atque nomen est a forma); propterea secundum se et absolute est indefinibile, innominabile, incognoscibile. Cognoscitur autem, nominatur et definitur, sicut primum Pythagorici, deinde Timaeus et ⟨Plato⟩ docuerunt, per quandam analogiam, id est similitudinem et proportionem ad subiecta rerum artificialium. Sicut enim una manente materia sub arte fabri lignarii in omnibus eadem atque una, quae per illam artem fiunt, circa unum et idem fit omnis mutatio; ita etiam in multitudine formarum, quas natura in apertum producit, unum tantummodo subiectum intelligere oportet, hoc vero subiectum cognoscitur adhuc per analogiam ad formas diversas, quae successive fieri videntur circa ipsum; quod enim erat cibus, deinde est chylus, deinde sanguis, inde sperma, inde embryo, et ita deinceps. In istis formis, ita mutuo succedentibus ut una non succedat nisi altera abeunte, manifestum est quod una forma substantialis non recipit aliam, sed | est quiddam tertium, quod cum prius esset sub ista **19v C** forma, subinde est sub alia, et deinde ordine et vicissitudine erit sub omnibus: illa est materia.

70. Itaque dictum est de principiis, quomodo duo, quomodo plura, quemadmodum duo sunt contraria et illis aliquod tertium subiici oporteat. Porro quomodo se habeant principia ad invicem et quid sit subiectum, non est manifestum. **31v B**

71. Hoc autem ut pateat, primo solvendum est argumentum antiquorum, qui nihil fieri dicebant, quandoquidem si aliquid fit, aut fit ex eo quod est, seu postquam

---

1 propterea *B*: propter *C* 4 Tymaeus *E* ⟨Plato⟩ *om. E*; *cf. Philop. Phys. p. 162, 4 sqq.* 8 per illam artem *B*: per artem illam *C* 14. 15 embrio *E* 22 qdm̄ (*cioè* quemadmodum) *E*: *forse* quandoquidem 23 *f.* oportet

erat, et ita inconvenit (quod enim est, non fit); aut ex eo quod non erat, et ita etiam manifeste est absurdum ex concessis ab omnibus philosophis. Quod si non ex ente neque ex non ente fit quippiam, nihil fit.

[72.] 73. Nos autem et dicimus ex ente et ex non ente fieri, verum cum distinctione, pro cuius intelligentia quod proportionaliter se habeat fieri ex eo quod non est aut ex eo quod est, similiter facere ex eo quod est aut ex eo quod non est, quemadmodum si dicamus medicum facere aliquid aut fieri, aut ex medico aliquid esse vel fieri.

74. Dictum est supra, quod quando aliquid fit vel facit, aut facit secundum quod huiusmodi et fit secundum quod huiusmodi, * * * et hoc pacto dicimus medicum aedificare, non quatenus medicus est sed quatenus aedificator, item albefieri non quatenus medicus sed quatenus niger, medicatur item non quatenus medicus sed quatenus aegrotus; porro tunc proprie medicum dicimus aliquid facere aut pati, quando secundum quod medicus agit et patitur. Ex his propositum concludimus, quemadmodum omne quod fit, fit ex eo quod non est; ens enim quatenus ens non fit, | sed **32r B** quatenus non ens. Non ens autem sumitur tripliciter. Primo pacto infinite, ut | ibi non ens significat tum omne quod **20r C** est praeter ipsum, seu nihil; ut si medicus fit ex non medico, ut 'non medicum' significat tum quidquid est praeter medicum, tum quicquid non est. Alio pacto sumitur quidem finite, sed indefinite; ut si medicus dicatur fieri ex non medico, indiscrete intelligendo sive eo non medico quod est album, sive eo non medico quod est musicum,

1 et item inconvenit *E* 5 *il testo* 72 (*cioè Ar. p. 191a 31. 34* καὶ οὕτω — εἰρημένα) *non è commentato* 6 *o si cancella* quod *o si ammette una lacuna* 13 *segniamo una lacuna* (‹aut facit vel fit per accidens› *sim.*) 22 *e* 24 *forse* significet *tutte e due le volte* (*a v.* 23 fit = dicatur fieri?) 26 quidem finite quidem *B*

sive aliud huiusmodi; et hoc pacto non intelligimus ex non ente fieri ens sicut hominem ex non homine, sed ex contrario, nempe eo non homine quod non est contradictorium et quod non est indefinitum, sed est forma quaedam in materia contraria huic formae, quae cum eius adiectione in eadem materia succedit, quae est mediante tali forma seu contrario in potentia propinqua constituens subiectum ad formae susceptionem, sicut proportionaliter album fit ex non albo, non infinite capiendo non album neque indefinite, sed definite ex contrario quod est nigrum vel medio colore. Ita et in productione substantiali homo fit ex non homine, non infinite capiendo neque indefinite, sed ex contraria quadam forma, quae ita se habet ad hominem, sicut non album, utpote nigrum vel medium, ad album. Et saepe superius dictum est, quemadmodum musicus fit ex non musico, non quidem ⟨non⟩ musico quod est album, medicus vel philosophus, sed ex immusico, nempe eo contrario quod est in materia homine, sub quo existente subiecto potentiam propinquam habet, qua immediate hanc formam indefinite suscipiat, sicut albo definite succedit non album, formae hominis non homo, non quilibet non homo infinite et indefinite, sed contraria quadam forma, quam licet in cadavere vel alia forma, quae immediate illi consuevit adiecto * * * , sequi. | Itaque contrarium illud quodammodo || for- 32v B 20v C
ma est et ad idem genus pertinere videtur, quemadmodum omnia contraria per eiusdem generis divisionem et eiusdem materiae subiectionem cognoscuntur et sunt.

75. Itaque cum antiquis dicimus, ex eo quod non est

---

2 *sic E* 13 ad non hominom C[1] 16 ⟨non⟩ *om. E* quod non est album *C* 17. 18 nempe eo contrario quod *B*: quod est contrarium id quod *C* 22 *preferiremmo* quaedam 23 adiecte *marg. B* 24 *indichiamo una lacuna* (*per es.* ⟨succedere⟩)

nihil fieri, sed intelligimus et distinguimus, sicut ipsi non distinguebant, quod ex non ente simpliciter nihil fit (id est ex eo quod neque secundum potentiam neque secundum actum est), ex non ente vero necessario aliquid fit, imo quicquid fit, ex non ente fit, seu quod non erat fit, quandoquidem et nos dicimus quod est non fieri. Fit ergo aliquid ex non ente secundum accidens, quia fit ex materia, quae est secundum accidens non ens; fit item aliquid ex non ente per se, quia est ex privatione, quae scilicet est non ens per se.

76. Itaque similiter ex eo quod est non fit id quod est, nisi secundum accidens, ut quando ex animali dicimus fieri animal, siquidem ex quodam animali (nempe ex cane) fit animal (utpote equus), porro ex animali, quatenus animal est, non fit animal; est enim iam hoc. Quod si ex animali debeat fieri aliquid et non secundum accidens, ipsum oportet esse non animal, sicut et animal si fit ex aliquo non secundum accidens, oportet illud esse non animal.

77. Itaque dictum est, quomodo non ex eo quod est, et quomodo non ex eo quod non est aliquid fit et non fit. Sed declaravimus hactenus sufficienter quid significet ipsum quod non est, nempe contrarium. Iam plenius declarandum est quid significet quod est, nempe subiectum, ubi contrarium est non ens per se, subiectum vero est non ens per accidens; postea | fieri ex contrario est ⟨ex⟩ non **33^r *B***
ente per se, fieri ex subiecto est ex non ente per accidens.

78. Unus ergo modus respondendi hic est, utpote hac- **21^r *C***
tenus dictum est, quomodo uno modo respondeamus ad

---

4 vero ⟨in genere⟩ ? 6 est non *B*: non est *C* 11 Itaque *om.* *C*
17 esse $\overset{\text{non}}{\text{animal}}$ *C* 23 *f.* nempe compositum ? 25 ⟨ex⟩ *Stölzle*: *om.* *E*

argumenta antiquorum: distinguendum est, quomodo ex ente fit et non ente fit. Alius vero respondendi modus est distinguendo ens secundum potentiam et secundum actum; ex ente enim actu nihil fit, sed ex ente in potentia. Itaque materia non fit, quia quae erat in praecedenti subiecto, etiam est in praesenti.

79. Subiectum ergo hoc contrariorum alii penitus ignoraverunt, alii vero insufficienter tetigerunt, ut Parmenides, qui etiam dixit fieri ex eo quod non est, quandoquidem non entia appellabant omnia praeter unum immobile infinitum seu undique sphaericum, quandoquidem, secundum ipsum, ipsum quod est ens, est unum et immobile, et per consequens ingenerabile, incorruptibile, semper idem relinquitur: ergo iuxta eius sententiam, ubi ex non homo fit homo, illud ens quod tum contrarium * * * tum compositum quod noviter constituitur, quandoquidem sunt praeter illud unum immobile inconstituibile, cui nulla est accessio et recessio. Deinde non sufficienter tangunt, quia materiam habent tum numero tum potentia unum, nos autem distinguimus subiectum a potentia, appetitum a privatione, utrumque a subiectione. Item privatio nobis habetur non ens per se, materia vero non ens secundum accidens, quandoquidem ipsa invariabilis est et immutabilis, omnis autem mutatio et variatio circa ipsam et in ipsa conspicua est; ubi enim novum quippiam generatur et quomodocunque fit, ipsi esse ipsius materiae nihil accedit neque essentiae, sed novum esse perspicuum est quod est

---

8 vero *om. C* 10 *f.* appellabat, *se anche qui* (*cf. Acrot. Camocrac. art. III-IV*) *il Bruno interpreta Parmenide a modo suo e non come vuole Aristotele* (*ma v. sopra p. 272, 8 sq.*); *altrimenti l' inciso* quandoquidem — sphaericum *va trasposto dopo* tetigerunt (*v. 8*) 15 *la lacuna è indicata in E, e noi non riesciamo a supplirla: si potrebbe sopprimerla scrivendo per es.* sunt non entia *invece di* illud ens quod 21 utrunque *E*

compositi. Hoc autem pacto materia per accidens dicitur fieri, mutari, quia videlicet non proprie ipsius, sed in ipsa est | fieri vel mutari. Itaque, si modo est quod non erat, **33v B** dicitur ex non ente esse pro|gressum fecisse per accidens, **21v C** id est per aliud; est enim modo sub forma ea sub cuius erat privatione. Privatio vero est non ens per se, quandoquidem, constituto composito et introducta forma, illius nihil est reperire in producto seu in ipsa materia secundum relationem ad hanc formam, quae rursum intelligitur sub privatione ad formam, quam immediate appetit, subsequentem.

80. De Platonis opinione.

Plato vero, qui magnum et parvum posuit contraria, haec veluti non entia existimabat, ens vero ipsum unum utpote formam seu ideam, cuius plus minusve secundum hanc illamque portionem participantibus speciebus seu compositis rerum diversitas in campo naturae propagaretur. In eius via minus videtur tacta esse natura subiecti; ideae enim duobus contrariis non proprie neque vere subiici convenit, sed obiici potius. Propterea modus ille trinitatis alius numero est, utpote quando seorsim accipit utrumque contrarium; item modus ille dyadis alius etiam est, quando illa duo contraria simul intelligit, sicut et nos, qui sub nomine formae utrumque complectimur, quando duo rerum naturalium principia definimus. Ita facit interdum Plato, qui alteram naturam despexit, nempe ipsum parvum, sicut et nos privationem despicimus, cum principia rerum per

4 *l.* ⟨ad⟩ esse 5.7 ea—forma *ripete C* 7 illius *om. B*[1] 15 idaeam *E* 18 esse *B*: fuisse *C* 21 numero] nō *E* 21 *e* 24 utrunque *E* 22 etiam est alius *C* 24.25 duo rerum naturalium rerum *C*

se enumeramus. Itaque omnes hucusque convenientes pervenerunt, quod dualitati quandam naturam supponerent. In fine vero de principiis naturae per se definientes, formam permanentem | tanquam patrem una cum materia tanquam **34r B** matre efferimus et in considerationem promovemus, alteram vero contra|rietatis partem, quae per imaginationem vide- **22r C** tur ad maleficium potius intendere, quamvis non sit penitus malefica, praetermittimus vel tanquam principium per accidens dictis de causis connumeramus.

81. Distinctio trium principiorum, ex qua infertur materiae definitio.

Tribus ergo existentibus, utpote forma tanquam re bona et appetibili divina, et privatione nempe ipsi formae contraria, et subiecto id est materia, quae nata est bonum ipsum appetere et desiderare, id est ad quod habeat appulsum et potentiam — | quibus stantibus, iuxta quorundam **34v B** opinionem inter materiam et privationem non distinguentium, accidit ut contrarium, id est privatio, appetat suam corruptionem, quia materia appetit formam; quod sane absurdum est: nobis vero distinguentibus alterum eorum ab altero, appetitum et appulsum tribuentibus materiae, contrario vero oppositionem illam seu negationem quandam cum sublatente contrarietate, hoc ipsum absurdum non contingit. Stat ergo materia quae non est contrarium, et contrarium quod non est indigens, et cuius potius esset corrumpere et impedire quam appetere vel suscipere; hoc vero materiae convenit, quae se habet ad formam sicut foemina ad masculum, nempe sicut susceptivum ad illud

---

3 naturae *Stölzle*: natura *E* 8 malefica] maleficia *E* 9 de dictis causis *C* 14 ad *om. C* 17 id *B*: hoc *C* 23 ergo *B*: igitur *C*

quod perfective suscipitur, sicut turpe (ad) pulchrum. Verum materia non est per se turpe neque pulchrum, sed per accidens, id est ratione privationis, quae turpitudo quaedam videtur mala et inappetibilis, cum opponatur divino bono et appetibili. Similiter non est per se foemina, quia appetitus [est] non est propter se, scilicet quia aliquid ipsi adiici possit aut debeat, sed propter prolem, quae est compositum. Itaque per accidens illi huiusmodi et similia praedicata conveniunt, nempe per aliud, contrarietatis scilicet ratione.

82. Illud ergo quod fit et corrumpitur per se et proprie, est compositum; corruptio enim nihil aliud est praeterquam resolutio compositi in partes substantiales, | in materiam et formam, sicut generatio nihil aliud nisi ex partibus substantialibus compositio. Materia vero vel forma non sunt corruptibilia. Item neque contrarium ipsum seu privatio est corruptibilis iuxta veram corruptibilitatis et generabilitatis rationem: latius autem istis vocabulis utentes corruptionem dicimus privationem quamlibet, qua aliquid de esse procedit ad non esse, sicut illa privatio contrarium corruptum dicitur, quia ablatum, sicut et accidentia etiam et qualitates dicuntur corrumpi. Similiter et materia per accidens corruptionem subire dicitur, quia huiusmodi mutatio fit in ipsa, nempe accessione formae et recessu [illegible]. Est autem materia per se incorruptibilis et ingenerabilis [illegible]

22ᵛ C

35ʳ B

[illegible]

Definitio.

Itaque materiam definimus primum subiectum uniuscuiusque, id est primum subiectum non ad quaedam sed ad omnia, utpote quod omni formae naturali subiicitur, nempe immediate formam substantialem recipiens, qua mediante subinde formae accidentales consequuntur, ad differentiam aliorum subiectorum, quae sunt composita utpote respectu accidentium tantum fundamenta, quaeque sunt composita nempe constantia ex primo subiecto et substantiali forma.

Secundo dicitur ex quo fit aliquid, cum insit, ad 35^{v} *B* 23^{r} *C*
differentiam privationis, ex qua fit aliquid, cum non insit; eius enim discessum oportet esse, ut accessio fiat formae.

Tertio dicitur non secundum accidens inesse composito, ad differentiam formarum consequentium ipsam substantiam.

Quarto in quam ultimo aliquid resolvitur, quandoquidem est primum principium, utpote elementum, de cuius ratione est iuxta V. Metaphysicorum ut sit [ex qua] ex quo primum et in quod ultimum.

Ultimo adiicitur praeposita conditio, nempe quod sit cognoscibilis secundum analogiam ad formam, quod quidem dupliciter valet; tum quia rationem illius concludimus per similitudinem seu proportionem, quam habent formae artificiales in subiecto, quod est compositum, ad formas physicas in subiecto, quod est simplex, insensibile

---

3 id est] ÷ *B* 4 omni (omnis C^1) *e* naturali *C*: omnis *e* naturalis *B* 7 composita *da cancellare?* 15.16 substantiam *C*: substantiam item non secundum accidens ad differentiam privationis ex qua (*ma* item — privationis *cancellato*) *B* 19.20 *cancelliamo* ex qua 21 praeposita] *a p. 191ᵃ 8*; *cf. sopra p. 304, 5*

et ratione tantum absolvente perceptibile, sicut supra declaravimus; tum etiam quia stando in ordine substantialium formarum sibi mutuo circa idem succedentium, sicut Plato conclusit naturam loci diversam a locatis ex successione diversorum corporum in eodem spatio, ita et nos concludimus naturam materiae realem ex successione diversarum specierum circa idem subiectum earum iuxta totam substantiam. Non enim species intelligi|mus accidentia, sed **36r B**
naturas diversas, quando ex cibo fit chylus, quod erat chylus fit sanguis, quod erat sanguis fit embryo, quod embryo animal; ubi illud quod est unum, certum et idem, nempe fundamentum primum substantiale, e cuius potentia, | tanquam e sinu quodam materno, virtute efficientis **23v C**
educuntur formae rerum substantiales, * * * Itaque hoc est praesertim per analogiam ad formam cognosci.

De Privatione.

Privationis vero definitio per superius allata et per rationem formae, cui opponitur, et rationem materiae, cum qua quodammodo componitur, elucescit. Est igitur privatio altera pars contrarietatis, utpote formae contrarium natum ad corruptionem per se faciendam, sicut forma ad generationem, consistens in potentia materiae. Haec enim, quatenus habet impetum ad aliam semper atque aliam formam suscipiendam, et appetitum ad eandem, intelligitur in se complecti privationem eius quod appetit, quae, ut supra dictum est, rationem contrarii habet eius quod succedit in eodem subiecto, sicut de ratione eius quod fit est, ut fiat ex non ente, et hoc definito ad ipsum ens sub ratione et

2 tum quia etiam *C* 5 spacio *E* 9 diversas naturas *C*
10 *e* 11 embrio *E* 11 *segniamo una lacuna* (*forse* ⟨materia est.⟩ *o sim.*)
18 et ratione materiae *E*

modo contrarii, ut supra multoties est repetitum. Est ergo privatio principium per accidens, ex quo fit aliquid, cum non insit.

De forma.

Forma vero tum quoad eius definitionem, tum quoad eius numerum, tum quoad eius circumstantias tractare non spectat ad physicum, sed ad metaphysicum; ratio enim, qua tractavimus hic de materia, est quia consideratio eius adaequat hanc artem et adaequatur ab hac arte, quatenus materialia omnia sunt naturalia et materia non nisi in naturalibus comperitur. | Imo secundum hoc distinguuntur [36v B] naturalia a mathematicis et metaphysicis, quod haec ipsa in sui ratione, consideratione et consistentia materiam complectuntur; | mathematica considerant de formis, quae [24r C] licet habeant esse in materia, tamen absolutae a materia considerantur; metaphysicus vero de formis illis, quae neque secundum esse neque secundum considerationem materiam agnoscunt. Unde patet considerationem formae complecti trium scientiarum * * * et propterea eius absolute et simpliciter acceptae contemplationem pertinere ad generalissimam scientiam; ibi plura etiam de materia adducemus in medium. Eam enim eatenus hic perspeximus, quatenus tantum rerum naturalium principium quoddam est, et considerabitur in succedentibus libris, quatenus subiectum generationis, corruptionis est immediate, mediate vero augmenti, diminutionis, alterationis; ibi vero de materia

---

5 *l.* ⟨De⟩ forma 10.11 naturalibus *C*: materialibus *B*: *o forse meglio* et natura non nisi in materialibus ? 12 naturalia *C*: materialia *B* 14 *forse* mathematici, *se non è corrotto il* considerant 15 absolute *E* 19 *indichiamo una lacuna* (⟨rationem⟩ ?) 25 *forse* ⟨et⟩ corruptionis

absolute et simpliciter, ratione qua ens quoddam est et natura.

De formis vero, quae secundum rationem particularem et certas species contubernium materiae assumunt, in posterioribus libris speculabimur, nempe quatenus diversas rerum naturalium species definiunt, a quibus quoque diversi libri inscribentur. Formae istae materiales ideo appellantur corruptibiles, quia vicissitudine quadam sibi mutuo in eodem subiecto succedunt. Porro non quatenus corruptibiles sunt, subeunt rationem scientiae; haec enim, ut dictum est in Posterioribus Analyticis, est de universalibus et aeternis, et iuxta hanc rationem inquiruntur in partibus huius scientiae; dicuntur autem corruptibiles fundamentaliter ad prin|cipium naturae cognitionis, utpote **37r B**
ad sensum, quibus innatum est a particularibus et corruptibilibus promoveri ad speciem rerum et incorruptibilium, ab his scilicet quorum est sensus, ad ea quorum est in- **24v C**
tellectus et scientia.

Itaque de principiis sufficienter determinasse praetendimus, quatenus sit manifestum quot, quae et cuiusmodi sint sub ratione principii; consequens est modo de iisdem considerare sub ratione causae.

---

11 *Anal. Post.* *A 31.* 87b 38 15 sensum *E*: *forse* sensus? o
rationem
anche sensuum? 16 speciem *B*: *l.* ad speculationem universalium (o *forse* rerum ‹universalium›? et 20 quot] quod *E*

ARISTOTELIS SECVNDVS PHYSICORVM. 37^{v} *B*

De causis naturalium rerum.

Postquam de praecipua istius tractatus parte pluribus tractatum est, nunc ad consequentes considerationes conversi universa omissis verborum ambagibus et superfluitatibus brevius explicabimus, nihil quod ad rei substantiam spectet praetermittentes. Dictum ergo de principiis et elementis rerum naturalium, ubi peculiare nomen principii habet privatio seu contrarium, elementi vero etiam nomen materia et forma: nunc consequens est de hisce et de aliis, quae habent rationem causae, doctrinam subnectamus.

Prius autem quam ad propria huius specialis tractationis descendamus, primo dicamus, quae differentia sit inter ea quae sunt natura, et ea quae non (tex. 1.); ut secundo habeamus, quid sit natura (tex. 3.); tertio, quid sit naturale (tex. 4.); quarto, quid naturaliter (tex. 5.); | quinto, 38^{r} *B* 25^{r} *C* quam aperta vel occulta sit natura (tex. 6.); sexto, quot modis natura dicatur (a tex. 7. usque ad 15. inclusive); septimo differentiam inter naturalem considerationem et mathematicam (a textu 16. usque ad 20. inclusive); octavo naturalem philosophiam non considerare formam sine materia (a 21. usque ad 26. inclusive).

Quoad primum.

Ea quae sunt natura, ut terra, ignis, aqua, plantae et similia, differunt ab his quae non sunt natura, quia illa habent in se ipsis principium motus et status, sicut

---

3 pluribus *B*: plurimum *C*   10 est ⟨, ut⟩ *Stölzle*   13 primo *C*: prius *B*   22 Quod *E*   23 aquae *E*   25 ipsum *E*, *ma cf. p. 318, 3*

(lapides) gravia tendendi deorsum, levia ascendendi sursum, vegetantia vivendi, augendi, animalia ambulandi etc., ista vero, quae sunt artificialia, quatenus huiusmodi, habent principium extrinsecum, ut mensa, domus, quae fiunt ab efficiente extra materiam et subiectum. Supranaturalia vero, id est immaterialia, sunt immobilia. Itaque eorum quae sunt, alia sunt immobilia, ut divina et mathematica generaliter accepta, alia sunt mobilia; et haec alia sunt principio motus intrinseco, alia extrinseco, ut lectus si tendit | deorsum, non quia lectus, sed quia lignum. 38v 11

Quoad secundum.

Natura ergo est principium movendi et quiescendi [, in quo est], id est principium intrinsecum, in quo est primum et per se et non secundum accidens.

Primo dicitur principium primum, quia omnis motus accidit vel ex ratione materiae vel ex ratione formae, quae, ut dictum est, sunt principia et, ut dicetur, sunt natura.

Secundo dicitur movendi et quiescendi quia omnis 28v (1
motus naturalium tendit ad aliquam quietem [illegible] etiam caelestis et circularis [illegible] principium est [illegible] movetur circulariter [illegible] dici potest [illegible] venitur etiam affirmative [illegible]

[illegible]

Quoad tertium. 39r *B*

Naturalia sunt seu naturam habentia, quaecunque in se ipsis habent principium motus et quietis, et haec sunt composita, in quibus est videlicet subiectum materia et in subiecto forma. Hinc patebit infra (tex. 21), quae sunt natura (in recto); duplex enim est natura: forma et materia.

Quoad quartum.

Naturaliter seu secundum naturam sunt ea, quae insunt secundum se illis, quae sunt naturalia seu habent in se naturam, ut igni ferri sursum; ferri enim sursum non est natura (in recto) neque habet naturam, sed est a natura seu secundum naturam seu naturaliter seu natura (oblique).

Quoad quintum.

Naturam esse ergo est per se manifestum, et hoc velle demonstrare est ridiculum. Postquam enim cognovimus, quid significat nomen naturae, et videmus motum et quietem esse in omnibus, | absque alio argumento consequitur 39v *B*
nos scire illius motum esse aliquod principium, quod n a t u r a m appellamus. Proportionatur autem volens demonstrare naturam volenti demonstrare manifesta per immanifesta, ut facit caecus, qui de coloribus argumentatur, quorum non habet evidentiam; argumentabitur ergo propter defectum sensus, quem si haberet, in proposito quiesceret.

---

2 sunt *om. C* 4 videlicet est *C* 5 infra] *cioè Ar. p.* 194^a *12 sq.* 11 in recto *om.* B^1 20 volens] volenti *E*

Quoad sextum. **26ʳ *C***

Natura dupliciter dicitur: uno pacto significat materiam, alio pacto significat formam. Primo modo iuxta antiquorum opinionem maxime natura materia dicebatur, siquidem materia videtur esse quod semper manet et perseverat idem, ut argumentabatur Antiphon ex similitudine lecti infossi, qui si putrescens germinet, non producet lectum alterum, sed lignum; unde totam substantiam rerum existimabat esse materiam. Ita et hi et alii multi, quorum hi quidem terram, illi vero aërem, alii vero aliud naturam existimabant; omnem vero formam ad passionem, dispositionem et habitum referebant. Stat ergo commune nobis et ipsis, naturam uno modo dici materiam. Subinde alio modo natura formam significat, quam distinguimus in naturalem et artificialem. (11.) Naturalis duplex subinde est: intrinseca et | substantialis, atque extrinseca et acciden- **40ʳ *B***
talis; illa quidem natura est, ista vero passio quaedam seu accidens et secundum naturam, nisi sit ab arte. Differt vero naturalis forma ab artificiali, et intrinseca ab extrinseca, quandoquidem secundum artificialem non est generatio, quando ex lecto non fit lectus, secundum vero naturalem et intrinsecam fit, quando ex homine fit homo, ex ligno lignum. Hoc autem non est tantum a materia, quantum a forma et specie, unde natura alio modo recte distinguentibus ut dicatur oportet, nempe pro forma; et hisce duobus modis proprie atque primo natura dicitur. Sunt adhuc alii duo modi, quibus communiter et secundario. Primo via ad naturam dicitur natura (tex. 11) ut generatio,

1 Quoad ad sextum *E* 16 atque *om.* *C* 21 e 22 *f.* quando ⟨quidem⟩ 23 non tantum est *C* 25 *forse* [ut]

nativitas (⟨non⟩ ut videlicet medicatio dicitur via ad sanitatem, non autem ad medicinam), ubi denominatio sumitur a termino ad quem, non autem a termino a quo. Itaque **26v *C*** generatio, quia est ad formam substantialem, quae est natura, eatenus natura quaedam est. Secundo natura dicitur privatio quasi eadem ratione, quia est quodammodo forma et est circa generationem seu ad generationem, nempe contrarium ex quo, ut dictum est.

Quoad septimum.

Differt mathematicus a physico, quia physicus non considerat formam aliquam sine materia, sicut neque versatur circa formas quae in materia esse non habent; mathematicus vero, licet de formis, quae citra materiam non subsistunt, consideret, sine materia tamen eas accipit: quod fit citra mendacium; aliud enim est considerare magnitudines et figuras sine subiecto, aliud vero accipere ea esse sicut entia sine subiecto, | sicut mendax est qui con- **40v *B*** siderat colorem esse sine materia, non autem qui considerat colorem sine materia. Hic tamen animadvertendum, quod et physicus suam habeat abstractionem, quam et omnes scientiae quae abstrahunt a particulariter accepta materia; consideratio enim scientifica versatur circa species atque genera. (20.) Mathematicarum vero considerationum quaedam sunt purae, ut arithmetici et geometrae, quaedam vero sunt affiniores physicae considerationi et quodammodo mediant inter physicam et mathematicam, ut sunt perspectiva et musica, quarum illa subalternatur | geometriae **27r *C***

1.2 *abbiamo aggiunto* non *e messo in parentesi* ut — medicinam (*cf. Ar. p. 193b 13. 18*), *per poter riferire l'* ubi *etc. al* via ad naturam *etc.*; *ma anche così il periodo è mal composto, nè si connette bene col seguente* Itaque   10 a phisico *E*   16.17 ea esse accipere *C*

haec arithmeticae; illa accipit lineam visualem, ista numeros harmonicos. Inter has est etiam astrologia, quae propius accedit ad physicam, non tamen est physica, quia etsi de globis et circulis caelestibus considerat, non accipit haec sub ratione naturae, sed sub ordine fati vel fortunae seu signorum.

Quoad octavum.

Naturalis ergo consideratio differt a consideratione mathematici, quia ille considerat sicut de curvo, iste vero sicut de simo, in cuius consideratione ea curvitas est quae non definitur sine naso; sic et omnes scientiae quae physicae subalternantur, ut medicus considerat sanitatem et ea in quibus est sanitas, ut cholera et phlegma; item et | artes, **41r B** quia aedificator non solum debet considerare formam domus, sed etiam materiam ex qua, ut lateres et ligna.

23. His accedit consideratio finis, quandoquidem natura vel finis est (quandoquidem forma finis est generationis et alterationis), tum étiam est ad finem, ut materia et principium effectivum in ipsa. Item artes faciunt materiam tum simpliciter quam intendant, tum etiam operi accommodatam seu fini.

26. Materia etiam quodammodo est ad aliquid, quatenus aliquas induit dispositiones; alia enim materia aliam formam respicit, et hoc est propter dispositiones.

Pateat ergo quomodo de forma physicus, quomodo mathematicus, quomodo metaphysicus: primus considerat

---

7 Quoad ad octavum *E* 9 curvo *Stölzle*: corvo *E* 13 *forse* choleram (*cf. Ar. p. 194a 23*) 15 materiae *E*, *ma cf. Arist. l. c. 25* 22 est quodammodo *C* 25 *sarà necessario* de forma ⟨tractare debeat⟩ *o sim.?*

eam quae est in materia, cum materia; secundus eam quae est in materia, sine materia; tertius separatam secundum esse et considerationem.

De causis. Text. 27. **27ᵛ *C***

Hisce ita praelibatis consequitur de causis determinandum, quas in omni sciendi negotio accipere oportet, quandoquidem ex istis colligere propositum est necessarium.

Tex. 28. Causa ergo primo modo est materia, ex qua videlicet fit aliquid cum insit, ut aes est materia statuae, et genera horum, nempe corpus et similia.

Secundo causa est forma, nempe ratio ipsius quod quid erat esse, et huius genera. Et haec forma est duplex: intrinseca, quae dat esse rei physice, ut animalitas in animali, humanitas in homine; et ea quae ipsam significat ratio, | quae est in mente. **41ᵛ *B***

Tertio causa dicitur principium mutationis seu efficiens seu a qua aliquid fit, ut consultor, motor, et omnino qui formam innovat in materia.

Quarto modo causa dicitur finis, nempe cuius gratia aliquid est, ut sanitas est causa ambulationis.

30. 31. Omnes modi causarum ad istos reducuntur, si illud respiciamus, quod materia alia est ex qua, alia in qua, alia circa quam; unde et ad materiam reducuntur et pertinent partes, ut elementa sunt materia syllabarum, propositiones syllogismi, item assumptiones conclusionis. Forma alia intrinseca, alia extrinseca, alia in re, alia in

---

2 separatim *C* 12 quod] quo *E* 24. 26 unde—conclusionis *marg. B*, *con segno di richiamo* 26 conclusiones *C*

conceptu; et ad formam reducuntur omnes qualitatis rationes et species. Item efficiens alius praecipuus, alius principalis ut agens, alius accessorius ut consultor, impulsor, impediens. Ad efficientem etiam | reducuntur viae, media **28r C** et instrumenta. Finis item alius est ut opus, alius ut organum, nempe alius medius, alius ultimus; est enim finis aliquid respectu unius, quod est ad finem respectu alterius.

De modis causarum.

tex. 32. Causarum aliae sunt priores, aliae posteriores, seu aliae sunt primae, aliae sunt proximae, ut sanitatis prima causa est artifex, proxima medicus et immediata.

33. Item causarum aliae sunt accidentaliter, aliae per se; statuae enim causa per se est statuarius, quem accidit esse Polycletum vel Phidiam. [Domus causa per se, secundum se et secundum quod ipsa, est domifactor, non artifex nec homo.] | Similiter et dicere hominem vel animal, est **42r B** referre causas per accidens statuae. Causarum quoque per accidens aliae sunt propinquiores, aliae remotiores; propius enim accedit musicus, ut sit causa statuae, quam albus; quia album est generalius quam homo.

34. Item causarum sive per se sive per accidens aliae sunt potentia, ut aedificator, aliae sunt actu, ut aedificans. Item aliae significant connexe, ut statuae dicitur causa Polycletus statuarius; aliae vero adducuntur simpliciter, ut statuarius vel Polycletus.

37. Differunt causae actu a causis potentia, quia illae

15 Phydiam *E* 15. 17 Domus — homo *marg. senza segno di richiamo B*; *è perciò probabilmente glossa* 27 *invece del numero* 37 (*cioè Ar. p. 195b 16-21*) *si ha* 35 (*cioè Ar. l. c. 6-9*) *in C*

sunt singulares et simul sunt cum suis effectibus, ut hic medicans cum hoc qui medicatur; istae vero sunt universales et absque effectu subsistere possunt, ut aedificator, qui est antequam aedificet et postquam aedificavit, et respicit aedificium in universali.

38. Causarum item alia est summa, in qua quiescere **28ᵛ *C***
contingit, alia est media, quae ad quietem aspirat, ut homo aedificat quia est aedificator, est aedificator quia habet artem, habet artem quia expertus; haec est causa in qua quiescit quaestio, ac summa.

Causarum tandem aliae sunt universales (et hae sunt universalium), aliae particulares (et hae particularium).

De causis per accidens. **42ᵛ *B***

39. Causae per se enumeratae sunt, causae vero per accidens sunt illae, quae non habent rationem principalis efficientis, quarum duas tantum supernumerare licet, casum videlicet et fortunam. Quod contra morem eorum philosophorum facimus, qui casum et fortunam principalem rerum causam efficientem autumant, item contra eorum morem, qui omnia a causa determinata pendere arbitrantur, ut si aliquis empturus ivit in forum perfracta tibia revertitur, determinata est causa qua aegrotat, quae est ⌜ivisse in forum⌝. Alii ad aliam causam occultam referunt, ut fortuitum tantum dicatur respectu nostri.

tex. 44. Sed valde mirabilia dicunt seu difficilia ad defendendum, qui mundanorum omnium causam casum astruunt, unde et animalia et plantae, ipse denique ordo

---

21 *forse* forum ⟨et⟩ ? 22 tibia *B*: tibi *E* 23. 24 *in marg.* Heraclitus et Epicurus (et *C*) Democritus *E* 24 dicatur tantum *C*

universi atque motus tale principium agnoscant. Nos vero ea quae fiunt ut in omnibus vel ut in pluribus, ut ex tali semine tale animal, ex tali planta talis fructus, sub tali sidere | tales effectus, non casu dicimus aut fortuna, sed **29ʳ C** ab intelligentia vel natura; quae vero praeter intentionem et naturam eveniunt atque raro et non ex definito principio, ut quod aliquis effodiens sepulchrum invenit thesaurum, ea a fortuna dicimus seu fortunas si ad votum eveniunt, infortunia vero si contra votum.

Differentia inter fortunam et casum. **43ʳ B**

Differunt autem fortuna et casus, quia casus universalius quiddam est; dicitur enim tum in his quae ex arbitrio agunt seu rationalibus praecipue, tum in reliquis omnibus; unde casu aliquis invenit thesaurum quem quaesivisset, casu brutum incidit in foveam, casu praetereuntem lapis decidens interemit seu casu lapis cecidit. Fortuna vero proprie dicitur 'causa in his quae fiunt raro ac praeter intentionem in his quae agunt secundum electionem', unde fortuna tantum dicitur in humanis et circa humana; unde metaphorice, non autem proprie [quidam poeta] Protarchus dixit 'fortunatos lapides, ex quibus arae sunt constructae.'

67. Inter causas ergo efficientes non primae, sed ultimae habendae sunt casus et fortuna, quandoquidem causas per accidens posteriores oportet esse causis per se, sicut substantia prior est accidente. Quocirca universi causa et

---

1 modus *E*, *ma cf. Arist. p. 196ᵃ 26 sq.* 16 interimit *C* 20.21 quidam (*marg.* Protarchus) poeta *B*: *abbiamo cancellato* quidam poeta (*cf. anche Figur. phys. aud. p. 159, 14*)

aliorum multorum, imo omnium quae ordinario cursu aguntur et una quadam norma atque serie, natura et intellectus causa certa est efficiens, quem consequitur determinatus etiam et certus finis; omnis enim agens secundum intellectum per finem agit.

69. 71. Et istae tres causae (efficiens, finis et forma) ple- **29v C**
rumque concurrunt in unam; quando enim homo hominem generat, una forma seu una species eadem est efficiens, finis et quod quid est, id est forma.

72. Itaque ipsum propter quid, seu causa respondens definite ad quaestionem 'quare aliquid est', reducitur ad tria capita, nempe ⟨ad⟩ materiam, ad efficientem et ad formam. Fortuna vero et casus pertinent ad efficientem secundum accidens et raro et praeter intentionem: | for- **43v B**
tuna quidem in his quae hanc habent, casus vero etiam in his quae hac carent [id est intentione].

De causa finali.
Quod natura agat secundum finem.

75. Naturam agere propter finem ostendendum est, ne cum illis decipiamur, qui omnia ad causam materialem referebant, ut ad calidum vel frigidum subiectum, unde gravitas et levitas. Ideo aiebant pluviam esse et serenitatem, quia gravia tendunt deorsum; similiter non tonat Iuppiter ut frumentum augeat, neque pluit, sed ex necessitate, qua humores in regione aëris frigida inspissati necessario proprio pondere feruntur deorsum. Ita etiam

---

6.7 plerunque *E* 7 unum *Figurat. phys. aud. p. 160, 1 (Ar. p. 198a 24* ἔρχεται δὲ τὰ τρία εἰς ἓν πολλάκις; *ma antiche traduzioni anche 'tres in unam'*) 12 ⟨ad⟩ *om. E* 16 *cancelliamo* id est intentione 25 qua] quo *E* frigida *om. C*

aiebant, ex necessitate materiae dentes anteriores animalibus acutos ad scindendum, et maxillares latos ad conterendum cibum innatos esse, sed non ea de causa factos. Cum enim casus a principio innumerabiles rerum compositarum differentias vario contrariorum confluxu produxisset, quaecunque non fuerunt in bona dispositione constituta perierunt, ut ait Empedocles, veluti Centauri, Scyllae et similia, quandoquidem vita unius | partis non **30r** ***C*** constabat cum alterius partis vita; remanserunt autem et conservata sunt quae casu impellente apte cohaeserunt. Quapropter hisce permanentibus universaliter vel ex maxima parte perinde se habent atque si propter hunc fi|nem **44r** ***B*** sint producta.

77. Haec est ratio, qua aliquis finem ab intentione naturae subtraxerit. At vero, ut dictum est, quae raro, contingenter et ut in paucioribus eveniunt, ad fortunam et casum referamus, ut si sub cane pluat in Libya; a natura autem erit aestus.

78. Item quando aliqua ita sunt, ut apta nata sunt esse, nisi aliquid impediat, dicuntur citra casum et propter finem, ut cum domus facta est ut quam commode habeat, ad artis intentionem refertur: multo magis quae a natura commodius sunt instituta, ad intelligentiam sunt referenda.

79. Quandoquidem longe maior ratio est, qua naturam intelligamus agere propter finem quam artem, si illud est verum, quod ars aut perficit quae natura non potest promovere, aut imitatur aut persequitur ea quae cum natura

---

11 quapropter *B*: quandoquidem *C* 11 *avrò avuto in mente* haec permanentia? 16. 17 casum et fortunam *C* 17 Lybia (*sic*) *C*: Libia *B* 20 aliquid *C*: aliquis *B*, *ma cf. Ar. p. 199a 11* 26 intelligimus *C* 27 quae (*innanzi a* natura) *B*: quod *C* 28 *f.* et persequitur

non potest attingere. Et omnino nihil habet ars, quod non certa ratione a natura mutuetur, ad quam se habet ut aemula et posterior ad archetypum et priorem.

80. Hoc licet maxime confirmare per actionem caeterorum animantium, quae neque arte neque inquisitione neque deliberatione adacta multa et fere omnia melius naturae instinctu exequuntur, quam nos arte et discursu persequamur; unde haec ratio multum potuit apud quosdam, ut existimarent araneos et formicas intellectu operari. Atqui profundius perscrutantibus apparebit intelligentiam **30v *C*** quandam haec omnia ita adigere, quandoquidem et in plantis ipsis, in quibus neque ars neque sensus apparet ullus, apparet omnia usque adeo optime esse ordinata, ut radices protensae et firmatae deorsum, non sursum, tum ad stabiliendas plantas tum etiam ad vehementius humorem vitae exugendum, | folia item velut indumenta quaedam, **44v *B*** quibus fructus conserventur; et alia multa videre est in ipsis, quae optime absque propria deliberatione habent, quorum ratio ad aliud principium referri nequeat quam ad naturam.

81. Tum ratione materiae tum vel maxime ratione formae, quae, ut dictum est, ad finem vel cum fine concurrit, nempe finis est et ad finem et agens alicuius gratia.

82. Nec valet argumentum eorum, quod adducunt de erroribus et monstris, qui accidunt in natura, siquidem non propterea sequitur non agere propter finem. Soloecizante enim grammatico et male propinante medico, qui

---

9 operari *B*: agere *C*   11 ita haec omnia *C*   13 usque adeo omnia *C*   16 veluti *C*   21 Tum *etc.*] *bisogna connetterlo, forse anche grammaticalmente, con l'ultimo inciso del paragrafo precedente*   25 quod *B*: qui *C*: *da cancellare* eorum ?   26 *f.* quae   27.28 solaecisante *E*

numerosius peccant quam natura, non accidit propterea eos sine intentione esse et non agere propter finem; haec enim eveniunt praeter intentionem eorum quae cum intentione operantur. Pariter cum frustrationes quaedam accidant in physicis, ut si fuere bovigenae, illud credendum esset fuisse propter corruptionem alicuius principii naturae intentionem frustrantis, sicut et hoc tempore propter dispositionem, superfluitatem et defectum seminis et vasorum monstra nascuntur.

86. Neque etiam valet, ut ideo inferamus aliquid et **31ʳ *C***
specialiter naturam non agere propter finem, quia non deliberat. Deliberatio enim requiritur in istis quae alienam tractant materiam, non autem in principio, qui dominus est materiae, seu intrinseco. Natura enim ita operatur ac si in ligno esset ars faciendae navis, utpote intrinsecum principium a centro materiam efformans et figurans. | Qui **45ʳ *B***
vero artifex extrinsecus peregrinam materiam tractat, deliberando facit, et tanto magis deliberat, quanto vel ipse impotentior est et imperitior vel materiam minus obsequentem habet; unde citharoedus perfectus cum perfecto instrumento interdum sine deliberatione optime pulsat, maiorem vero attentionem et pulsibus adhibebit imperitus, maximam imperitissimus. Sine deliberatione ergo agere non est ratio qua sine finis intentione et intellectu aliquid fiat, sed intelligentiam non errantem et exquisitissimam protestatur, ut quod per exercitium et iugem operationem commode prompte succedit minus intendenti artifici, incomparabiliter melius et absque exigentia deliberationis succedit naturae, quae non est tam exercitata, quam supra

8 *f.* indispositionem 13 qui] *sic E* 20 habet *om. C* cytharoedus *E* 21 interdum sine deliberatione interdum *C* 22 et *sic E*

omnis exercitii consummatam perfectionem ab aeterno sic operari consuevit. Quod ergo particularis artifex ex iterato cursu sub tempore deliberationem non requirit in singulis actibus, argumentum maximum est, ut neque natura, cuius cursus in aeternitate consistit, attentionem eiusmodi requirat.

Necessitatem in rebus naturalibus non solum ex parte materiae, sed ex parte finis.

87. Necessitatem in rebus non solum simpliciter, sed ex suppositione esse arbitramur. Aeque enim est simpliciter seu absolute seu ex parte materiae res ita se habere ut habent, ac si quispiam solam causam parietis huiusmodi adducat, quod gravia adnata sunt ferri deorsum, levia vero sursum; item domum eadem ratione esse factam, in qua tectum ex levissimis, fundamenta ex gravissimis. **31ᵛ C**

88. At vero non solum hanc causam, quae est ex parte materiae, verum etiam et finalem agnoscere oportet, ut causa domus sit | vel retundere contrarias tempestates, latere, defendi, protegi etc. In his et aliis necessitas praesertim est ex suppositione, nempe si aliquem finem assequi debeamus, ipsum vero, quod est ex parte materiae, totum est ad finem. Serrae enim finis est secare, et necessitas illius ad hoc respicit et hoc principium agnoscit. Materia vero, quae est ferrum, propter finis convenientiam exquiritur; ideo enim est ferrea, ut secet. **45ᵛ B**

89. Ita ferme esse videtur etiam in his quae secundum naturam fiunt, ut etiam sicut in disciplinis seu in his quae secundum rationem fiunt, in quibus universis est aliquid proportionale materiae et aliquid proportionale fini, sicut conclusio in demonstratione est finis, qui tamen non est

7 *f.* Necessitatem ‹esse› 18 *e* 27 [vel] *e* [sicut] ? 22 enim est finis *C*

sine certa materia, haec tamen propter istum finem est, ita in artibus mechanicis, sicut in domifactoria et in lignaria, necesse est esse lapides et ferrum, ut sint parietes et serra et malleus, in quibus materia necessitatem habet non absolute, sed a fine.

91. Physicus ergo non solum causam materialem, verum etiam finalem; et istam, si non usque adeo, magis certe quam illam operae pretium est speculari. Materiae enim ratio a fine desumitur, ut | quoniam serram scindere oportet, duram necessarium est esse; quoniam duram, ferream. [illegible] C
Ecce quemadmodum ratio ferri est durities, ratio duritiei est scindere posse, quod est finis.

92. Causa vero formalis mediat inter perfectionem et [illegible] B
necessitatem quae est ex parte materiae, et eam quae est ex parte finis: serra enim non secabit, nisi habeat dentes tales (hoc est forma), hi vero non secabunt, nisi ferrea sit (hoc est materia). E duobus igitur hisce, materia et forma, utrumque est propter finem. Primum vero per ipsum quaeritur forma, deinde propter formam quaeritur materia. Porro [illegible]

IN TERTIVM PHYSICORVM. 46ᵛ B 32ᵛ C

De motu.

Quoniam, cum naturam definiremus, in eiusdem definitione motum assumpsimus, nimirum non oportet ignorare, quis sit motus. Ad cuius definitionem rite adducendam praeaccipere oportet (tex. 3.), quod eorum quae sunt, alia sunt actu, alia vero potentia, sive substantiae sive accidens illa sint; item alia sunt absoluta, alia respectiva seu ad aliquid; et eorum quae sunt relativa, alia se habent ut maius et minus, seu superabundantia et defectus, alia ut activum et passivum, seu ut motivum et mobile: primi generis sunt, ut pater et filius, dominus et servus; secundi generis, ut visio et visibile.

4. Quibus divisionibus stantibus, mox intelligendum est eorum quae mutantur alia mutari secundum substantiam, ut quae generantur et corrumpuntur; alia secundum quantitatem, ut quae augentur et minuuntur; alia secundum qualitatem, ⟨ut⟩ quae alterantur; alia secundum locum, ut quae feruntur. Et praeter haec praedicamenta in nullo aliorum generum motus invenitur, quamvis mutatio in omni praedicamento inveniatur, nempe ubi de non agente fit agens, de non habente habens, de non ita situato ita situatum; | ea vero sic mutari dicimus, ut etiam fere mota 47ʳ B
habeantur, quae iuxta quattuor haec genera de non esse

---

5 *l.* quid (*Ar. p. 200ᵇ 14*) 7. 8 *o* substantia *o* accidentia 12. 13 secundi generis sunt *C* 16. 17 alia secundum — minuuntur *om. C* 18 ut *om. E*

ad esse vel ab esse ad non esse simpliciter vel huiusmodi proficiscuntur.

6. Est igitur motus ʻactus existentis in potentia secundum quod huiusmodiʼ, id est actus mobilis secundum quod mobile. | Cui definitioni generali subalternantur specierum **33^{r} C** motus speciales definitiones. Est nempe generatio actus generabilis secundum quod generabile, augmentatio augmentabilis secundum quod augmentabile, alteratio alterabilis secundum quod alterabile, latio secundum locum mutabilis secundum quod loco mutabile.

7. Patet haec definitio, quia motus non est actus mobilis antequam moveatur neque postquam est motum, sed quando movetur; tunc vero mobile dicitur esse in actu, quatenus mobile est. * * * augmentabile enim non est in actu antequam augeatur (tunc enim est in potentia tantum), neque est in actu quando auctum est, etsi sit in actu tantum quantum erat in potentia, sed non est in actu, quatenus erat augmentabile; talis enim actus est ipsa augmentatio. Ita sanabilis, quatenus sanabile, sanatio. Nec propterea existimandum est motum esse actum imperfectum; mobile enim, quatenus mobile, perfecte est in actu, quando movetur. Stat ergo potius ipsum esse actum imperfecti aliquando, ubi videlicet per motum perfectio aliqua acquiritur vel inquiritur; sub cuius privatione est subiectum et **47^{v} B** ad cuius habitum movetur. Interdum vero motus est actus perfecti, sicut in his quorum perfectio in motu consistit, sicut in operatione spiritus vitalis in corpore et in motu caeli est manifestum; ideo male definierunt, qui motum definierunt tanquam actum imperfectum vel imperfecti.

11 non est *om. B*[1] 14 *indichiamo una lacuna* (‹similiter augmentatio non est actus augmentabilis *etc.* (*con più o meno parole*; *cf. r. 11-14*) quatenus augmentabile est;›) 21 est *om. B*[1]

12. Similiter neque bene definiverunt ipsum, qui definiverunt dicentes esse alteritatem et inaequalitatem vel indeterminatum quoddam et pertinens ad coordinationem principiorum privativorum; cuius rei causam existimabant, quia non definite videbatur esse in genere eorum quae actu, neque definite in genere eorum quae potentia; quod si est actus, imperfectus quidam actus videtur. | At vero **33v C** absurditas harum definitionum facile inde manifestari potest, quoniam non necessarium est ea, quae sunt altera, inaequalia et indefinita ac privativa, esse in motu; quapropter neque motus rite definietur alteritas, inaequalitas etc. Manifestum est igitur, nostram definitionem esse convenientissimam, quia non facile est aliter definire sine errore.

18. Quomodo motus sit in movente et mobili.

Motus autem cum sit actus quidam, si subinde quaeratur, cuiusnam sit actus, non facile erit definire, si mobilis videlicet an | moventis, si alterum sine altero addu- **48r B** camus; quandoquidem videmus moventem non esse moventem, nisi movere esset in ipso, et mobile non esse mobile, nisi moveri esset in ipso. Ideo in ambobus motus esse tanquam subiecto apparet. Porro irrationabile videtur duorum specie diversorum eundem esse actum; videmus enim docere et discere esse diversos actus, et universaliter omne agere et pati. Si ergo motum intelligamus duorum esse actum eundem, sequeretur docentem discere et agentem pati. Porro ambagibus hisce praetermissis dicimus subiecto quidem quodam rationali motum unum quendam esse actum,

13 aliter *om.* *C* 20 esse mobile] esse in ipso *E* 21 moveri esset *B*: moveri sit *C*

sicut una est actio qua docens docet et discens discit, quamvis alius sit actus doctrinae in docente et disciplinae in discente, sicut et eadem est via a Thebis Athenas et ab Athenis Thebas, quamvis alius sit actus itionis et reditionis. Est ergo motus una actio, nempe actus absolute in movente ut est in mobili, et in mobili ut est a movente. Alius est tamen actus definitive, ut in subiecto hoc et illo, in movente enim est tanquam in principio activo seu impressivo, in mobili vero tanquam in termino passivo et receptivo.

[illegible]

AD QVARTVM PHYSICORVM. **34r C**

De loco.

Locus generaliter loquendo est in quo aliquid est. Esse autem in aliquo pluribus modis dicitur (tex. 23.): primo modo ut pars in toto, secundo ut totum in partibus, tertio ut genus in speciebus, quarto ut species in genere, quinto ut forma in materia, sexto ut res in primo motore seu principe, | septimo ut animus in fine seu intentio, ultimo ut **48v B** proprie locatum in loco seu contentum in continente, iuxta quem modum definimus locum. Hic vero duplex est: communis videlicet et proprius: primo modo, sicut caelum est locus telluris, lunae etc., tellus est locus plantarum, animalium; secundo modo locus est uniuscuiusque locati adaequatum continens. Hic autem dupliciter solet definiri: uno pacto spatium quod occupat corpus (et ita sumitur locus apud Platonem et maiorem parte philosophorum), alio pacto locus apud Aristotelem definitur 'superficies corporis continentis', sicut superficies aëris contigua telluri locus est telluris, non aër; superficies ignis, ad quam terminatur superficies aëris, locus est istius; concavum orbis lunae locus est ignis. Et negat Aristoteles locum esse spatium, quia tunc simul essent duplices generis dimensiones, si spatium debeat habere longitudinem, latitudinem et

---

4 primo modo] uno modo *B*: I. (*om.* modo) *C* 11. 12 caelum est locus *B*: caelum locus est *C* 15 spacium *E* 21 ignis *C*: Δ (*v. a p. 301, 7*) *B*. *Cf. Philop. Phys. p. 599, 17 sqq.* (*Ar. p. 212ᵇ 20 sq.*)

profunditatem. Itaque cum aliae dimensiones non extent praeter corporeas, ratio continendi non pertinet ad spatium, quod nihil est per se citra corpora, de quorum ratione est dimensionem habere, quae quidem dimensiones non sunt compossibiles esse simul plures. Relinquitur propria loci definitio et essentia consistens in genere superficiei.

De tempore. Tex. 108. 49r B

Tempus quoque Aristoteli definitur aliter quam reliquis philosophis: dicitur enim mensura motus et quietis 34v C secundum prius et posterius, secundum quod aliquid dicitur diuturnum seu longum et breve, tardum et velox, quo subiective intelligitur esse in octava apud illum sphaera seu primo mobili. Dicitur primo mensura motus et quietis, quia si nullus esset motus, nullum esset etiam tempus neque durationis ratio, ut est manifestum ex hoc quod ideo iudicamus lectionem esse longam, quia multus caeli seu solis motus factus, seu multus fluxus pulveris vel aquae vel multae lineae in horoscopo sunt praeterlapsae; ubi vero nulla est mutatio huiusmodi, nullum est tempus. Item ubi nulla est motus apprehensio, neque temporis apprehensio est, ut patet in his, qui apud Sardos dormivisse dicuntur, qui cum post centenaria annorum evigilassent, non plus se dormisse existimabant quam ut pro more possumus existimare. Mensura item dicitur tempus seu numerus motus, non quo numeramus seu mensuramus, sed qui numeratur seu quae mensuratur. Est item tempus quodammodo unum, secundum quod et quo contineri intelliguntur omnia quae moventur; est etiam quodammodo innumerabilia iuxta

12 sphora *B* 16 multi *C* 20 appraehensio *E, tutte e due le volte*

multitudinem eorum quae durant. Ea vero quae non moventur, nempe quorum nulla est vicissitudo corpus, omnia extra supraque tempus et sine | tempore intelliguntur; **49v *B*** quorum quaedam sunt in instanti, ut vox illuminatioque, magis et proprie quaedam sunt semper, ut divina. Duplex igitur est n u n c: quoddam est fluens, velut contiguitatem quandam efficiens, et hoc est tempus, in quo est prius et posterius, nempe in vicissitudine et successione quadam acceptum; quoddam vero est manens, in quo non est ratio prioris et posterioris, et ita definiunt recentes metaphysici aeternitatem.

---

2 corpus] *sic E*: *forse* motus? 5 propria *E*

AD QVINTVM LIBRVM. 35r C

Tex. 21. Quid simul, quid separatim, quid tangere, quid consequens, quid contiguum, quid continuum.

Simul dicuntur, quaecunque sunt in uno primo loco, nempe proxime communi et quasi proprium. Tangere ea se dicuntur, quorum extrema sunt simul. Interiectum est, in quod prius aptum natum est pervenire id quod mutatur quam in id quod est ultimum. Continue motum est quod nihil intermittit temporis, nihil item vel paucissimum rei. Consequens est, inter quod et illud quod principium est seu primum, seu ante ipsum vel post, nihil est | eorum quae sunt eiusdem generis, ut inter domum 50r B
et domum si nulla alia est domus, immediate se consequi dicuntur, nihilo obstante quod multa alius generis medient. Contiguum est quod tangit id cui est consequens; tunc enim domus domo est contigua, arbor arbori, quando paries parietem et lignum lignum attingit. Continuum autem est, quod ita est contiguum, ut et unus sit utriusque terminus.

---

5 quasi proprium] qs. proprium *E*; *sembra dunque indicata una lacuna: senza lacuna intenderemmo* et continente proprium, *cf. Simplicio e Averroè ad Ar. p. 226ᵇ 21*; *o almeno bisognerà scrivere* quasi proprio 7 aptum] actum *E* id quod *C corr. B*: idque non id quod *B*¹ 17 attangit *B*¹

DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE.

Quid sit generatio.

Generatio est quaedam mutationis species, qua aliquid de non esse simpliciter, id est substantialiter, mutatur ad esse; id est quando in primo subiecto, quod est prima materia, fit innovatio formae substantialis cum suis omnibus dispositionibus, quae illam consequuntur. Corruptio | vero **35v *C*** e contra secundum eandem formam est mutatio de esse ad non esse. Hae autem duae mutationes sunt subiecto idem, quamvis terminorum ratione sint aliud atque aliud; idem enim actus quo aliquid generatur, est quo et aliud corrumpitur, ut vulgatum est 'generatio unius est corruptio alterius' et e contra. Antiqui et maxima sapientum pars substantiam nullam generari, in nihil noviter fieri vel corrumpi secundum eiusmodi speciem existimabant, quandoquidem, unam rerum substantiam intelligentes ingenitam et incorruptibilem, mutationem omnem et formam omnem, quae apparet in superficie rerum, omnem item virtutem | et **50v *B*** actum, in alteratione quadam seu accidentali mutatione et varietate sitam contestati sunt. Unde hominem a bove, animal a planta, plantam a lapidibus, et haec omnia suis elementis secundum substantiam nihil differre protulerunt; omnem autem diversitatem ab accidente proficisci sentiebant. Et omnia quae in motu consistunt, utpote in invicem transmutabilia, ut omnia fiant ex omnibus, propterea unam

---

11 quo et aliud *B*: quo aliquid (aliud *suprascr.*) et *C* 19 *dopo* actum *cancella* alter *B* 23. 24 consentiebant *C*

naturam subiectam omnibus esse, qua ens et unum et idem sit, cuius alteratione aliter atque aliter secundum innumerabiles rationes apparere quidem entis diversitatem, nullam vero esse constanter voluere. Hinc illud tum ex Pythagoricis tum ex Aegyptiorum et maxima Graecorum parte philosophorum monumentis, quod sub sole nihil est novum, et idem, quod fuit, est, et ⟨quod⟩ est, erit. Itaque omnem generationem et corruptionem sustulerunt, nisi per haec idem intelligeretur quod alteratio, quae consistit in principiorum influxu et effluxu, congregatione | et separatione, 36^r ***C*** seu appositione et exemtione, unius cum alio et unius ab alio, quae quidem omnia ad rei substantiam aliam atque aliam constituendam non faciunt, sed vere ad hoc ut aliter atque aliter se habeat.

De augmentatione.

Augmentatio est appositio partis ad partem vel partis ad totum, quod etiamsi sit totum secundum speciem, ut totus homo, tota planta, non tamen attigit eam magnitudinem, quae pro condicione | speciei atque individui perquiritur. 51^r ***B*** Eius subiectum est magnitudo seu quantitas; praetermittimus eam augmentationem et diminutionem, quae fertur secundum qualitatem et virtutem. Augmentatio interdum fit secundum dimensiones, non autem secundum partes; et ista est apparens augmentatio, non autem vera, ut quando ex aqua fit aër, subiectum idem suscipit maiores dimensiones, non autem plures partes. Similiter

---

1 quae *C* 3 entis] mentis *E* 7 ⟨quod⟩ *Stölzle* : *om. E* : *o meglio* ⟨idem quod⟩? *In un noto autografo del Bruno si legge* Salomon. et Pythag. Quid est quod est? Ipsum quod fuit. Quid est quod fuit? Ipsum quod est. Nihil sub sole novum. *Cf. anche Sigill. Sigillor. p. 213, 4* 21 ⟨enim⟩ eam? argumentationem *E* 23 interdum secundum dimensiones fit *C*

aliquando corpore intumescente propter resolutionem spissi in rarum vel propter condensationem earundem partium sistentium motum seu fluxum humorum atque sanguinis, non facit membrum seu corpus auctum, sed mutatum et alteratum. Auctum vero dicitur, quando iuxta naturalem similium appositionem circa similia, quatenus et nervi et caro etc. adolescunt per novarum partium adiectionem, opere animae vegetativae convertentis nutrimentum in substantiam, nutriti animalis auctio est. Elementaris vero, quando fonti vel fluvio accessio fit homogenearum partium, similiter et lapidi et plantae, sicut et metallo, sicut et animalibus. In horum quibusdam auctio fit secundum omnes partes certe, ut in animalibus et plantis. | An vero **36ᵛ C** idem accidat aliis corporibus, in quibus munia animae non apparent, iuxta hoc genus philosophandi non facile definitur. In his omnibus illud est cavendum, ne transmutatum aliter auctum appellemus. Non enim auctus est sanguis, si quando igne, calore vel bile intumuit et in spiritus ferventes est resolutus. Item quando mixtio fit, nempe ubi vino quispiam aquam affundat vel argento aurum, in unius corporis formam transmutans, nimirum neque | aurum **51ᵛ *B*** augere videbitur neque argentum; esset nimirum auctio, quando partes argenti vel partes aquae non solum mixtae sed et alteratae [et re ipsa speciem sed alterate et] re ipsa in speciem profundius vini et auri ita essent mutatae, sicut videmus chylum mutatum in sanguinem, et cibum in corporis nutriendi substantiam. Sic autem natura facit muta-

---

1 corpore aliquando *C* 4 facit] *come se invece di* propter resolutionem *etc. precedesse* resolutio *etc.* 6. 7 nervi, caro, ossa, pili et similia *C* 15. 16 definitur *C*¹ (reperitur) 19 *e* 23 mistio *e* mistae *E* 24 et re — alterate et *espunge Stölzle* 25 esset mutata *E*

tiones ex una specie in aliam; ars vero non usque adeo profundat in materiam, cuius vix faciem attingat. Haec autem non tanquam impossibilia moliri se, quam sibi existimet impossibilia; potest enim facere, ut occasionem naturae operanti tribuat et subministret illi, nempe approximando principia activa passivis, ut subinde res rerumque species aliae consequantur ab huiusmodi approximatione seu compositione, quas ipsa natura perficiat, ars vero non ulterius. Utrum vero augmentatio horum subiectorum fiat conformis naturae vel naturaliter, non solum ex ipsis coloribus, ponderibus, sed ex aliis operationibus est examinandum similibus vel iisdem.

De elementorum et aliorum generatione. 52r B
Tex. 43. Summa IV. 37r C

Generantur quidem elementa ex invicem, non quatenus elementa sunt; illi enim qui aërem, ignem, terram et aquam elementa vocarunt, ut Empedocles, non faciebant ea corrumpi et generari, sed solum congregari et segregari, atque ex his esse omnia, et secundum substantiam praeter haec nihil esse, sicut ex litteris est omnis scriptura et omnia verba scripta, et extra litterarum substantiam nulla est scriptura, atque omnis dictionum varietas atque species non ex litterarum transmutatione in alias litteras, sed solum ex earum compositione atque diversa ordinatione diversus rerum vultus apparet. Itaque iuxta illorum opinionem aqua non in aërem mutatur, sed per aërem dispergitur in formam fumi et vaporis resoluta, ut iterum partibus illis coëuntibus restituatur aliquando. Sic neque aër in aquam mutatur, neque ullum horum in terram seu aridam;

3 non putet se moliri impossibilia, sed sibi impossibilia *annota in marg. B* 8 compositiones *C* 14 Sum̄. *E* 25 *cf. p. 287, 18*

et hoc pacto veram elementorum rationem et nomen adsciscunt et vulgariter sunt appellata elementa usque ad haec tempora, ut vulgatissima ante Peripateticos philosophia et maxime recepta fuit Empedoclis. In via vero Peripatetica cum haec in invicem transmutari intelligantur, non plus habent rationem principii quam principiati, non solum videlicet sunt ex quibus alia, sed etiam quae ex aliis; retinent igitur Peripatetici nomen elementi loquendo ut vulgus seu ut | plures, cuius quidem rationem seu definitionem 52v *B*
istis iisdem non adscribunt. Cum ergo proponitur de elementorum generatione, respiciendum est ad rem significatam | iuxta Peripateticorum morem, non autem ad nomen 37v *C*
significans, quandoquidem de ratione veri elementi est, ut sit ingenerabile et incorruptibile. Hac stante doctrina illa dicuntur [in] mutuo converti et horum alterum ex altero generari atque eorum alterum in alterum corrumpi, quae communicant in materia, quando videlicet subiectum formae unius fit subiectum formae alterius; et haec generatio tunc vere perspicitur in elementis, quando materia illa una et eadem, quae erat sub forma aquae, deinde sub forma vaporis et aëris etc. Quod si non esset eadem, falsum esset dicere ex aqua fieri vaporem, ex vapore aërem. Hinc anima non corrumpitur in aërem et aquam, neque ex his generatur, quia non communicat in materia cum ipsis; aut enim est sine materia, aut alius generis materiae. Porro omnium corruptibilium una tantum est materia, et caelum (quod incorruptibile corpus est) secundum viam hanc aut non habet materiam aut aliam non huius generis. Iuxta vero Empedoclis sententiam et similiter philosophan-

3. 4. 8. 12 Peripatheticos, Peripathetica, Peripathetici, Peripatheticorum *E*   15 *cancelliamo* in   20 una ⟨est⟩ et ?

tium, | cum una sit omnium rerum materia secundum genus **58r B** iuxta quattuor dictas species, absque hoc quod unius speciei materia vertatur in alterius materiam speciei, ut proxime dictum est, sequitur non proprie esse generationem et corruptionem, sed alterationem tantum rationem diversarum specierum. Contra vero volentibus, quando ostenderint substantiam unius vocatorum elementorum migrare in substantiam alterius, ut sunt mutuo principia et principiata, ex quo et in quod, intelligere oportet sub- **38r C** stantiam quandam aliam et subiectam his unam esse subiectum omnis generationis et corruptionis; et hoc approbatur authoritate Diogenis dicentis, quod si non essent ex uno omnia, non esset facere et pati, calefieri et infrigidari, quandoquidem omnia contraria unum subiectum commune praesupponant oportet, circa quod contraria se oppugnant occupandum, et contrariorum actio et passio nulla esse potest sine tactu; quae enim aliquo pacto se non attingunt, nullo se poterunt alterare pacto. Ad actionem ergo requiritur tum tactus tum quaedam mixtio seu penetratio, et consequenter duarum formarum concursus et coitus atque receptibilitas in eadem materia. Hoc autem ut melius sit manifestum, dicamus

De tactu. 44.

Tactus nomen aequivocum est. Est enim et physicus et mathematicus et metaphoricus: metaphoricus quidem, quo dicimus intellectum et animam attingi vel tangi: mathematicus, quo linea rationaliter dicitur tangere in puncto: physicus vero tactus est duorum corporum, quorum extre- **53v B** ma sunt simul, estque proprie in his quae habent posi-

19 mistio *E*   22 dicemus *C*

tionem, atque locatis, et eorum quae determinatas habent magnitudines. Quoniam vero positionem habentium corporum tangibilium differentiae sunt grave et leve secundum qualitates intrinsecas, iuxta vero circumstantium rationem habent sursum et deorsum, ea proprie se tangere invenientur, quae gravitatem habent atque levitatem.

45. Proinde eorum, quae movent, alia movent mota, alia vero immota, omnia huiusmodi de primo motu movent omnino mutuo contactu, simul approximata hoc patiuntur. Qui sane contactus aliquando est secundum substantiam, ut quando lignum tangit lapidem, aliquando se|cundum **38v C** qualitates, ut ubi ignis calefacit longius ab ipso remotum; quod est, quia primo tangit aërem, cuius partes in circulum seu sphaeram progredientes subinde attingunt alias partes et ad solidiora corpora contingenda deferuntur; unde manifestum est sine tactu ignem non calefacere quippiam etiam solido, licet non sensibili. Similiter quoniam ab omnibus corporibus partium quidam effluxus perpetuo procedit, non alia de causa magnes agit in ferrum et quodammodo bene afficitur a ferro, quam per contactum etiam physicum. [Huius rei signum est, quod virtus magnetis intenditur, si perfricetur; evenit enim, ut calore rarefaciente et aperiente facilior partium effluxus eveniat.] Ita et pisciculus echinus navem sistit, et torpedo retibus apprehensa piscatorum manus stupefacit; tangit enim retia ita, ut efficaciter virtus quaedam per funiculos permeando | ma- **54r B** num attingat. Similis ratio est circa fascinium per oculos et similia iuxta varium genus, ut profundius speculanti

---

5 *dopo* tangere *cancella* videntur *C* 6 atque *B*: et *C* 7.9 Proinde—patiuntur] *sic E, cf. Ar. p. 323a 12 sqq.* 12 ubi *B*: ibi *C* 16 ignem sine contactu *C* 21.23 Huius—eveniat *in margine in B, e sarà glossa* 24 apprachensa *E*

non videatur haec regula pati exceptionem ullam, nempe actionem omnem et passionem per contactum quendam fieri. Porro non est necessarium, ut omnia, quae cum contactu agunt, ab eodem repatiantur vel eodem modo afficiantur a quo et quod agendo attingunt; quaedam enim non mota movent, ut verbum prolatum et verbum proferens iram concitans, quia attigit aures imaginationis, sensum, et eousque efficacia sua prolapsum est ut bilem accenderit, nimirum in se ipso passionem ullam vel affectum eiusmodi non recipit. Similiter multae sunt rationes eorum, quae immota movent, sed in istis non procedit propositio iuxta Peripateticos, sed tantum in his quae tangunt physice atque proprio contactu, ut distinctum est, quorum nullum est quod agens non repatiatur, sicut neque tangens non tangitur. Caeterum non est universale, ut haec | actio et **39^{r} *C*** passio sint reciproca; ignis enim agit in sulphurem et non semper repatitur ab ipso, similiter corpus lucidum tangit oculos et non repatitur ab oculis. Propterea distinguendum est de actione et passione reciproca in his quae se tangunt, ut videlicet de eo attactu intelligatur, qui est ex eo quod duo | corpora non tantum qualitate, quantum propria soli- **54^{v} *B*** ditate se attingant, utpote eorum extrema (ut definitum est de tactu) sint simul.

Opinio antiquorum circa ea quae agunt et patiuntur.

Varie atque contrarie aspicimus antiquos circa ea quae agunt et patiuntur opinasse. Quidam enim, qui sane multi sunt, dicunt nullum simile pati a consimili, sed omnem actionem, passionem a dissimilitudine, differentia

---

12 Peripatheticos *E*   physice tangunt *C*   26 enim et qui *B*[1]

proficisci, quandoquidem ignis non agit in ignem et non patitur ab igne, sed a contrario. Item duo, quae sunt aeque calida vel aeque frigida, mutuo non afficiunt neque vicissim afficiuntur, sed ubi alterum altero erit calidius vel frigidius, vehementius vel remissius eadem erit affectum qualitate. Ergo a simili passio non est neque actio in simile. Democritus autem solus omnem actionem et passionem dicit esse a similitudine, nullam autem a differentia; quod si quaedam agere videantur propter diversitatem, non ita tamen secundum rei veritatem esse, ad vero actionem pervenire per ea quae sunt eadem utrisque. | Porro ex **55r *B*** istis duabus sententiis medium quiddam seu commune verum est eliciendum; ea enim quae sunt omnino similia, in quibus nulla est differentia, nimirum actionem nullam producunt. Qua enim ratione alterum in alterum poterit esse efficiens et alterum ab altero patiens, quomodo aliquid ab altero corrumpi vel alterari, si omnino simile est? Praeterea et ea quae nullatenus sunt idem et omnino dissimilia, in nullo convenientia, sicut albedo et linea, paries et scientia, nullatenus actionem vel passionem mutuo inferent vel vicissim accipient. | Considerandum igitur est, quomodo si- **39v *C*** milia, quomodo dissimilia sunt agens et patiens; omne igitur quod patitur, patitur a simili quidem genere, dissimili autem specie, ut corpus a corpore, sapor a sapore, color a colore, sed frigidum a calido, amarum a dulci, nigrum ab albo. Conveniunt quidem materia, subiecto, differunt autem forma et qualitate; et ut dictum est, quibus materia non est communis et genus idem, non contingit actionem ullam perficere vel passionem. Cuius rei exem-

---

1 $\overset{\text{et}}{\text{non}}$ *B* 3 ⟨se⟩ afficiunt *Stölzle* 5 affectum *B*: affecta *C* 6 non est passio *C* simile] similem *E*

plum est, quod homo idem dicitur calefacere et frigefacere, calefieri et frigefieri, componere et dividere, componi et dividi; item calidum calefacere et contra frigidum frigefacere, | calidum resolvere, frigidum inspissare. **55v *B***

54. Stat ergo in sphaera agibilium et passibilium, seu activorum et passivorum, ea tantum esse quae formam habent in materia, et non solum hoc, verum quoque in eadem materia. Formae vero, quarum substantia non consistit in materia, id est quarum esse est absolutum, sive logicae sint sive metaphysicae sive mathematicae, non sunt activae neque passivae, consequenter neque transmutabiles, et tandem neque generabiles neque corruptibiles neque ulla ratione convertibiles, sed aut sunt aut non sunt.

Rursum profundius iuxta Democriti sententiam quomodo simile agat in simile et patiatur a simile.

Non solum in eo insistendum est quod inquit Aristoteles, qui fortasse parum in antiquorum philosophorum sensu profundavit, sed ulterius est contemplandum circa actionem et passionem, perfectivam et destructivam, quae sunt in rebus. Quaedam enim sunt, quae mutuo se expellunt, ut eandem occupent materiam, et ista sunt contraria secundum formam; quaedam contraria secundum | formam **56r *B*** tantum et similia secundum materiam. Quaedam vero sibi mutuo occurrunt et obviant, ut alterum in alterum inverti cupiat | et facile invertatur, et haec similia sunt et **40r *C*** secundum formam et secundum materiam, ut videmus in animalibus eiusdem speciei, item in his quae inanimata censentur; persequitur enim magnes ferrum et ferrum magnetem, ita ut partes quaedam invisibiles seu spiritus

---

9 quorum *E* 28 *sqq. cf. De magia f. 64r sqq.* (*cod. C*)

ferri remaneant in magnete et partes magnetis remaneant in ferro, ut patet in ensis acie vel cuspide quem perfricuerit magnes, qui nihilo minus trahit ferrum quam ipse magnes, unde et ictus cum sanguine est letalis per se. Quaedam vero ita se habent, ut alterum ab altero fugiat et alterum alterum persequatur, ut se habet humidum a sicco, frigidum a calido, interdum frigido persequente seu appetente calidum vel e converso, sicut in animalibus felis persequitur murem non certo odio, sed certa amoris specie (amat cibum), mus vero omnimodo odio persequitur felem; in quibusdam vero appetens appetitum non persequitur, sed invitum attrahit, ut vas concavum et candens et maxime aeneum vel huiusmodi materia e sublimi aquam rapit. Item inter animalia iisdem | vestigiis insistens bufo ore **56^{v} *B***
adaperto mustelam eminus visam quantumlibet reluctantem seque anxie excruciantem, ut in illius patulum os se immittat, naturali quadam necessitate compellit. Quaedam vero tum secundum materiam, tum secundum formam videntur esse aliena usque adeo, ut etiam sint contraria (non loquor de materia more Peripateticorum, quae in sui ratione contrarietatem non admittit et est singularis, sed more magis naturaliter loquentium); et in istis, quae ita sunt contraria ne alterum alterius materiam appetat, nec tendunt ad mutuam corruptionem, sed tantummodo non conveniunt, et in his accidit quando alterum alteri approximatur per extrinsecum efficientem, manifestum est, quod ne ipsum contactum mutuum patientur, si vigeant:

---

1 maneant (re *la prima volta*) *B* 2. 3 perfrixerit *B*[1] 4 laetalis *E* 7 calidum a frigido *C* 10 odio *om.* *C* 13 materiae *C* 15 et quantumlibet *B*[1] 19 *dopo* aliena *cancella* (de I[a] materia Aristoteles non loquitur) *B* 20 Peripathoticorum *E* 25 *forse* ‹lis› accidit? 27 ne ipsum ‹quidem› *Stölzle* (?)

tantum abest ut alterum in alterum inverti possit, ut est manifestum in argento vivo et oleo et igne et aliis substantiis aëreis, ut in pinguedinis omnibus speciebus.

57r *B*
40v *C*

Unde assimilatio procedat.

Ad hoc etiam, ut aliquid substantialiter transmutetur, nempe nova fiat rei generatio, necessarium est adesse ideam seu speciem praeter materiam alterabilem; natura enim non operatur nisi praesente veluti simulacro et archetypo quadam. Hinc sine specie auri praesente non generatur aurum, quantumlibet materia transmutabilis sit aptissima. Et hoc manifestum est in eodem pane seu nutrimento, quod in cane fit canis, in homine homo, in simia simia et in aliis aliud; et hoc est, quod simile facit simile, ⟨simile⟩ fit a simili. Unde tamen distinguendum est iuxta designata, ut definiatur, quomodo ex contrariis, quomodo ex similibus, quomodo ex diversis fiat generatio, alteratio et omnis naturalis mutatio.

56. Variae opiniones antiquorum, quo pacto fiat actio et passio, et examinantur et adducuntur.

Empedocles mixtionem in rebus ea ratione existimabat fieri, actionem item atque passionem, quod meatus quidam sunt et penetrationes. Hinc fit videre, audire et quomodocunque per alios sensus agere per aërem, aquam et transparentia. Hique meatus in aliquibus sunt magis, in aliquibus vero minus sensibiles; in omnibus tamen sunt, quandoquidem prima principia indivisibilia non ea se attingunt ratione, qua unum continuum magnum vel parvum vel minimum possit fieri ex pluribus hisce partibus,

---

1 in] et *B*[1]   2 *innanzi a* oleo *cancella* igne *B*   5 mutetur *C*
6 idaeam *B*   8 simulachro *E*   13 ⟨simile⟩ *om. E*   20 mistionem *E*

sed quod tantum appareat continuum; atque ita omnia esse composita ex primis illis, ut in eadem sunt | resolubilia quibus concurrentibus et contingentibus constant; et vere continuum atque solidum corpus esse primum seu atomum, quod nulla violentia discindatur, alterabile sit et passibile; reliqua omnia ob id ipsum, quod divortium atomorum patiuntur, corruptibilia, sicut consortium adepta sunt generabilia, | hac ratione actioni subiiciuntur et passionem subeunt, quod alio pacto penetrabilia sunt. Penetrabilia vero sunt propter poros seu meatus, pori vero sunt propter partium non continuitatem sed contiguitatem, et quia minima, quantumvis haereant arte, semper inanitatem aliquam et spatium relinquant inter unum atque alterum contactus punctum, sicut apparet ubi plures circuli se contingunt seu globi seu variorum laterum figurae et aliter atque aliter formata corpora, de quibus non aliud argumentum fit, sive magna sive minima cohaereant. Iuxta ergo hanc viam facile erat illis, salvare rationem actionis et passionis in rebus. **57v B** **41r C**

58. Sed Peripatetici hanc rationem non acceptant; quibus continuum est universum et quodammodo unum et absolutum est, ac figmento simile hoc quod | ab Empedocle, Democrito et Leucippo asseritur. Inde enim sequeretur, quod nihil esset unum; quod si nihil esset unum, neque essent multa, sed vacuum esset omne, si undequaque divisibile capiatur omne corpus et constans ipsis, quae ita se contingunt, ut nusquam inanitatem magis quam plenitudinem possis intueri; neque enim magis liceret asserere universum plenum quam inane. Alii vero ex antiquis opi- **58r B**

---

2 *l.* sint 13 *l.* relinquunt 16. 17 *sic E* 20 Peripathetici *E* 23 Leucyppo *E* 25 undiquaque *E*

nati sunt unum esse ens et immobile, et a mobilibus ipsis quae videntur ratione quadam abstrahebant, despicientes sensum et rationi ei adhaerentes, quae videretur secundum intellectum.

59. Sed nos hoc philosophandi genus existimamus consistere in verbis quibus nulla subsit sententia, et vocibus veluti sine significatione, tam bene quam illis existimabatur ratio sine sensu; quomodo enim ignem et glaciem non distinguemus, et bonum et malum apparentiae desuetudine quadam tantummodo distingui in rebus? Sed hunc modum philosophandi omnino contemnimus; sed tantummodo ad Empedoclem et Leucippum convertamur.

62. Leucippus enim volebat esse quaedam corpora solida et minima seu indivisibilia, quae nullam prae se | fe- **41ᵛ C** runt ex sua natura speciem, sed eam tantummodo nanciscuntur ex compositione et diversa appositione seu ordine, unde subinde fiant corpora de|finitae naturae et nominis, **58ᵛ B** ut ignis, aqua. Empedocles vero volebat indivisibilia quidem esse prima corpora, sed ea ad quattuor species pertinere, nempe vocata elementa, et haec prima esse principia, quibus nullum subsit principium et elementum ingenerabilium et corruptibilium. Verum ex omnibus istis positionibus generatio et corruptio nulla est, quamvis ipse Empedocles usque ad horum elementorum hypostases resolutionem corruptionem intellexerit esse et ab his corruptionem. Caeterum cum nulla sit transmutatio, sed tantum divortium et consortium istorum principiorum, sequitur nimirum secundum hanc opinionem illud idem, quod constat ex sen-

9 *forse* apparentia consuetudine (*non osiamo* de suetudine; *cf. Ar. p. 325ᵃ 21*) *e più giù* distingui ⟨putabimus⟩? 10 rebus. *E* sed *B*: et *C* 12 Leucyppum *C* 18 ignis et *C* 19 ea *Stölzle*: eam *E* 21. 22 *sic E*: *forse* elementum, [in]generabilium?

tentia Pythagorica. Verumtamen contra haec pluribus agere in praesentia non videtur esse necessarium, sufficit autem hoc tantum in memoriam revocari, quod rerum species sint invicem activae atque passivae; si ita est, sunt etiam alterabiles; si sunt alterabiles, sunt etiam corruptibiles, hoc autem est maxime per qualitates elementorum; sequitur ergo in ipsis esse reciprocam victoriam et interitum, proindeque communem esse quandam omnium materiam, **59r *B*** qua existente generationis subiectum relinquuntur haec generabilia et corruptibilia.

77. Generatio vero et corruptio sequitur ex eo quod hoc quidem est actu tale, illud vero potentia tale, sicut dictum est in primo libro Physici auditus.

Differentia inter mixtionem et generationem.

Differt mixtio a generatione, quia in ista intelligitur necessario transmutatio secundum substantiam, actio et passio; in miscibilibus vero etsi sit actio atque passio, cum ea ipsa sint quodammodo contraria, manent | tamen **42r *C*** partes ipsae in sua natura seu specie. Quando enim tritico miscetur milium, partes tritici et milii in sua integritate manent; ubi vero aquae miscetur vinum, vel accidit actio atque passio partium istius cum partibus illius et talis alteratio, qualis mox evenit, ut neque verum sit dicere hoc mixtum esse vinum neque aquam, sed vappam. Itaque non tam mixtum dicitur proprie hoc quam illud. Quod si partes possent inveniri vere alteratae seu secundum aliam speciem transmutatae, vappa esset omnino tertia quaedam species a vino et aqua. Cum vero artificio quodam aqua sit

---

11 *il numero* 77 *manca in C*   14 e 15 mistionem *e* mistio *E*   20 mylium *e* mylii *E*   21.24 *sic E*: *da cancellare* vel?   23 quali *E*   24 *e* 25 mistum *E*   24 *cancella* fa *innanzi a* vappam *B*

separabilis a vino, quando videlicet in cereo vase quadam ratione fabrefacto accidit, ut per | poros exudante aqua **59v *B*** purum intus vinum permaneat, evidentissima est, et fortissima ratio colligitur quod non est compositum. Est hoc extra mixti conditionem, similiter ubi licet a chymico composito aurum ab argento segregare. Ubi vero ex compositione ea sequitur mixtio (ut hoc etiam nomine communiter utar), quando licet iterum partes secundum eandem speciem recipere, ut ubi ex pane fit sanguis atque potu, ibi vere congruit nomen generationis; similiter ubi ex farina et aqua generatur panis. In huiusmodi mixtis nomen non servatur in re facta, sed tantum in ipsa factione seu adiectione unius cum alio.

II. LIBR.

De qualitatibus quae sunt principia elementorum.

7. Non omnes qualitates ita activae sunt, ut elementarem substantiam aliam inducant alterando, corrumpendo; sed tangibiles tantum, seu quae secundum sensum tactus fiunt, et in eo contrarietatis genere consistunt. Non enim albedo, dulcedo, nigredo et similes qualitates iuxta alios sensus elementorum seu elementatorum contrarietatem faciunt, | sed solae quae ad tactum referuntur. [Sapor, cum **42v *C*** stupefacit dentes, et lumen, cum visus organum conturbat, hanc actionem et alterationem et passionem inducunt per tangibiles qualitates in aëre illuminato et humore styptico seu acido tangentibus pupillam et dentes.] | Qualitatum **60r *B*** vero tangibilium activarum et passivarum, quae sunt se-

---

3 *forse* evidentissima ⟨mixtio⟩ est 5 e 7 misti e mistio *E* 11 mistis (*sic*) *Stölzle*: misti *E* 22. 26 Sapor — dentes *è aggiunto in margine in B, ed è glossa evidente* 25 stiptico *E* 27 activorum et passivorum *E*


cundum tactum, in septem istis differentiis numerus inspicitur; quarum prima est calidum et frigidum, secunda siccum et humidum, tertia grave et leve, quarta durum et molle, quinta lubricum et aridum, sexta asperum et lene, septima crassum et tenue. In his grave et leve per se neque activa sunt neque passiva, similiter et differentiae quae sequuntur; illae enim sunt activae et passivae qualitates, per quas elementa in invicem miscentur et transmutantur, nempe quae sunt circa primam et secundam differentiam. Differunt autem qualitates primae et secundae, quia illae sunt activae, istae vero passivae. Calidi actio est congregare ea, quae sunt eiusdem generis, et disgregare, quae alieni. Frigidum coniungit et congregat tum ea quae eiusdem generis, tum ea quae non. Humidum est, quod interminabile est proprio termino, et tanto facilius terminatur, quanto magis minuitur. Siccum est, quod facile terminabile est proprio termino, difficulter autem termino alieno. Reliquae differentiae pendent ab istis duabus primis. Ex primo enim, quia humidi est replere ex eo quod non est terminatum et facile terminabile; | secundo, **60ᵛ *B*** quod est magis tenue, est magis repletivum; magis enim parvarum partium et magis subtilium partium plus venit in contactum alienum per suas partes atque etiam mutuum, quam quod est partium maiorum et crassiorum. Hinc sequitur, quod tenuitas pertinet ad humiditatem, crassitudo vero ad siccitatem. (11.) Tertio subsequitur lubricum quod pertinet ad humidum sicut oleum, et aridum quod pertinet ad siccum, quandoquidem et ea quae congelantur, propter defectionem propriae humiditatis congelantur; quapropter oleum, quod est magis aëreum, minus facile congelatur quam aqua. Quarto molle spectat etiam ad humi|ditatem (hoc enim cedit in se ipsum et non obsistit), **43ʳ *C***

durum vero ad siccitatem: congelatio enim a sicco est, et congelatum, quatenus congelatum, siccum est. 17. Humidum vero et siccum non dicuntur uno modo; non etenim simpliciter alterum alteri opponitur, quandoquidem sicco opponitur tum humidum tum udum, humido opponitur tum siccum tum congelatum. Porro udum et congelatum sunt a qualitatibus, quae consequuntur humiditatem et siccitatem; udum vero est, quod habet alienam humiditatem superficie tenus; | irrigatum autem, quod habet alienam 61r B
humiditatem in profundo; siccum vero est quod non habet humiditatem, seu privatur illa. Similiter humidum et congelatum opponuntur; humidum enim est quod habet propriam humiditatem in profundo, congelatum vero est quod non habet hanc. Hinc concluditur quemadmodum omnes aliae differentiae reducuntur ad duas primas, nempe calidum et frigidum, humidum et siccum; quarum duarum altera non est reducibilis ad alteram, quandoquidem calor nunc quidem stat cum humiditate, nunc vero cum siccitate, frigidum item nunc cum siccitate, nunc cum humiditate. Unde sequitur quadruplex possibilis quattuor qualitatum combinatio super moderamine duarum qualitatum, nempe calidi et humidi, calidi et sicci, frigidi et sicci, frigidi et humidi. Post haec calidi et frigidi, humidi et sicci combinationes non sunt compossibiles iuxta primos gradus; quomodo vero concurrant iuxta medios, alibi videndum.

18. Ex quattuor istis combinationibus iuxta suum or- 62r B
dinem quattuor vulgata elementa in rerum natura subsistunt, quorum singula duabus consistunt qualitatibus, per quarum alteram sunt activa, alteram vero passiva, sicut

3 enim *C* 5 *innanzi a* humidum *cancella* siccum *B* 11 seu *B*: sed *C* 22. 23 frigidi et humidi, frigidi et sicci *C* 25 concurrunt *C*

qualitatum altera ad primam, altera ad secundam differentiam spectat. In quo elementorum ordine, ut in figura **61ᵛ B**



---

2 *riproduciamo la figura quale è in B, dove occupa tutta la pagina 61ʳ: la figura di C ha anche essa nei vertici del quadrilatero esterno* oriens *sotto* A,

est manifestum, primo requiritur, ut proxima quaeque secundum alteram qualitatem concordent, | secundum al- 43v C teram vero discordent; quae enim secundum totum discordant, omnino se repellent atque fugient. Sic ergo ignis et aër concordant per caliditatem, discordant vero quia alterum est siccum, alterum humidum; aqua et aer concordant per humiditatem, discordant vero quia alterum est calidum, alterum vero frigidum; terra et aqua discordant per hoc quod alterum est siccum, alterum vero humidum, concordant vero in frigiditate; terra et ignis concordant in siccitate, contrariantur vero quia alterum est frigidum, alterum vero calidum. Itaque ratio, causa et via, qua duo contraria se compatiuntur, est aliquod symbolum medium conveniens in utrisque, quemadmodum duo inimici mediante aliquo cum utrisque concordante in foederationem quandam convenire possunt. | Secundo requiritur ut, cum 62v B duo elementa proxima secundum alteram qualitatem sint contraria, secundum alteram vero symbola, [ut] ea qualitas, secundum quam conveniunt, in uno quidem sit in gradu intenso, in altero vero in gradu remisso. Tertio necessarium est, ut ea quae intense contrariantur, tota diametro distent ab invicem, ut maxime calidum a maxime frigido, maxime humidum a maxime sicco, ut patet in figura. Quarto requiritur, ut e [duabus] quattuor qualitatibus ipsae, quae sunt activae, in recta dispositione maxime distent, ut calidum et frigidum, tanquam sursum et deorsum: humidum vero et siccum ad illas se habent

---

meridies *sotto* B *etc.*, *e rispettivamente nel quadrilatero medio* humidum *sotto* oriens *etc.*; *ma erroneamente sul lato AB del quadrilatero interno ha* ignis, *su BC* aër, *su CD* aqua, *e su DA* terra

5. 7 discordant — humiditatem *om. C*   13 simbolum *E*   16 requiruntur *C*   18 *cancelliamo* ut   19 *innanzi a* conveniunt *cancella* contrariantur *B*   20 gradu remisso — gradu intenso *C*   21 *cancelliamo* duabus

veluti quaedam media, quae proveniunt et capiunt augmentum et decrementum iuxta dominium seu victoriam hinc quidem frigidi, illinc vero calidi. Quae enim frigidum exiccat et inspissat, calidum humectat et rarefacit; et e contra quae victoria calidi humectantur et rare fiunt, victoria frigidi contrarium patiuntur.

17. Et in hoc modo ponendi explicite vel implicite conveniunt omnes philosophi, qui duo contraria et extrema semper per aliqua media connectunt et convenire faciunt, sive qui unum, sive qui duo, sive qui tria, | sive qui quat- **63v *B*** tuor ponant principia materialia.

20. Praeterea est animadvertendum, quemadmodum **44r *C*** ignis, aër etc. in sua simplicitate non perveniunt ad nostros sensus; quod enim videmus, non est ignis sed igneum, non aqua sed aqueum, non aër sed aëreum etc. (22.) Ex his tamen sinceriora sunt extrema, nempe ignis et terra, terra quidem iuxta partes proximiores centro, sicut ignis purior est ex elementis, quia concavum orbis lunae contingit; in parte enim contigua cum aëre aëri assimilatur, sicut et omnia elementa similitudine quadam devinciuntur, ut sensim aër versus aquam in aquae speciem concrescat, et terra versus aquam udescat, et aër versus ignem magis atque magis rarescat et subtilietur. Non enim datur aditus ad extrema nisi per media, et dissimilia non coëunt nisi per symbola, quod ut fit in natura, ita etiam accidit in omnibus regulatis et bene dispositis concursibus, mixtionibus et ordinibus.

21. Ad haec est animadvertendum, accidere igni exarsionem, quando intenditur eius virtus propter vim contrarii, aquae vero congelationem eadem ratione. Ideo ignis

---

7 *dopo il numero* 17. *aggiungeva* usque ad 24 *B*[1]   26 mistionibus *E*

urens non magis vere est ignis, quam glacies sit aqua, et neutrum habet istorum elementi rationem; ex tali enim igne nihil generatur, neque item ex glacie. Stant ergo summe contraria ignis et aqua, aër et terra diametraliter opposita, et quamvis singula duabus | praedita sint qua- **63v B** litatibus, ignis tamen est primo calidus, aër primo humidus, aqua primo frigida, terra primo sicca; ignis remisse siccus, aër remisse calidus, aqua remisse humida, terra remisse frigida.

Tex. 21. Quae faciliter et difficulter invicem transmutentur.

Istis ita se habentibus ratio ipsa atque sensus ipse dictat, quemadmodum ea, quae secundum ambas qualitates contrariantur et propterea mage distantia sunt, item participia sunt duarum qualitatum intense contrariarum, difficilius in invicem transmutantur; quae vero secundum alteram qualitatem sunt contraria tantum, secundum alteram convenientia, facile transmutantur in invicem. Ignis enim ut mutetur in aërem, sufficit ut remittatur eius siccitas et vincatur; ut autem mutetur in aquam, tum siccitatem tum caliditatem exuat oportet. Et ideo difficilior est transmutatio, quia potentior est resistentia.

25. Stat ergo, quod omnia elementa in omnia transmu- **44v C** tantur et ex omnibus omnia fiunt, ex aliis autem tardius, ex aliis vero citius.

27. In istis vero transmutationibus accidit aliquando, ut duo repugnantia se invicem invertant, | ut alterum ex **64r B** altero augeatur, ut cum augetur ignis ab aëre, aër ab humore seu aqua. Interdum vero accidit, ut duo contraria

---

3 Stante *E*   5 et *C*: ut *B*   sunt *C*   10 e 26 *f.* ⟨in⟩ invicem ?

tertium aliquod generent et non fiat in invicem transitus, ut quando in aqua corrumpitur frigidum et igne corrumpitur siccum, pugnantibus invicem aqua et igne, tum generatur aër, nempe humidum, calidum; quando vero pugnantibus aqua et igne corrumpitur ignis calidum et aquae humidum, tunc generatur terra, quae est siccum ignis et frigidum aquae; similiter pugnantibus aëre et terra, si aëris devictum fuerit calidum, terrae autem siccum, generabitur aqua, quae est humidum aëris et frigidum terrae; si vero aëris vincitur humidum, terrae autem frigidum, generatur ignis, qui est terrae siccum et aëris calidum. Similiter et in aliis, nempe pugnantibus igne et aëre, nempe si ignis corruptum fuerit siccum, aëris humidum etc. Unde patet iudicium eorum quae ex uno in unum transeunt per corruptionem unius qualitatis, et eorum quae ex uno in unum transeunt per corruptionem ambarum qualitatum, item eorum quae mutuum corrumpendo in invicem transeunt et quae mutuum corrumpendo in tertium transeunt. Sicut est in elementis, ita et suo modo in compositis, quae pro qualitate praedominante unum vel alterum elementorum contrariorum referunt, unde omnia mixta ab uno elemento denominationem, rationem et facultatem suscipiunt, | quia nullum est compositum usque adeo con- **64ᵛ B**
temperatum, ne vis unius elementi supereminent quoquo pacto. Unde sequitur hanc doctrinam de elementis pertinere ad omnem compositorum rationem, item et affectuum, qui penes eiusmodi qualitates consequuntur, ut mor|borum, **45ʳ C**
medicinarum, simplicium pharmacorum, temporum, locorum etc. Omnia enim ad quattuor haec referuntur, et sin-

---

2 *l.* ⟨in⟩ igne 9 frigidum aquae terrae *C*¹ 12. 13 nempe pugnantibus nempe igne et aëre si ignis *C* 21 mista *E* 26 omnem *B*: omnium *C*

gula aut pertinent ad ordinem ignis aut aëris aut aquae etc., quorum corruptio et generatio, quo ordine, via, facultate et difficultate proveniunt, ex hisce licet speculari.

Elementa non esse invicem materiam neque naturalium corporum.

31. Cum videamus haec quattuor famosa elementa alterari, pati, transmutari, conveniens est et illud existimare, quod neque invicem sunt materia neque inalterata, ut putabat Empedocles, reliquorum corporum compositorum esse materiam. Porro una est materia communis omnium, iuxta quam illud quod erat terra, facta est aqua, illud quod aqua, aër etc. Cum vero composita producuntur, iudicandum est haec ipsa non esse in ipsis in actu, sed tantum in quadam virtute atque facultate; quapropter, ut declaratum est in Physico auditu, substantia cuiusque compositi dividitur in eam materiam, quae | est tum elementorum tum compositorum una, et formam illam, quae 515r B
dicit quod quid est esse rei cum suis dispositionibus. Illa habet verae materiae rationem, quae semper manet et est immutabilis, et circa quam omnis fit mutatio, et aliud est materia communis. Mitto quod si elementa essent [illegible] materia compositorum, nulla esset generatio, sed alteratio tantum.


32. Praeterea [illegible]

[illegible]

[illegible]

36. Generationem non esse in infinitum.

In generatione corporum elementorum non accidit ascendere vel procedere in infinitum sursum vel deorsum, ut



nempe A fiat | ex B, B ex C, C ex D et ita ⟨in⟩ innumerum, **45ᵛ *C***
sed est status atque circulus; quattuor enim existentibus A, B, C, D contingit vel reflexionem fieri, ut, postquam descensus factus fuerit per diametrum ab A in D, fiat reditio per diametrum a D in A, vel per semidiametrum a B vel ultra a C sursum vel deorsum, vel per circulationem, ordine videlicet quo quattuor elementa in circumferentiam distribuuntur, et hoc dupliciter: vel continuo quodam ordine, vel non continuo.

46. Quomodo elementa ex invicem generentur et quomodo ex illis mixta.

In omnibus, in quibus contingit invicem transmutari, **65ᵛ *B***
oportet invenire aliquid commune utrisque. Manifestum est

4 in innumerum] innum̄erum *E* 11. 12 quodam continuo *C*
13 generantur *C e* mista *E* 15 *cf. a p. 361, 10*

enim, quod sunt quaedam, quae non faciunt invicem generationem; ex parietibus enim et lateribus non sunt carnes et ossa. Similiter hinc licet dubitare contra Empedoclem, quomodo ex quattuor illis elementis immutatis possunt omnia generari; oportet sane multiplices illis attribuere alterationes, quandoquidem simplici quattuor inalterabilium concursu tanta specierum varietas haud quidem poterit salvari. Praeterea dubium erit, quomodo quattuor elementa possunt concurrere in compositionem omnium perfectorum; quae cum maneant etiam actu et retineant proprias excellentias, perfecte se quidem habebunt ad divortium faciendum, ad consortium vero seu compositionem valde inhabilia videbuntur. Proinde videmus elementa ita transmutari, ut ex his fiant carnes et ossa, ubi calidum factum est frigidum, frigidum factum est calidum, nec non in mediam et neutram quandam naturam convenerunt contraria, quae in sua extremitate consistentia nihilum producerent, sed maxime mutuo invicem evitarent.

49. De compositione mixtorum ex quattuor elementis. 66r B 46r C

Corpora, quae sunt circa medium locum, sunt mixta omnia et ex omnibus composita simplicibus, ut terra et aqua; aër vero et ignis non ita. De quattuor ergo elementis terra maxime omnibus compositis inesse videtur; haec enim in ea sunt tanquam in proprio loco, in aliis vero locis peregrinantur. Aqua indigent etiam composita, quemadmodum et terminari debent, utpote etiam ipsa facile terminabilis, et per ipsam terra suscipit terminationem, quandoquidem sine humido terra non consisteret, sed aëris

9 compoeitione *E*   19 e 20 mistorum e mista *E*

turbine spargeretur; mutuo igitur aqua et terra terminant et consistentiae rationem suppeditant. Aër vero et ignis subinde, duo reliqua elementa, ad compositionem sunt necessaria, siquidem ex contrariis debent composita constitui, quemadmodum pluries est definitum. Est autem ignis quidem aquae, aër vero terrae contrarius. Ubi ergo terra concurrit propter soliditatem, aqua propter terminationem et partium cohaerentiam, concurrant etiam oportet ignis et aër propter compositionis rationem ex contrariis. Quod ratione probatum est, idem etiam signo et experientia comprobatur, quandoquidem ex iisdem res constant et | nu- **66v *B***
triuntur, ex simplicibus vero nihil nutritur; non enim pura terra neque aqua neque aër neque ignis alit; omnia enim ex pluribus nutriuntur, quamvis quaedam videntur uno nutriri, ut plantae aqua, non tamen hac sola, sed certae terrae admixta. Tandem illud credendum est, in omnibus quidem corporibus mixta esse omnia; hinc et ignis quoque nutritur suo modo, non pura aqua vel alio puro, sed ex pluribus.

Quomodo generatio et corruptio perpetuentur.

Causa, qua in aeternum durat et continua quadam **46v *C***
successione perseverat, est motus caelestis. Hic autem duplex est: alter qui est supra polis mundi, nempe diurnus, et hic (qui est semper continuus, regularis) non potest esse causa vicissitudinis et permutationis; alter vero supra polis zodiaci, qui est motus secundorum mobilium obliquus ab occidente in orientem, quo sol per medium illius annuo

---

2 suppeditant *Stölzle*: suppeditat *E* 8 concurrant *Stölzle*: concurrunt *E* 15 hac *nos*: ac *C*: ut ac B^1 (?) 17 mista *E*

cursu incedens nunc quidem accedit maxime, nunc maxime recedit; accedens maxime et maxime recedens duorum tropicorum attactu extremas | tempestates induxit calidi 67ʳ B
et frigidi, aestatem et hiemem. In intermediis vero punctis duorum aequinoctiorum, altero quod accedens, altero vero quod recedens attingit, medias et temperatas adduxit tempestates. Itaque quattuor tempora distribuit, quae respondent dominio quattuor elementorum et quattuor operationibus secundum ipsam; unde sequitur vicissitudo generationis et corruptionis eorum quae circa corpora inferiora transmutantur. Nobis enim tropicum ♋ obtinente sole fructus maturescunt, concoquuntur, resolvuntur humores, per sublimia diffunduntur, unde dominatur ignis; contra vero tropicum ♑ tenente eodem iidem humores, dispersi calore, frigore inspissantur et in formam nivis atque pluviae recidunt ad partes a quibus fuerant abstracti: unde aequalis apparet generatio et corruptio, sicut aequaliter sol ad austrum inclinat et boreum polum, ut etiam materia ipsa, quae elementis subiecta est, ad minimum annihilatur, sed quibusdam aequis rationibus et temporibus transmutatur. Idem iudicium est respectu eorum, quorum habitatio est ad adversum polum [illegible] 47ʳ C
alio hemisphaerio. Ut igitur sol et astra non semper eodem respectu et virtute terram subiectam irradiant, ita etiam virtus eorum, quae sunt circa istud corpus [illegible]. Sicut etiam [illegible] 67ᵛ B
[illegible]

[illegible]

dem motus ille incessabilis est, et nulla intensione vel remissione finem vel exitium comminatur. Perseverat ergo et aeterna est generatio et corruptio eorundem secundum speciem, non autem secundum numerum; aeterna enim est quaeque species iuxta suam seriem motuum tum temporum tum compositorum, sed eadem individua, quae constituuntur ex eisdem numero dispositionibus, impossibile est reparari, sicut etiam et idem individuum impossibile est ad sensibile temporis intervallum iisdem numero omnibus dispositionibus inveniri.

57. Sic ergo uniuscuiusque vita in numero quodam consistit et ordine et circuitu; hic vero non est idem omnibus, sed alia quidem minori, alia vero maiori complectuntur. | In ipso vero universo aequale tempus apparet **68ʳ *B***
generationis et corruptionis; aequali enim tempore videtur sol accedere et recedere. Ita est in his, quae sunt secundum naturam ordinatam, secundum rationem quandam magis universalem consistentem; in minoribus vero seu magis particularibus, propter quandam inaequalitatem existentem in materia et confusionem, accidit etiam minori tempore corrumpi quam generari. In hisce igitur generationes sunt aequales, in aliis item celeriores, in aliis vero tardiores; tamen generatio et corruptio continua est nihilominus in istis quam in illis.

59. Sic ergo Deus continuam facit generationem per continuitatem circulationis, quae latio tantummodo continua esse potest, | quam continuitatem sequitur etiam **47ᵛ *C***
continuitas alterationis simplicium corporum, item et generationis et corruptionis, ut ex aëre generetur ignis, ex

2 exitum *C* 7 iisdem *C* 9 omnibus *om.* *C* 14. 15 videtur tempore *C*

igne aër, unde et haec recta elementorum latio beneficio continuae circulationis etiam suo modo continua est.

60. Et hinc licet videre, quomodo respondendum sit ambigentibus et quaerentibus, quomodo continua transmutatione elementa non diffluant et aliquid eorum non atteratur quandoque uno supra alia | praedominante. Sicut enim **68v B** modo dictum est, cum aequalis sit solis accessus et recessus, aequalis est transmutatio ex aqua in aërem ipso accedente et ex aëre in aquam ipso recedente et in elementis, cum definita sint uniuscuiusque loca neque contingat maiorem transmutationem fieri unius in alterum quam patiatur loci capacitas, ne corporum penetratio contingat neque inane. Si enim quis fingat elementum aquae mutari in aërem, oporteret ut aqua, ⟨quae⟩ nunc occupat tantum spatium, tunc occuparet decuplum. At vero locus iste, ubi est, nonne oporteret aërem penetrari? Quod est impossibile. Eadem ratio est, si aër mutetur in ignem, tanto maiorem assumeret magnitudinem etc., et ita caelum non esset capax elementorum. E contra vero si ignis inspissetur in aërem, minorem locum occuparet, et vacuum relinqueretur. Quare oportet concludere transmutationem elementorum esse secundum certos et definitos gradus, utpote tantum aëris ex una parte inspissetur in aquam unde sol recedit, quantum aquae rarefiat in aërem in loco ad quem sol accedit; atque ita in aliis elementis circulus quidam fiat, quo necessario aequalitas locorum et corporum absque difficultate fiat et intelligatur. Quare necessarium est quantumlibet infinito tempore generationis continuitas

8 *dopo* ex aqua in aërem *cancella* et aëre in aquam *B* 9 et in elementis] *forse* et ⟨ita⟩ in ⟨aliis⟩ elementis? *cf. v. 25* 14 quae *aggiunge Stölzle* 16 *l.* aëre 20 *con* minorem locum occu- *finisce il f. 68r di B, che non riprende se non a p. 376, 12*

perseveret. Non propterea tamen corpora distrahuntur, sed semper tum in circulum regulariter caelum seu sol, **48r C** tum secundum rectum elementa aequis et regularibus rationibus moventur.

Quomodo in rebus circulationis necessitas inveniatur.

63. Cum videamus continuam transmutationem et definite hoc post hoc, nempe determinata post determinata, sequitur considerandum, an quaedam sint ex necessitate, an omnia, an nulla.

64. Quod quaedam fiunt, manifestum esse videtur, quandoquidem ex determinatis causis ad determinatum effectum respicientibus ex necessitate quaedam generantur. At vero non sic in omnibus est imaginandum; sunt enim quaedam, quorum necessario est versio eorundem, nempe ne sit possibile aliter se habere, quaedam vero non.

67. Proinde distinguere oportet duplicem necessitatem, considerando alteram, quae est a causa ad effectum, ut approximante sole ad verticem capitis nostri necessario sequitur effectus; et a talibus effectibus ad causas etiam necessaria est consecutio; si enim dies est, et sol supra horizonte movetur. In quibusdam vero necessitas tantum est ab effectu ad causam; ut, si domus est, fundamenta sunt, domifactor fuit, non autem ex fundamentis positis domus posita perpetuo. Ita est in generatione et corruptione, ut in quibusdam convertibilis sit necessitas, in quibusdam non; et propterea quorundam reciproca sit generatio, quorundam vero non.

68. Porro haec necessitas causarum ad effectus et effectuum ad causas non tendit in infinitum in superius neque in posterius, nisi eo modo quo circulus infinitum quoddam est ea ratione, qua quicquid capias in eo tan-

quam partem vel punctum, non ita est finis, ut etiam non sit principium; propterea a ratione intrinseca non habet finem, sed ab extrinseca tantum. Idem autem quod dicimus ex necessitate, intelligere oportet | esse semper; **48ᵛ C** necessarium enim non dicitur, nisi sit de omni et semper vel simpliciter, ut astra moveri, quae continuo ita se habent, vel pro modo, ut astra oriri, opponi, coniungi. Ad haec cum species sint finitae, materia item finita, finita item singulorum generatio et corruptio et universaliter omnis transmutatio, nimirum alia ratione non perpetuabuntur generatio et corruptio, secundum continuum et regulatum ordinem atque, ut videmus, aequabiles rationes, praeterquam elementis cum eorum virtutibus, temporibus, serie atque vicissitudine certa administrantibus in circulum dispositis, ut ubique finis principio sit adnexus. Sic igitur sunt anni tempora respectu nostri diversae solis circulationes cum certa vicissitudine, diversae tempestates cum eorum effectibus perenni quadam vertigine mutuam actionem et passionem compensantibus.

70. Quod ergo attinet ad propositum, concludimus quorundam quidem esse circulum; sicut enim sol a ♋ ad ♑ et a ♑ ad ♋, ita aqua in aërem et aër in aquam, hiems in aestatem et aestas in hiemem recidit. At non ita a patre ad filium, a filio ad patrem; non enim necessarium est ita patrem esse post filium, sicut filium post patrem. Distinguendum est igitur dicendo similia quidem secundum speciem reparari, non autem secundum numerum, et haec distinctio valet in rebus materialibus transmutabilibusque intrinsece et secundum propriam substantiam; aeterna vero, quae vel non habent materiam vel non huius eiusdem

30 habent *Stölzle*: habet *C*

rationis materiam eandem, secundum speciem manent et circulo tantum aguntur, ut astra, quae praeter lationem nullam aliam mutationem suscipere videntur, illa manent eadem numero et redeunt. Ita sol manet idem et reliqua astra, et varietatem, alterationem nullam recipiunt passive, sed active tantum.

AD QVARTVM METEOROLOGICORVM. 49r C

C. I. De operationibus activarum qualitatum.

Ex possibilibus coniugationibus activarum et passivarum qualitatum elementa definiuntur, quorum duo, ignis videlicet et aqua, primum calidum et primum frigidum, maxime activa sunt propter qualitates activas, quandoquidem terminare, copulare, transmutare humectando, exsiccando, indurando et mollificando ad calidum et frigidum referuntur, sicci vero et humidi est ferre et pati ab huiusmodi actionibus. Itaque duplici evidentia insinuantur activae illae duae et passivae istae aliae qualitates: primum, ut modo dictum est, inductione, secundo propria ipsorum definitione; quando enim definimus calidum et frigidum, definimus per congregativum et disgregativum, cum vero humidum et siccum, per facile terminabile et difficile terminabile.

Ad II caput. De generatione, corruptione et putrefactione, quae sunt operationes activorum et passivorum.

Est quidem generatio et transmutatio ex opere istarum qualitatum, item corruptio tum in animalibus, tum in plantis, tum in partibus istorum. Generatio ergo est a calido et frigido, quae dominantur materiei, quae si quando non dominantur, accidit inquinatio et inconcoctio. Gene-

---

1. 2 *abbiamo trasposto il titolo, che in C I* De operationibus activarum qualitatum. | Ad quartum metheorologicorum. C. I.

rationi simplici contraria est tum ea quae ex calido, tum ea quae ex frigido, perfecte quidem putrefactio, imperfecte vero et ut via quaedam et dispositio, ut senectus et ariditas, quorum omnium finis est marcedo. Putrefactio etiam dicitur non proprie finis eorum, quae violentia corrumpuntur; si enim caro et os combusta fuerint (quorum finis secundum naturam est putrefactio), ad ge|neralem **49r C**
corruptionis denominationem pertinent. Putrescere vero est tum humidorum tum siccorum. Corruptio fit, cum secundum partes corrumpuntur, quae separantur ab invicem, dominante ipso quod terminat et continet, super eo quod terminatur et continetur. Et ideo cum ignis sit terminativus omnium elementorum, solus putrefieri non dicitur. Putrescit enim terra in continentem aquam, aqua in continentem aërem, aër vero in ignem. Praeterea putrefactio est corruptio eius caliditatis, quae est secundum naturam, in unoquoque humido consistentis; ideo putrefactio videtur definiri indigentia caliditatis propriae, quandoquidem ita frigidum et calidum concurrunt ad putrefactionem, ut putrefactio definiatur communis passio frigiditatis alienae. Putrefactionem sequitur perpetua siccitas; omnia enim, quae putrescunt, sicciora tandem fiunt. Exeunte enim proprio calido evaporat etiam illud humidum, quod est secundum naturam, quod a caliditatis operatione inducebatur; quocirca amoto principio activo, necessario et eius propriam passionem amoveri. In hieme, et cum frigora magis dominantur, minus fiunt putrefactiones, propterea quia calidum externum (quod solet internum cali-

---

10 seperantur *C* (?) 11 dominante *in marg. da altra mano con la nota* (forte dicendum), *nel testo invece* denominante *C*, *ma cf. Ar. p. 379a 11* (*donde si aspetterebbe piuttosto* quod terminatur super eo quod terminat) 12 contineatur *C* 25. 26 *sic C*

dum alterare et educere, dissolvere, disgregare) vel modicum vel nullum est in ambiente aëre vel aqua, et ideo non sequitur ratio qua propria caliditas effluat. Praeterea caliditas quae est in aëre, ut supra dictum est, non est usque adeo intensa, ut ea quae est in ipsa re; et ideo non dominatur neque transmutat. Item illud quod movetur et fluit, ut aër et aqua et sanguis et humor, minus putrescit quam quod non movetur; minus enim patitur ab ambiente aëre et extraneis impressionibus, quam quod fixum manet: ut est manifestum in altioribus regionibus et in montibus, in quibus aër magis exagitatur, putrefactiones non fieri, quia illic virtus caloris non consistit, sed | cum ipsa aëris insta- 50r C bilitate diffluit et dissipatur; in locis vero campestribus, planis et incavis minus movetur aër, magis dominatur aestus, maior sequitur putrefactio et effectus ab extranea caliditate. Interdum dominante supra ⟨caliditate externa⟩ caliditate interna et naturali ipsarum rerum, in rebus quoque ipsis, ut naturalis caliditas vigeat, et humidum naturale non torpeat, motu etiam opus est tum eo qui est a spiritu et anima (per quem non solum sanguis, sed etiam omnes alii humores atque partes motu suo continue moventur et per circulum et per intrusionem et per extrusionem, quae fit ope ingestionis et egestionis continuae), * * * sed etiam in hisce, quae habent motum ex arbitrario localem, aliquo pacto huiusmodi motus exigitur secundum facultates. In plantis vero, quae motu progressivo non egent, vita est solum ex sufficientia eius motus propriorum spirituum et partium influentium et effluentium, sicut in animalibus; etenim ipsa nihilominus animata sunt. Porro ex propriae complexionis

16 caliditate externa *om. C* 18.19 torqueat *C* 20.23 *abbiamo aggiunte le parentesi e indicata una lacuna* 24 ex arbitrio*?* 28 ipsae *Stölzle*

proprietate et vitae conditione sufficit eis et est operae illud duntaxat alimentum, quod exugere possunt per radices ab humiditate terrae, neque alio cibo, potu et rerum varietate indigent, quia paucioribus constant quam animalia, quandoquidem animae huiusmodi corpus gubernanti multi sensus non administrant, nisi gustus et tactus. Ostreae vero in media quadam constitutione videntur esse inter arbores et animalia; haerent enim terrae seu scopulis radicitus et non progrediuntur, ut minus habeant quam animalia, sed constringuntur et dilatantur, ut plus habeant quam plantae. In omnibus hisce pro conditione calidi nativi conservandi maiori vel minori motu opus esse constat; | minus ergo motum pa- **69ʳ *B***
tiuntur plantae, quia duntaxat per attractionem, digestionem et egestionem, influxum item et effluxum partium per vim nutrimenti et excrementi. | In ostreis praeterea opus **50ᵛ *C***
est alio motu contractionis et amplificationis. In animalibus adhuc perfectioribus tanto pluribus motibus, ut est manifestum, quorum maxime sensibilis est progressivus. Mitto eos, qui sunt secundum operationes animae, secundum facultates animales et naturales, quibus proportionales vel similes reperiuntur et in plantis et fortasse in aliis, quae minus animata videntur, ut quaedam lapidum species et mineralium.

Ad III caput.
Quid sit concoctio.

Concoctio est perfectio a natura et proprio calido ipsius subiecti, cum victa fuerit materia et humiditas minus digesta in composito; cui oppositum est inconcoctio, quae

---

12 *con* minus ergo *riprende B*, *cf. a p. 369, 20*   14 et item effluxum *C*   28 inconcoctio *C*: incoctio *B*

est imperfectio propter indigentiam propriae caliditatis in oppositis passivis. Concoctio primo est species contigua generationis, largo modo capiendo generationis nomen, quandoquidem, ut dictum est, perfectio quaedam geniti potius est; et illius rursum tres sunt species: maturatio, elixatio et assatio; inconcoctionis vero totidem contrariae: cruditas, inquinatio, tostio. Quae quidem nomina specie- **69v *B***
rum non damus ut propria, sed tanquam bene appropriata, utpote quibus meliora non possunt effingi. Item notandum, quod in definitione dicitur *perfectum a caliditate propria*, quod propterea non excludit quominus ad perfectam concoctionem et maturationem concurrant exterius auxiliantia: alimentum, balnea, regio et similia. Item in diversis subiectorum generibus diversas concoctionis et maturitatis rationes suscipientibus in omnibus suo modo est considerandum; non solum enim ut poma in arboribus dicuntur matura, similiter maturum foetus in utero, concoctus cibus in stomacho, mustum in palmento vel in dolio, tuberculum et apostema cum factum fuerit pus; unde et signa sanitatis sunt omnia huiusmodi fere, ut iudicantur in urinis et egestionibus et superfluitatibus, quae hac ratione concocta dicuntur, quia | indicant caliditatem pro- **51r *C***
priam dominari humido. Item materia concoquibilis, seu quae concoctioni subiecta est, perpetuo est crassior, stypticior, durior, sicut materia rei concoctae est resolutior, facilior et mollior.

---

10 dicitur in definitione *C* 14 concoctionis *B*: coctionis *C* 18 pavimento *E* 19 tuberculum et *B*: tuberculum vel *C* 24. 25 stipticior *E* 25 resolutio *E*

De speciebus concoctionis et inconcoctionis.

Eorum, quae maturata dicuntur et concocta, quaedam dicuntur | proprie, quaedam vero metaphorice. Proprie 70r B concocta et maturata dicuntur et perfecta, quando semina, quae sunt in ipsis, tale alterum possunt efficere, qualia sunt ipsa, quae speciali nomine matura dicuntur et referuntur ad fructus et ad alia quae semen emittunt, ut sunt maturi fructus, quando semen illorum potest producere simile; alia vero matura dicuntur metaphorice seu per translationem, quandoquidem alio nomine in aliis rebus uti non possumus quod sit impositum vel facile melius possit imponi, ut supra dictum est. Propriissime ergo dicitur uno modo maturum isto, proprie subinde dicitur in omnibus, quae habent terminari a naturali caliditate, frigiditate; unde tubercula et pituitae maturata dicuntur a naturali calido concoquente inexistens humidum. In istis spirituosa cum maturantur, fiunt aquosa; tenuia cum maturantur, fiunt crassiora. Sicut maturatio est perfectio quaedam calidi naturalis, ita cruditas est imperfectio illius. Cruditas, sicut et maturatio, multis modis dicitur; crudae enim dicuntur urinae, egestiones et destillationes, quia non sunt victa a caliditate naturali; proinde communiori significatione cruda dicuntur fictilia, crudum dicitur lac et alia multa, quae non sunt passa a caliditate pro decentia. | Elixatio 70v B est concoctio a caliditate humida secundum totum existente elixabili in humido terminante. In his ergo concoctio fit ab igne, qui est in humido, ubi excretio fit per extrinsecum humidum a caliditate. Quae autem in sartaginibus assantur, patiuntur ab extrinseco calido sed non humido.

7 ad *om.* C 21 victae *Stölzle* 27 ubi excernitur excretio B^1

Elixabile est corpus, in quo est humidum potens vinci seu passibile ab ignitione seu calore existente in humido; elixabile enim non est aliud ab ipsis, ut lapis, in quo * * * quamvis sit humidum, sed ob spissitudinem non potest vinci, sicut in lignis vincitur. | Ligna autem et aurum et alia **51v C** multa dicuntur elixari metaphorice; non enim alio modo, quo hanc speciem concoctionis suscipiunt, est impositum nomen. Lac, mustum et similia etiam elixari dicuntur, quando videlicet sapor, qui est in humiditate ipsorum, ab extrinseco igne vel aëre calefaciente in aliquam formam transmutatur. Sicut diversae sunt rationes elixandi et concoquendi, ita etiam diversi sunt fines; quaedam enim ad esum, quaedam ad sorbitionem, quaedam vero ad alium usum diriguntur, quin imo etiam medicamenta elixari dicimus. Elixabilia ergo sunt quaecunque possunt fieri crassiora, minora, graviora, tenuiora, attenuatiora, sicut serum, coagulum etc. Oleum vero secundum se ipsum non elixatur, nempe purum, quia nullum horum patitur. Elixatio nihil differt, sive fiat per artificialia, sive per naturalia instrumenta, item media, item efficiens.

De inquinatione.

Inquinatio est inconcoctio eius, quod in corpore, interminati, propter defectum calidi, quando per frigiditatem expellitur concoquens calidum, quod est circa humidum; quapropter inquinata sunt duriora elixatis.

---

3 *indichiamo una lacuna, per es.* ⟨nullum est humidum, vel lignum in quo⟩, *cf. Aristot. p. 380b 25-28*   5 lignis] *l.* illis; *ovvero, se nella lacuna non c'era* vel lignum (*ma ad es.* vel aliud), *cancella qui* vincitur   13 sorbilitionem *B*   14 *forse* elixare (ἕψειν *Ar. p. 381a 4*)?   15 *da* elixabilia *sino a p. 386, 29 lacuna in B*   22.23 *l'interpunzione come in antiche traduzioni di Arist.* (*per es. Giuntina del 1550*)   24 quod] quo *C*, *cf. Arist. 381a 14*; *ma si aspetterebbe* quod est in humido, quod circum (τῆς ἐν τῷ ὑγρῷ τῷ πέριξ θερμότητος)

De assatione.

Assatio est concoctio a caliditate sicca et aliena; et differt assatio ab elixatione, quia elixans transmutat et concoquit per caliditatem humidi, assans vero per caliditatem ignis. Itaque assatio est a sicca caliditate, et ideo in assatione exteriora sunt sicciora interioribus, in elixatione vero interiora sunt sicciora exterioribus. In manufactis magis opus est assare quam elixare, quia difficile est exteriora et interiora aequaliter calefacere, quandoquidem ab ignis caliditate non aequaliter distat internum et externum, nec aequaliter affici potest, quandoquidem propinquiora igni exiccantur citius et coëuntibus meatibus exterioribus humidum intus existens non potest excerni, sed inclusum remanet. Aliter in elixatione; postquam enim humidum penetravit cum caliditate sibi impressa, facilius per omnes partes operatur.

Quod animal non fiat in concoctione, sicut quidam opinantur, sed in excretione quadam seu egestione, quae putrescit in inferiori alvo. 52r C

Ponunt enim Peripatetici tria digestionis loca et tria digestionis opera: primum in stomacho, ubi fit digestio distinguens chylum a crassioribus excrementis, qui subinde chylus concoquitur ad partes hepati propinquas, ubi in secunda digestione; hinc quidem est ut excrementum crassius in urina, quod per vesicam egeritur, subtilius vero quattuor humores: sanguis, cholera, phlegma et melancholia; quorum praecipue sanguis fertur secundum horum opinionem ad praecordia una cum quadam affectione aliorum

19 Peripathetici *C* 22 epati *C*

humorum, qui subinde virtute cordis diffunduntur per universum corpus quasi vehiculo quodam spiritu vitali. Est et aliud genus egestionis, quod fit per omnes partes corporis; semper enim ab universa pelle aliquid effluit et expellitur, et ex ultimae egestionis materia huiusmodi generantur ungues et capilli. Animal igitur fit in ea excretione quae est secunda in ordine, nempe in inferiori alvo, quandoquidem semen et humores proximi secundum formam, ut convertantur in substantiam nutriti ex subtilioribus partibus, quae ex ista concoctione separantur, enascitur; nihil enim aliud est concoctio seu digestio, quam separatio partium subtilium a crassioribus, quarum subtilissimae deserviunt operi naturae. Haec de ordine quo animal fit post concoctionem; iuxta sententiam vero medicorum aliud est iudicium, qui et duplici digestione sunt contenti propria, et quidem crassius loquentes habent primam in palato et in ea contritione, quae fit in ore; qui idem cum aliis postea non recipiunt eam spirituum secretionem quae fit in corde, sed sedem figunt in hepate, quem fontem sanguinis esse volunt. Aliter philosophi, qui fontem sanguinis volunt * * *,
hepar vero veluti oceanum, venas vero tanquam flumina, 52v C
spirituum vero sensitivorum et motivorum nervos subtilissimum quoddam corpus per nervos diffusum, quod quidem necessario e cordis calore et vita diffunditur; de digestione vero universali, qua e toto corpore aliquid effluit, temere videntur non tractasse, quamvis excusabilis sit praetermissio eius quae in corde, cum non sit usque adeo sensibilis.

---

10 *forse* enascuntur 12 subtilium] subtiliorum ? 16 *f.* et quidam ? 19 sedem *Stölzle*: pedem *C* 19 *e* 21 opate *e* opar *C* 20 *indichiamo una lacuna, per es.* volunt ⟨esse cor⟩ 22. 23 *sic E*

De humiditate, siccitate, duritie, mollitie.

Humidum est bene terminabile et humidius terminabilius, termino videlicet alieno. Siccum est difficile terminabile. Est autem humidum sicco causa ut terminetur, et siccum humido, non solum in elementis, ubi aqua terminatur a terra deorsum et sursum, aër terminatur ab igne, sed etiam in compositis, ut in conglutinatis aqua terminat farinam, farina aquam. Cum elementorum propriissime siccum sit terra, humidum vero aqua, omnis terminationis ratio fertur ad aquam in compositis; unde nihil sine istis duobus est terminatum, et haec sunt corporum materia: quapropter, praeterquam in terra et aqua, nusquam animalia generantur. Post humidum et siccum consequenter succedunt duae qualitates, durum videlicet et molle. Durum est, quod non cedit in se ipsum secundum superficiem; molle autem, quod cedit compressione superficiei in profundum; et penes plus et minus cedere hoc pacto, magis atque minus durum atque molle dicitur; unde aqua non est mollis, quia non cedit superficiei compressione, sed penetratur.

c. II. Quapropter durum atque molle oportet esse terminatum proprio termino; a propriae enim superficiei compressione vel obsistentia definiuntur. Exiccatio et induratio, humectatio et mollificatio referuntur active ad activas, passive ad passivas qualitates, ut dictum est, quod patiens propter humidum aut siccum, agens propter calidum et frigidum. Exiccatio omnis aut est aquae aut aquei alicuius, humectatio vero aut est terrae aut terrei; itaque elementorum passiva | videntur esse terra et aqua maxime. **53r C**

---

21 *dopo* molle *cancella* dicitur *C*   26 patiens <est> ?

Proinde calefacere et frigefacere, humectare et exiccare aut accidit per se aut per accidens; per se enim aqua humectat, per accidens vero etiam ignis et sol, resolvendo videlicet inspissatum et concretum in aquam et humorem et aërem, item pellendo humididatem vel frigiditatem a partibus externis ad interna vel a partibus inferioribus ad superiora (sic enim media pars aëris et media pars telluris humectatur et infrigiditatur), hoc autem est per antiperistasin id est per contrarii iuxtapositionem. Exiccatio fit dupliciter: aut ab humore superinducto aut humore connato; primo pacto exiccatur lana madefacta, secundo lac, aqua etc. Exiccatio accidit aut a calore aut a frigiditate agente, et id aut in internis aut externis; ab internis calore evaporare faciente humidum, ut, ubi vestimentum fuerit mediocriter madefactum, ab interiore calido evaporare faciente humidum exiccatum; ab exteriore, ut a sole et ab igne. In utrisque exiccatio est ablato humido vel concreto, ablato quidem per calorem, concreto per frigus.

C. III. De concretione et liquefactione.

Ea quae concrescunt, sunt aut aqua aut mixta e terra et aqua; et haec aut frigido aut calido sicco, quae eadem a contrariis causis solvuntur seu liquefiunt. Concreta enim a calido liquefiunt a frigido; quae enim a calido sicco sunt inspissata sicca, ab aqua solvuntur, ut sal; quae vero a frigido concreverunt, ut glacies, ab igne solvuntur. Illa quae sunt aquae, non concrescunt ab igne, sed solvuntur ab igne. Ideo mel non videtur ab aqua, cum igne concrescat, item et ab eo quod in ipso est frigidum, aëreum. Incras-

---

21 aut calido *noi*. et calido *C*, *ma cf. Ar*. 383ᵇ 33   25. 26 Illa quae sunt aquae = ὅσα ὕδατος ἰδια… *Ar. p*. 383ᵃ 6,   27. 28 *non riesciamo ad intendere senza emendazioni poco probabili per es*. ab aqua, cum igne[ ] concrescere, sed ab eo quod in ipso est frigido, aëreum! *cf. Ar. l. c*. 5 6)

satio fit abeunte humido et sicco consistente; propterea aqua pura non incrassatur. Quaecunque autem participant terram et aquam, fiunt concreta tum a calido tum a frigido, et incrassantur ab ambobus, sed diversa ratione; calido enim humidum educente, quandoquidem evaporante humido incrassatur siccum et consistit, concrescit et incrassatur illud idem a frigido calidum exprimente, ut apparet in luto, quod una ratione a calido, una ratione a frigido inspissatur. | Haec quae a frigido concrescunt, parti- **53ᵛ C** cipia terrae et aquae, (sed quae) plus habent terrae quam aquae, illa calido egrediente concrescunt et calido ingrediente liquefiunt, ut lutum. In quibusdam vero, in quibus plus est aquae et minimum terrae, ab una concrescunt et liquefiunt, ut adeps et cera. Quae vero ita infrigidantur, ut omnis calor evaporet, non solvuntur nisi superabundante caliditate, sed mollificantur, sicut ferrum et cornu; elaboratum enim ferrum concrescit, fit humidum et iterum concrescit, et dum iterum atque iterum purificatur et recrementum quoddam ex...tur, fit multa perditio ponderis et molis et maior purificatio. Et ferrum optimum inde iudicatur, quod minorem recipit purificationem. Quae sicco et calido concreta fiunt, alia sunt insolubilia, ut fictile et lapidum genera, quae fiunt combusta per ignem, ut molares; alia vero solvuntur humido, ut nitrum et sales. Crassantur ab igne solum quaecunque plus habent aquae quam terrae, concrescunt autem quaecunque plus terrae. Dubium autem facit natura olei; si enim eius natura est aquea, ipsum a frigido concrescere oportet, ut glacies; si

---

10 *aggiungiamo* sed quae (*cf. Ar. p. 383ᵃ 27*; habentia *vorrebbe anche un* tamen *o qualcosa di simile*) 19 exq͠tir (*sic?*) *C*: *la correzione è incerta* (exuitur *in significato medio* ? excernitur? excoquitur? expellitur?), *cf. Ar. 383ᵃ 34-ᵇ2* 23. 24 molare *C*

autem terrestris plus, tunc debet concrescere ab igne, ut fictile. Porro autem ⟨a⟩ neutro concrescit et ab utroque incrassatur, quocirca eius substantia magis videtur ad aërem pertinere, ut dicatur vel aëreum vel aëre plenum; quapropter in aqua supernatat, sicut aër ille sublimius residet. Incrassatur autem oleum, quando spiritus inexistens virtute frigidi efficitur aqua, et tunc commixta aqua et oleo efficitur subiectum ambobus crassius et petit fundum aqueum. Ab igne autem et tepore incrassatur et albescit; albescit quidem, quia aqua evaporat si quae inerat, incrassatur autem, quia extincto calido ex aëre fit aqua. Incrassatur oleum ab ambobus (a calido et frigido), a neutro vero exiccatur; sol enim neque frigus facit evaporare aliquid ab oleo, sicut ab aqua, propter eius viscositatem, qua partes partibus magis agglutinantur et mutuo fulciuntur. Mitto de ea corruptione | violenta, quae fit per ignem, 54r C
quando non est exiccationis nomen, sed resolutionis et corruptionis proprium, et oleum, postquam fuerit resolutum in fumum, non iterum coalescit, sicut aqua; quanto ergo difficilioris est resolutionis, tanto etiam est reparationis seu restaurationis. Quaedam a frigido tum incrassantur tum exiccantur: aqua enim a frigido non solum congelatur et exiccatur, sed etiam incrassatur; aer autem incrassatur tantum et fit aqua per frigidum. Quaedam neque non incrassantur a frigido, sed [illegible]

[illegible]

terrae, ut in lacte et sanguine. Item sunt quaedam humida, in quibus est plus terrae, ut nitrum et sal et lapides quidam, qui ad hoc genus referri videntur et similiter concrescunt. A lacte si non amoveatur serum, facile decoquitur ab igne (uritur enim et evaporat sicut aqua), separato vero sero, quod est aqueum, et adhibito coagulo, quod magis spissitudinem illius confortet, tanto amplius incrassatur et minus vel minime evaporat et magis nutrit. Eadem ratio est in sanguine, ut concrescat scilicet aliquod exiccans et infrigidans. Sanguis morbosus non concrescit vel minus concrescit; saniosi sanguinis signum est non concrescere. Ea quae concrescunt frigido et sicco, solvuntur calido et humido, et ideo igne et aqua. Atqui eis, quae a duobus concrescunt, accidit ut sint insolubilia, sicut lateres; ibi enim, cum calidum exudaverit, plurimum humidum comprimitur a frigido, et propterea neque a calido neque a frigido in eandem formam solvuntur; ita enim solvi convenit his, quae a frigido solo concrescunt, ut lutum frigore inspissatum, nix. Ferrum a calido liquefactum [est] et a frigido rursum concrescens est insolubile. Ligna habent tum terram tum aërem, et ideo non sunt liquabilia neque mollificabilia, sed ustibilia, et quia habent plus aëris ideo supernatant aquae. Ex omnibus vero ligni generibus hebenus solum non natat, quia plus est in ipsa terrae quam aëris, qui totus vel multus evaporavit. Fictile vero, postquam **54ᵛ C**
fuerit igne solidatum, terrae est solum, neque postea aqua solvitur; postquam enim concrevit, illa non habet introitum per poros, per quos spiritus subtilior exivit, neque solvitur igne, quia ipse coëgit.

---

13 Atqui eis (*cf. Ar. p. 384ᵇ 6*) *noi:* aqueis *C* 19 *cancelliamo* est (*cf. Ar. p. 384ᵇ 14*) 28 subtiliores ivit *C*, *ma cf. Ar. p. 384ᵇ 21*

De numero et definitione ipsorum, quae agentibus calido et frigido secundum potentiam et impotentiam dicuntur. 71r *B*

Eorum quae secundum potentiam et impotentiam dicuntur, alia sunt concretilia, alia inconcretilia; alia liquabilia, alia ⟨illiquabilia⟩ * * *, ut plumbum, aes, glacies, quae calidi privatione solvuntur a calido, item ut nitrum, sales et lutum conglaciatum, quae humido solvuntur; alia sunt inconcretilia, nempe quae non habent humiditatem aquosam neque sunt aquae, ut mel, mustum, item quaecunque aquae quidem sunt, sed habent plus aëris, ut oleum, argentum vivum, et viscosa, sicut pix. Item alia mollificabilia ab igne, velut ferrum, cornu, ligna; alia non mollificabilia, ut fictile. Item liquabilium et illiquabilium alia sunt tingibilia, ut lana et terra, quia madefiunt; alia sunt liquefactibilia, sed non tingibilia, ut aes. Liquabilium item quaedam non sunt tingibilia, ut nitrum et sales; illud enim est tingibile, quod mollius fit, quando madefactum fuerit. Tingibilia sunt, quaecunque habent meatus terrae maiores molibus aquae, quae sunt duriora aqua. [Liquabilium alia sunt inflammabilia, ut thus, pix, storax; alia non, ut aes.] Corporum item alia sunt flexibilia et directibilia, ut arundo, vimen; alia inflexibilia, ut fictile et lapis. | Flexibilia sunt, 71v *B*
quaecunque eo sunt corpore, cuius longitudo transmutari potest ex recta in curvam et ex curva in rectam. Item alia sunt frangibilia, alia vero sunt friabilia (impulverabilia): frangibilia ut lignum, friabilia ut glacies, lapis; alia sunt

---

1 *qui riprende B*; *v. p. 379, 15* 5 *abbiamo aggiunto* illiquabilia *e indicata una lacuna* (*da supplire secondo Ar. p. 185^a 13-30* 6 ut *om. C* 18 *si aspetterebbe* quaecunque sunt terrae et habent meatus maiores *etc.* (*Ar. p. 385^b 19*) 19.20 Liquabilium — aes *è aggiunto in margine in B* 25 (impulverabilia) *om. C*; *in ogni caso la barbara glossa è da riferire piuttosto a* frangibilia 26 frangibilia *B*: frangibile *C* friabile *E*

tum frangibilia tum friabilia, ut fictile. Differt friatio et fractio, quia fractio | est divisio et separatio in magnas 55r C partes, friatio in quascunque et plures duabus. Item alia sunt impressibilia, ut aes, cera; alia vero non impressibilia, ut fictile et aqua. Est autem impressio transitus superficiei tactu, pulsione aut percussione secundum partem in profundum. Item impressibilium alia sunt formabilia, ut lignum, cera, aes; alia sunt tantum pressibilia sed non formabilia, ut lanae et spongiae. Pressibilia autem sunt, quae pulsa in se ipsa coire possunt mutata superficie in profundum, non divisa et non translata alio alia particula; item quae in propria vacua coire possunt aut in proprios meatus; hinc ferrum, lapis et huiusmodi non sunt pressibilia. Item alia sunt trahibilia, alia non trahibilia: trahibilia sunt quorum superficies potest transferri ad latus continuo adhuc consistendo, ut pilus, fides, nervus, pasta, viscum; alia non sunt trahibilia, ut aqua et lapis; alia sunt et trahibilia et pressibilia, ut lana; alia non pressibilia sed trahibilia, ut pituita; alia sunt pressibilia et non trahibilia, ut spongia. Alia sunt ductilia, alia non ductilia: ductilia sunt, quaecunque eadem percussione possunt simul in latus et in profundum transferri secundum superficiem et partem, ut aes, aurum; alia non sunt ductilia, ut lapis et lignum. Omnia ductilia sunt impressibilia, non autem omnia impressibilia sunt ductilia, ut lignum. Pressibilium item alia sunt ductilia, ut cera et lutum, alia non, ut lana et aqua. Item alia sunt fissibilia, alia non: fissibilia dicuntur, quaecunque plus dividi possunt quam dividens divisit, ut lignum; alia non fissibilia, ut fictile. Nullum

8 alia *B*: aliae *C*   10 ipsum *E*   16 *con* ut pilus *finisce B*   23.24.25 ductibilia *C*   26 alia (*dopo* item) *Stölzle*: aliae *C*   27 *forse* alia non ⟨fissibilia⟩

molle est fissibile, sed non omnia dura sunt fissibilia, sed quae humida sunt et non impressibilia et non friabilia; haec autem sunt, quae habent meatus in longum. Item alia sunt secabilia, alia sunt insecabilia: secabilia sunt seu dura seu mollia, quae divisa non comminuuntur. Horum vero alia sunt secabilia et fissibilia, ut lignum, quod est fissile secundum longitudinem, secabile secundum latitudinem. Alia sunt viscosa, alia non viscosa: viscosa sunt, quae ita mollia sunt, ut trahi possint consistente agglutinante humido; quae non sunt huiusmodi, dicuntur fragilia. | Alia 55^{v} C commassabilia, nempe quae sunt pressibilia ita ut maneat eorum compressio, ut pasta; alia incommassabilia, quae non manentem habent compressionem, ut lana. Alia combustibilia, nempe quae habent meatus susceptivos ignis aut humiditatem in meatibus igne debiliorem, ut lana, os, lignum; quae vero habent humiditatem fortiorem, ut glacies et valde viridia, aut meatus non susceptivos ignis, ut adamas, ⟨incombustibilia sunt⟩. Combustibilia item sunt, quorum corpora in cinerem dissolvuntur aut inflammantur, ut pix, oleum, aut carbonantur, ut ligna; alia exhalabilia, nempe quae habent talem humiditatem, quae a calido combustivo in aërem dissolvuntur et quorum spirituum excretio propter humiditatem est madefactiva. Exhalatio autem est ustio cum excretione sicci et humidi simul virtute calidi; cum vero humidi tantum fit excretio, potius evaporatio dicitur.

---

18 incombustibilia sunt (*cf. Ar. p.* 387^{a} *22*) *Stölzle*: *om.* *C*

Quomodo corpora cognoscuntur magis humido constare aut sicco.

Corporum alia similaria, alia dissimilaria: similaria, ut elementa primo, secundo metallica, ut aurum, aes, argentum etc., tertio item mineralia alia, lapides, gemmae, quarto quae in animalibus, plantis, ut carnes, ossa, nervus, pellis etc.; alia sunt dissimilaria, ut plantae, quae constant ligno, cortice, folio, radice etc., et animalium facies, manus, pes. In similaribus, quae sunt terrae species, ut lapidibus, lignis, facile cognoscere est praedominari siccum, si plus subsidet, quam ignis et caloris evaporatione evolat; quaedam vero, etsi nihil evaporet vel exhalet, vel parum, quia liquabilia sunt, maxime constare videntur humido et sunt aqueae naturae (quamvis humidorum evaporantia omnia sunt aqua, non autem omnia quae sunt aqua evaporant, propter metalla); quaedam sunt communia terrae et aquae, ut lac; quaedam terrae et aëri, ut mel; quaedam aquae et aëri, ut oleum. Vinum quando est novum, magis est terrae; quando est antiquum, magis est aëreum; novum magis evaporat et incrassatur maxime a calido et minus concrescit a frigido, item plus habet terrae, quia non est defecatum; hinc accidit ut plus sit incrassabile, ut patet ex eo quod Arcades illum in utribus inclusum exiccant fumo, ut subinde derasum bibatur. | In **56r C** illis, quae concrescunt frigido, quibusdam dominatur aqua, ut grandine, nive, pruina etc., quibusdam vero dominatur terra; quae concrescunt calido, ut caseus, nitrum, fictile. In fictilibus, quia totus humor exudavit, aperte dominatur terra; in quibus vero humidum propter suam viscositatem

---

1 aut *noi*: quam *C* 21 defecatum *noi*: desecatum *C*

consistit, videntur ex aequo esse terra et aqua, ut in his, quae sunt lacrimae arborum, veluti myrrha, thure, gummi et electro, quae frigido concrescunt, calido exudant. Omnia quae liquefiunt igne, sunt aquea magis aut communia aquae et terrae: primi generis nix, glacies; secundi, cera. Sic aurum, aes, stannum, plumbum, vitrum et multi lapides, qui liquescunt calido, aquae sunt, et quaedam, quae liquescunt frigido, ut urina, acetum, lixivium, serum et sanies. Terrae autem magis sunt cornua, ungues, ossa, nervi, ligna, pili, folia, cortex; item electrum, myrrha et omnia quae dicuntur lacrimae, terrea quidem sunt, sed minus; magis autem tophus, fructus, legumina et frumenta; amplius nitrum, sales et lapidum genera. Communia terrae, aquae et aëri sunt genitura, sanguis; sed hic magis est terrestris et incrassabilis, quia genitura resolvitur usque adeo ut exiccatae eius nihil appareat, non sic de sanguine; item sanguis frigore concrescit, genitura vero non, et a tepido aëre resolvitur, tota in spiritus abire videtur.

Quo pacto cognoscantur frigidiora et calidiora.

Postquam consideratum est, quae sunt humidiora et sicciora, consequitur doctrina et cognitio eorum, in quibus dominatur unum vel alterum activorum, calidum nempe vel frigidum. Primum ergo notandum, quod omnia, in quibus est plurimum aquae seu dominatur aqua, ea ipsa sint frigida de sua natura, calida vero esse possunt aliena caliditate, ut lixivium, urina et vinum; in quibus autem terra dominatur, ut plurimum sunt calida, ut calx et cinis. Frigidissima sunt, in quibus dominatur terra et aqua (ambo

---

2 e 11 lachrymae *C* 2 mirrha *C*, *ma cf. v. 10* 17. 18 *sic C*

enim componentia sunt frigida), nisi habeant alienam caliditatem, ut aqua fervens vel per lixivium colata; ea enim habet eam caliditatem ex cinere. In putrefactis inest caliditas quaedam peregrina, quae corrumpit propriam caliditatem et cum humido generat animalia. Dubia sunt, an calida sint an frigida sanguis, medulla, coagulum, genitura et similia; distinguenti vero dicendum, ea quidem esse calida, cum in sua natura constiterint, deficientia vero a natura sunt | frigida, quia concrescunt per exhala- 56v *C* tionem calidi. Quibusdam peregrina impressione accidit esse frigidissima et calidissima; metalla enim cum sint maxime concreta, frigidissima sunt, resoluta vero vel in via ad resolutionem sunt calidissima, quandoquidem tenacius retinent calorem conceptum et intensius urunt.

Operationem corporum magis esse manifestam quam substantiam.

Sunt quaedam, quae, cum transmutentur, manifeste ostendunt pluribus signis naturae mutationem, sicut quando ex ligno fit cinis, ex adipe fumus; in quibusdam vero non ita, sicut in membris hominis vivi et mortui. Aliquis enim existimaret eandem esse carnem vivi et mortui et eundem oculum, haec autem non minus aequivoce dicuntur, quam oculus pictus, lapideus et vivus; item fides seu testudo lapidea, et vera quae habet suam operationem et finem. Ratio ergo substantiae ab earum actibus seu operationibus indicatur, sicut et quaelibet forma per suas vires inspicitur, quandoquidem actus consequuntur potentiam, potentia vero essentiam. Ea ergo in una et eadem sunt specie, quae unam et eandem promunt operationem;

---

25 indicantur *C*

ita oculus qui non videt, lingua quae non gustat, caro quae non sentit, cum sentiente, gustante, vidente, aequivoce dicuntur. Quidam, cum ex carne valde deperditum fuerit, ut in inveteratis mortuis, tunc perspiciunt differentiam, sapientiores vero quamprimum sensus et vita; neque enim magis haec caro accedit speciei verae carnis, quam cum fuerit cinis. Sic enim in genere corporis inanimati est unum sicut alterum et ita non minus differt unum quam alterum secundum substantiam, quicquid sit de illa accidentali similitudine; sicut in istis est mutatio secundum substantiam, quae interdum difficile cognoscitur, ita et in aliis accidit, ut in plantis, aere, argento, sanguine et similibus, in quibus difficilior est cognitio.

---

5 cum primum *scriveremmo invece di* quamprimum (quumprimum ?), *intendendo* sapientiores vero differentiam perspiciunt, cum primum deperdita fuerint sensus et vita 9. 10 accentali *C* (?)

DE MAGIA

ET

THESES DE MAGIA.

C = Cod. Erlangens. 1279, M = Cod. di Mosca. La copia di C ci è stata favorita dal prof. Stölzle. I numeri che occorrono nel 'De Magia' al margine dei due codici, e noi abbiamo intercalati nel testo chiudendoli in parentesi, sono richiami dalle seguenti 'Theses de Magia'.

⟨DE MAGIA.⟩

58r *C*
7r *M*

Antequam De magia, sicut antequam de quocunque subiecto disseratur, nomen in sua significata est dividendum; totidem autem sunt significata magiae, quot et magi. Magus primo sumitur pro sapiente, cuiusmodi erant Trimegisti apud Aegyptios, Druidae apud Gallos, Gymnosophistae apud Indos, Cabalistae apud Hebraeos, Magi apud Persas (qui a Zoroastre), Sophi apud Graecos, Sapientes apud Latinos. Secundo sumitur magus pro faciente mirabilia sola applicatione activorum et passivorum, ut est medicina et chymia secundum genus; et haec est naturalis magia communiter dicta. Tertio magia est cum huiusmodi adduntur circumstantiae, quibus apparent opera naturae vel intelligentiae superioris ad concitandam admirationem per apparentia; et est ea species quae praestigiatoria appellatur. Quarto cum ex antipathiae et sympathiae rerum virtute, ut per ea quae pellunt, transmutant et attrahunt, ut sunt species magnetis et similium, quorum opera non ad qualitates activas et passivas reducuntur,

---

1 *tit. om. CM*   5. 6 Trimegisti *cf. ad es. de Lamp. Combin. p. 240, 3*   6 *sqq. Sigill. Sigillor. p. 181, 11*   11 est pharmacia medicina *M*[1]   14 concitandum *C*   16 anthipatiae (h *cancell.*) *C*

sed omnia ad spiritum seu animam in rebus existentem referuntur; et haec proprie vocatur magia naturalis. Quinto cum his adduntur verba, cantus, rationes numerorum et temporum, imagines, figurae, sigilla, characteres seu litterae; et haec etiam est magia media inter naturalem et extranaturalem vel supra, quae proprie magia mathemathica inscriberetur, et nomine occultae philosophiae magis congrue inscriberetur. Sexto si isti accessat cultus seu invocatio intelligentiarum et efficientum exteriorum seu superiorum, cum orationibus, consecrationibus, fumigiis, sacrificiis, certis habitibus et ceremoniis ad Deos, daemones et heroas, tunc vel fit ad finem contrahendi spiritus in se ipso, cuius ipse fiat vas et instrumentum, ut appareat sapiens rerum, quam tamen sapientiam facile pharmaco unâ cum spiritu possit evacuare; et haec est magia desperatorum, qui fiunt vasa malorum daemonum, quae per Artem notoriam exaucupatur: aut est ad finem imperandi et praecipiendi daemonibus inferioribus cum authoritate superiorum daemonum principum, hos quidem colendo et alliciendo, illos vero coniurando et adiurando, constringendo; et haec magia est transnaturalis seu metaphysica, et proprio nomine appellatur ϑεουργία. Septimo aut est adiuratio seu invocatio, non ad daemonas **58ᵛ C 7ᵛ M** et heroas, sed per istos ad hominum defunctorum animas acciendas, per eorum cadavera vel cadaverum partes ad oraculum aliquod suscipiendum, divinandum, cognoscendum de rebus absentibus et futuris; et haec species a ma-

---

2 vocantur *C* 4 sygilla *M*[1] characteres *C*: caracteres *M* 5 *dopo* magia *cancella* Naturalis *M* 7 *dopo* inscriberetur *cancella* unde Mathem *M* 8 accessat *CM*: *f.* accessit *o* accedat (*cf. p. 399, 2. 7 etc.*) 11 ceremonijs activa ad *M*[1] 12 daemonas *C, cf. v. 23. p. 401, 28 sqq. etc.* 19 his *M*[1] 22 Θεουργία *M*: theurgia *C*

teria et fine appellatur necromantia. Quod si materia non accedat, sed ab ἐνεργουμένῳ excantante facta spiritus in eius visceribus incubantis invocatione oraculum porrigatur, tunc est magus, qui proprie Pythonicus appellatur; ita enim ab Apolline Pythio in templo illius solebant 'inspiritari', ut ita dicam. Octavo aut incantationi utcunque acceptae accedant rerum partes, indumenta, excrementa, superfluitates, vestigia et omnia quae tactu communicationem aliquam concepisse creduntur: et tunc aut haec fiunt ad solvendum, ligandum et infirmandum, tunc constituunt magum qui appellatur maleficus, si ad malum tendant, si ad bonum, ad numerum medicorum referuntur, iuxta certam speciem atque viam medicinae; aut ad ultimam perniciem et exitium aspirant, tunc magos veneficos appellant. Nono magi dicuntur omnes qui ad divinandum quacunque ratione de rebus absentibus et futuris accinguntur, et isti generaliter divini a fine appellantur, quorum species primae aut sunt quatuor e principiis materialibus: igne, aëre, aqua et terra, unde dicuntur pyromantia, hydromantia, geomantia [illegible]

[illegible]

[illegible]

nomine magorum nostrates non inscribunt, apud quos pro indigna usurpatione magus male sonat, sed dicitur non magia, sed prophetia. Ultimo sumitur magus et magia iuxta significationem indignam, ut inter istas non annumeretur neque adnumerata habeatur, ut magus sit maleficus utcunque stultus, qui ex commercio cum cacodaemone et pacto quodam pro facultate ad laedendum vel iuvandum est informatus; et iuxta hanc rationem sonat non apud sapientes vel ipsos quidem grammaticos, sed a quibusdam usurpatur nomen magi bardocucullis, qualis fuit ille qui fecit librum De malleo maleficarum, et ita hodie **8r M** usurpatur ab omnibus huius generis scriptoribus, ut legere licet apud postillas, catechismos ignorantum et somniantium presbyterorum.

Nomen ergo magi quando usurpatur, aut cum distinc- **59r C** tione est capiendum antequam definiatur, aut si absolute sumitur, tunc iuxta praeceptum logicorum et specialiter Aristotelis in V. Topicorum pro potissimo et nobilissimo significatu est capiendum. A philosophis ut sumitur inter philosophos, tunc magus significat hominem sapientem cum virtute agendi. Stat tamen quod simpliciter prolatum sumitur pro eo quod communi voce significatur, et tunc alia communis vox est apud unum et aliud presbyterorum genus, qui multum philosophantur de quodam cacodaemone qui appellatur Diabolus, aliter iuxta communes mores diversarum gentium et credulitatis.

Hac praehabita distinctione generaliter magiam triplicem accipimus: divinam, physicam et mathematicam. Primi et secundi generis magia est necessario de genere

---

8 est ordinatus informatus *C* 10 bardocucullis (*il* b *può esser preso facilmente per* t) *M*: tardocucullis *C* 11 *dopo* et *cancella una parola di sei o sette lettere M*

bonorum et optimorum, tertii vero generis et bona est et mala, prout magi eadem bene et male utuntur. Quamvis in multis operationibus atque praecipuis haec tria genera concurrant, malitia tamen, idololatria, scelus et idolatriae crimen in tertio genere reperitur, ubi contingit errare et decipi, et per quod secundum genus per se bonum ad malum usum convertitur. Hic mathematicum genus non denominatur a speciebus mathematices communiter dictae, ut Geometriae, Arithmetices, Astronomiae, Optices, Musices etc., sed ab horum similitudine et cognatione; habet enim similitudinem cum Geometria propter figuras et characterismum, cum Musica propter incantationem, cum Arithmetica propter numeros, vices, cum Astronomia propter tempora et motus, cum Optica propter fascinia, et universaliter cum universo Mathematices genere, propter hoc quod vel mediat inter operationem divinam vel naturalem, vel participat de utraque, vel deficit ab utraque, sicut quaedam media sunt propter utriusque extremi participationem, quaedam vero propter utriusque exclusionem, secundum quem modum non tantum media dici potest, quantum tertium quoddam genus, non tantum inter utrumque, quantum extra utrumque. Ex dictis autem speciebus manifestum est quomodo divina, quomodo physica, quomodo alia ab his species est.

(IV th.) Ut autem ad particularia modo deveniamus, habent magi pro axiomate, in omni opere ante oculos habendum, influere Deum in Deos, Deos in (corpora caelestia seu) astra, quae sunt corporea numina, astra in dae-

4 idololatria *e* idolatriae] *sic CM* 16 quod.... (verò?) vel *M*[1] 21.22 utrunque *tutte e due le volte M* 23 phisica *M* 24 alia his ab his *M*[1] 27 *dopo* Deum *cancella* in angel *M* 27.28 Deos (in corpora caelestia seu) *M*: Deos (in corpora coelestia) seu *C*

monas, qui sunt cultores et incolae astrorum, quorum unum est tellus, daemones in elementa, elementa in mixta, mixta in sensus, sensus in animum, | animum in totum animal, **8v M** et hic est descensus scalae; mox ascendit animal per animum ad sensus, per sensus in mixta, per mixta in elementa, per haec in daemones, per hos [in elementa, per haec] in astra, per ipsa in Deos incorporeos | seu aethereae substan- **59v C** tiae seu corporeitatis, per hos in animam mundi seu spiritum universi, per hunc in contemplationem unius simplicissimi optimi maximi incorporei, absoluti, sibi sufficientis. Sic a Deo est descensus per mundum ad animal, animalis vero est ascensus per mundum ad Deum; ille est in cacumine scalae, purus actus et activa potentia, lux purissima, in scalae vero radice est materia, tenebrae, pura potentia passiva, sic potens omnia fieri ex imis, sicut ille potens omnia facere ex supernis. Inter infimum et supremum gradum sunt species mediae, quarum superiores magis participant lucem et actum et virtutem activam, inferiores vero magis tenebras, potentiam et virtutem passivam.

Unde omnis lux, quae est in inferioribus, cum ad ea per superiora perveniat, eminentius est in superioribus; omnes quoque tenebrae, quae sunt in superioribus, fortius sunt in inferioribus. Non aequa tamen ratio est atque efficacia tenebrarum et lucis; lux enim diffunditur et penetrat usque ad ima et profunda tenebrarum, tenebrae vero non ita purissimum lucis orbem attingunt: itaque lux comprehendit tenebras, vincit et superat per infinitum,

---

2 mista, mista *CM*, *e similmente v. 5* 3 in animam, animum in totum *C* 4 schalae *CM* 6 *abbiamo cancellato* in elementa, per haec 7 incorporeae *C* 13 schalae *C* 22 pervenit *C* 24 *sqq. cf. sopra p. 31, 1 sqq.* 28 comprachendit *C*

tenebrae vero nedum non comprehendunt neque exuperant neque exaequant lucem, sed mire deficiunt ab illius proportione.

(th. v.) Iuxta tres praedictos magiae gradus tres mundi intelliguntur: archetypus, physicus et rationalis. In archetypo est amicitia et lis, in physico ignis et aqua, in mathematico lux et tenebrae. Lux et tenebrae descendunt ab igne et aqua, ignis et aqua a concordia et discordia; itaque primus mundus producit tertium per secundum, et tertius per secundum reflectitur ad primum. Praetermissis istis, quae ad eam, quae superstitiosa habetur, magiam principia spectant, quae, qualiacunque sint, indigna sunt vulgo, ad eorum tantum contemplationem convertemur, quae ad sapientiae supplementum conducunt, et melioribus ingeniis sufficere possunt; tametsi nullum magiae genus noticia et cognitione sit indignum, quandoquidem omnis scientia est de genere bonorum, sicut dicit Aristoteles in prooemio De anima, cui Thomas cum aliis magis contemplativis theologis astipulatur, omnis tamen a profano et scelesto vulgo et multitudine procul fieri oportet, quandoquidem nihil ita bonum est, quod per impium et sacrilegum et per

---

1 .v. non (nedum) *M* comprachendunt *C* 5 imaginantur (intelliguntur) (*ma* imaginantur *cancellato*) *M* 6. 7 *dopo* mathematico *cancella* tenebr *M* 7 *sqq.* Mundus mathematicus seu logicus seu rationalis per physicum migrat in mundum archetypum, tum contemplatione, tum operatione, ut etiam bene quidam theologus dicit (Rom. I) ....is his verbis 'invisibilia Dei a creatura mundi', ÷ (*cioè* hoc est) ab homine seu mundo rationali, 'per ea quae facta sunt', ÷ per mundum physicum, 'intellecta, conspiciuntur'. Item alius (?) Theologus (Ioan. I) de verbo loquens dicit 'in mundo erat', ÷ archetypo, 'et mundus per ipsum factus est', ÷ physicus, 'et mundus eum non cognovit', ÷ logicus *in marg. M*: Rom. I. Invisibilia Dei a creatura mundi etc. Ioan. I. In mundo erat etc. *in marg. C* 11 magia *C* 12 sint *M*: sunt *C* 13 conversemur *C* 17 proömio *CM* 19 theologis *om. C* adstipulatur *C* *forse* omnem, *ma cf. ad es. p. 369, 15 sq.* prophano *CM* 21 quod *CM*: *l.* quin (*o forse più probabilmente* ⟨non⟩ convertatur *a p. 404, 2*)

se scelerosum hominum genus in perniciem potius quam in utilitatem consortis generis convertatur.

(th. VI.) In genere duplex est efficiens: natura et volun- **9r M** tas. Voluntas mox triplex est: homo, humana, daemonis et divina. Natura in proposito est duplex: intrinseca et extrinseca. Intrinseca adhuc est duplex: materia seu subiectum, et forma cum virtute naturali. Extrinseca quoque duplex: quae potius naturae effigies dicitur, vestigium et umbra seu lux, et illa quae manet in re et in superficie subiecti, sicut lux et calor in sole et in aliis calidis, et illa quae emanat et effluit e subiecto, sicut lux quae funditur a sole et reperitur in rebus illuminatis, et calor qui cum luce in sole et reperitur in rebus calefactis. | Ex istarum causarum numeri **60r C** contemplatione possumus descendere ad diffundendam virtutem seu producendos effectus a prima causa per medias usque ad proximas et infimas, limitando causam universalem, quae non respicit plus hoc subiectum quam illud, ad effectum particularem disponendo plus hoc subiectum quam sit dispositum, quandoquidem stante eadem causa et virtute causae immutabili, pro diversa subiectione et administratione materiae contrarii (non solum diversi) producuntur effectus, unde ex parte principii efficientis sufficit unum et simplex illud, sicut unus sol, unus calor et una lux, conversione et aversione, appropinquatione et elongatione, mediate et immediate facit hiemem, aestatem,

---

4 homo *da cancellare?* 5 II Physicor. (physic. *C*) *in marg.* *CM* 7 *dopo* forma *cancella* seu vir *C* 9 et Illa *M*: illa *C* 12 *forse* sole ⟨est⟩ et 19 dispositivum *C* 19 *sqq.* Una causa diverso respectu, non sui ad alias, sed aliarum ad ipsam, loquendo de causa immutabili, qualis habetur videlicet ☉ (*cioè* sol) et caelum, quia ☉ non fit magis calidus et magis (*da aggiungere* frigidus?) et tamen contraria facit; et item substantiae separatae quae immobiles movent *in marg.* *M* 21 (non solum) diversi *C* 25 hyemem *CM*

diversas et contrarias tempestatum et ordinum dispositiones. Ex eodem etiam materia, si credere volumus his qui vulgariter nominata elementa invicem transmutabilia suspicantur, quorum princeps fuit Plato, qui aliquando una materia et uno efficiente est contentus ad omnium productionem. Sed quicquid sit de operatione respectu primi operatoris et universalis, sive unum sive plura assumat materialia principia, quicunque est in genere secundarum causarum, sive homo sit sive daemon, est quod iuxta multitudinem et varietatem specierum operabilium recognoscat materias plures, habentes actum seu formam, per quem possit subiectum fundere aliquid extra se.

(§ VIII.) Virtutum seu formarum seu accidentium, quae de subiecto in subiectum deferuntur, aliae sunt manifestae, ut quae sunt in genere activarum et passivarum qualitatum, et earum quae immediate consequuntur eas, ut sunt calefacere frigefacere, humectare siccare, mollificare indurare, congregare disgregare; aliae sunt occultiores iuxta occultos etiam effectus, ut exhilarare contristari, appetitum | vel **9v *M***
taedium immittere, timorem et audaciam, ut sunt motiva ab extrinsecis speciebus per opus cogitativae in homine et aestimativae in brutis appellant, quibus puer seu infans viso serpente et ovis viso lupo absque alia experientia concipit imaginem inimicitiae seu timorem mortis seu destructionis suae, quorum ratio refertur ad sensum internum, qui sane ex speciebus externis commovetur, mediate

---

3 *f.* ⟨in⟩ invicem 6 *sqq.* Agentes quanto magis particulares, tanto multiplici magis .... (materia ?) seu numerosa opus habent; universales res paucioribus principiis materialibus; universalissimae una eaque (?) simplicissima materia, quae est ipsa possibilitas *in marg. M* 11 *innanzi a* materias *cancella quattro o cinque lettere M* 22 *dopo* brutis *sarà da segnare una lacuna, quando non si volesse cancellare* sunt *al v.* 20 22 *sqq. cf. a Sigill. Sigillor. p.* 168, 2

tamen. Natura enim ut dedit esse speciebus, item et appetitum unicuique rei conservandi se in praesenti statu, ita etiam impressit internum quendam spiritum, seu sensum dici mavis, rebus omnibus, quo maxime inimica ex quadam superscriptione cognoscant et fugiant, quod non solum in exemplificatis speciebus esse videmus, sed etiam in omnibus quae, emortua et manca esse videntur, in quibus nihilominus inest spiritus praesentem speciem conservare concupiscens pro viribus omnibus; ipsum in guttis cadentibus, | quae, ne decidant, conglobantur, et in his quae ce- **60^{v} *C*** ciderunt, quae, ne diffluant et dispergantur, ad centrum adnituntur et ad globum se suis partibus fulcire nituntur; item in paleis seu festucis in ignem iniectis et pelliculis seu membranis, quae subsultant et quodammodo corruptionem suam refugiunt. Hic sensus quidam est in rebus omnibus quidem insitus et vita, quem pro more vulgi non dicimus animalem, ad animam particularem referendo, siquidem neque animalia istae partes possunt appellari, in ordine tamen universi, quem spiritus unus undique diffusus, atque sensus ubique et undique pro captu rei sentit tales effectus et passiones, in rebus omnibus licet contemplari. Sicut enim anima nostra ex toto corpore totum opus vitae producit primo et universaliter, mox tamen quamvis tota est in toto et tota in qualibet parte, non tamen ideo totum facit ex toto et totum ex qualibet parte, sed facit videre in oculo, audire in aure, gustare in ore | (quod si ubique esset ocu- **10^{r} *M*** lus, undique videret, si ubique organa essent omnium sen-

---

1. 15 *cf. sopra a p. 154, 13* 2 conservantis *CM* 9 ipsum] *cioè* videmus; *o forse* item? 13 pateis *C (?)* seu festucis *aggiunge in marg. M* 16 quidem *om. C* 19 quem *CM*: *forse* quoniam 20. 21 sentit tales effectus, et passiones in *M*: sentit, tales effectus, et *etc. C* 23 *dopo* tamen *cancella* ut tota *M*

suum, undique omnino sentirent), ita et anima mundi in toto mundo, ubicunque talem est adepta materiam, ibi tale producit subiectum et inde tales edit operationes. Quamvis ergo aequaliter sit ubique, non aequaliter ubique agit, quia non aequaliter disposita ubique illi materia administratur. Sic ergo sicut anima tota est in toto corpore, et in ossibus et in venis et in corde, non magis praesens uni quam alteri parti, nec minus praesens uni quam omnibus et omnibus quam uni, tamen hic facit nervum esse nervum, ibi venam esse venam, ibi sanguinem esse sanguinem, ibi cor esse cor. Et ut istis accidit immutari vel per efficientem extrinsecum vel per intrinsecum princípium passivum, ita et actum animae alium atque alium fieri necesse est. Hoc est praecipuum principium et radix omnium principiorum, ad reddendam causam omnium mirabilium quae sunt in natura, nempe quod ex parte principii activi, et spiritus seu animae universalis, nihil est tam inchoatum, mancum et imperfectum, tandemque ad oculos opinionis neglectissimum, quod non possit esse principium magnarum operationum; quin immo ut plurimum resolutionem ad huiusmodi fieri oportet, ut novus quasi mundus generetur ex ipsis. Utut enim auro similius sit aes quam cinis aeris, et illius perfectioni similius quam cinis ex aere, tamen in transmutatione hic cinis aeris propinquior est formae auri quam aes, ut etiam videmus semina omnia, quae proxima | sunt producendae speciei, **10v *M*** propius accedere ad hoc ut sint species ipsae, quam aliae species quantumlibet adsimiles et proximae et | cognatae. **61r *C*** Qui aliter credit in aequo est atque aliquis existimans facilius simiam formari posse in homi-

1 omnino undique *C* 2 adepta est *C* 4 aequabiliter *la prima volta M*[1] 13. 14 principium praecipuum *C* 20 im̄o *M*: imo *C* 23 similis *C* 29 formare *C*

nem, quam semen iniectum in matricem, quod proxime erat nutrimentum seu panis. Nihilominus tamen similitudinem et eiusdem speciei formam in omni productione necessarium est adesse, ut in artificialibus ab exemplari, quod est in mente artificis, fit domus et vestis, in productione naturali ab exemplari, quod est proximius materiae formandae, producuntur et definiuntur rerum species; ut videmus eandem nutrimenti speciem, idem caelum et aquam et domicilium converti in substantiam, canis in cane, hominis in homine, felis in fele, et per idem canis generat canem, homo hominem; ubi apertum est, quod tota discriminis causa est propter ideam, quae praesentatur ubique naturae generaliter et postea limitatur ad hanc et illam speciem, ut haec est proximior vel illa. Ita et magus quicunque vult perficere opera similia naturae, est quod praecipue cognoscat ideale principium, specificum quidem a specie, moxque numerale ad numerum, seu individuale ad individuum. Hinc illa imaginum fabrica, et materiae ita formatae portio, et non sine evidenti causa et virtute magi et philosophia confirmante effectum, multi maleficia et medicinam exercent per destinatas quasdam figuras cum certis partibus, vel his quae aliquam communicationem, participationem habent cum re maleficianda vel medenda, et ita opus contrahitur et limitatur ad certum individuum.

Et ex harum rerum experientia, aliis pratermissis rationibus, manifestum est omnem animam et spiritum habere quandam continuitatem cum spiritu universi, ut non solum ibi intelligatur esse et includi, ubi sentit, ubi vivificat, sed etiam in immensum per suam essentiam et

---

3 in omnia omni *M*[1] 4 quod] qui *CM* 6 proximus *C* 8 coelum *C* 12 idaeam *CM* 13 hanc vel illam *bene C* 16 *forse* ad speciem ? 23 *f.* maleficienda *M*[1] 28 intelligatur ibi *C*

substantiam sit diffusus, ut multi Platonicorum et Pythagoricorum senserunt. Hinc est quod species distantissimas visu apprehendit subito absque motu, absque hoc videlicet quod progrediatur oculus vel aliquid oculi repente ad stellas, vel repente a stellis ad oculum. Porro animus ipse cum sua virtute | praesens est quodammodo universo, utpote **11^r *M*** talis substantia, quae non est inclusa corpori per ipsam viventi, quamvis eidem obligata, adstricta. Itaque certis remotis impedimentis, statim subitoque praesentes habet species remotissimas, quae non per motum illi coniunguntur, ut nemo inficiabitur; ergo et per praesentiam quandam. Ipsum et experientia docet in ipsis, qui abscisso naso novum sibi ex aliena carne succrescere fecerunt membrum; siquidem obeunte diem illo cuius erat caro, iuxta modum quo putrescit corpus illius, etiam mutuatus nasus ille putrescit. Hinc manifestum est animam plus se diffundere extra corpus, per totum horizontem suae naturae. Hinc accidit ut non solum sua membra cognoscat, sed etiam omnia cum quibus aliquem usum et participationem et communionem contraxit. Neque est argumentum quod stupidi adducunt, carentes vero philosophiae principio, quod alio tacto aliud non sentit; | quod sane uno modo est verum, **61^v C** distinguendo speciem a specie, individuum ab individuo, falsum autem est distinguendo partem a parte. Sicut enim si quis perstrinxerit digitum vel acu pupugerit unam corporis partem, totum subinde corpus turbabitur secundum omnia membra, non secundum illam solum partem, licet ab illa parte solum; (XIV thes.) ita cum animus cuiusque unius

---

3 appraehendit *M* 5 Porro su animus *M*[1] 15 mutilatus *C*
22. 23 est verum (*ma* verum *è corretto*) distinguondo *M*: est, vero distinguendo *C* 24 distinguendum *C*

continuationem habeat cum anima universi, non sequitur ea impossibilitas, quae fertur in corporibus, quae non se mutuo penetrent; siquidem in substantiis spiritalibus huiusmodi alia est ratio, veluti si innumerae lampades sint accensae, quae concurrunt in virtutem unius luminis, non accidit ut alia alius lumen impediat vel retundat vel excludat. Simile de multis vocibus simul per eundem aërem diffusis, item de multis radiis visualibus, ut more vulgi loquamur, quia ad idem visibile totum concipiendum explicantur, ubi omnes per idem medium penetrant, et alii oblique et recte, et non propterea alii alios obtundunt: ita innumerabiles spiritus et animae per idem spacium diffusae non se impediunt, ita ut diffusio unius diffusionem infinitarum aliarum impediat.

Talis virtus cum sit non solum animae, sed et accidentium quorundam, sicut | vocis, lucis, visus, ea ratione **11v *M***
qua anima est tota in toto et qualibet parte corporis, et tota circa se extra corpus suum totas species longe sepositas atque diversas apprehendit, signum est quod secundum actum primum et substantiam non est inclusa corpori, non est videlicet circumscriptive in corpore, sed definitive tantum ad actus secundos in ipso et secundum ipsum explicandos. Ecce principium quo innumerabilium effectuum, qui admirationem faciunt, causa adducitur, ratio et virtus inquiritur; neque deterioris conditionis debet esse anima et substantia haec divina, quam accidentia quae procedunt ab ipsa tanquam eius effectus, vestigia et umbrae. Si inquam vox operatur extra proprium corpus, in quo enascitur, et est tota in innumerabilibus auribus circumcirca,

2 *dopo* corporibus *cancella* ne possint *M* 3 spralibus *M*: spiritualibus *C* 14 impediant *CM* 17 est tota *M*: tota est *C* 19 apprehendit *CM*, *e similmente altrove* 27 tamquam *C*

cur non tota debet esse in diversis locis et partibus ea substantia quae vocem producit, et alligata certis membris?

Ad haec illud est quoque observandum, quod intelligentiae occultae non ad omnia idiomata aures advertunt aut intelligentiam; voces enim, quae sunt ex institutione hominum, non ita attenduntur sicut voces naturales. Propterea cantus, praecipue autem horum tragici (sicut notat Plotinus), in dubiis animae maximam habent efficaciam. Similiter et omnes scripturae non sunt eius momenti, cuius sunt characteres illi, qui certo ductu et figuratione res ipsas indicant, unde quaedam signa | in invicem inclinata, se **62r *C*** invicem respicientia, amplectentia, constringentia ad amorem; adverse vero declinantes, disiectae ad odium et divortium; concisae, mancae, disruptae ad perniciem; nodi ad vincula, explicati characteres ad dissolutionem. Et haec non sunt in quadam certa et definita forma, sed quilibet, pro dictamine sui furoris seu impetu sui spiritus, in ipsius operis patrationem, ut aliquid desiderat aut execratur, ita utcunque rem quodam impetu nodis ipsis sibi designans et veluti praesenti numini experitur certas vires, quas nullo eloquio et elaborata oratione vel scriptura experiretur. **12r *M*** Tales erant litterae commodius definitae apud Aegyptios, quae hieroglyphicae appellantur seu sacri characteres, penes quos pro singulis rebus designandis certae erant imagines

3 quoque est *C* 4 *sqq.* Quia daemones et intelligentiae separatae non per doctrinam et disciplinam, consuetudinem et experientiam discunt, sed per innatas et natura ipsa inditas species intelligunt et apprehendunt; ideo voces quae in nova institutione consistunt (*tre parole cancellate*) et pereunt, sicut folia in arboribus decidunt et renovantur, non sunt ad propositum, quicquid sit de animis qui recenter a corporibus migraverunt, quibus inesse creditur illud idioma quod didicerunt immutabiliter usque ad novam vitam *in marg. M* 8 habet *CM* 10. 15 *e* 23 caracteres *CM* 11. 21 *sic*; *del resto cf. il volume 'Alb. Magni, De secretis mulierum' etc.* (*Amst. 1662*) *p. 174 sq.* 14 concise *M*[1] 19 impetu naturae nodis *M*[1] 20 *forse* numine? 28 quae *M*: qui *C*

desumptae e rebus naturae vel earum partibus; tales scripturae et tales voces usu veniebant, quibus Deorum colloquia ad mirabilium exequutionem captabant Aegyptii; postquam per Teutum vel alium inventae sunt litterae secundum hoc genus quibus nos hodie utimur cum alio industriae genere, maxima tum memoriae tum divinae scientiae et magiae iactura facta est. Itaque ad illorum similitudinem quibusdam hodie fabrefactis imaginibus, descriptis characteribus et ceremoniis, qui consistunt in quodam gestu et quodam cultu, quasi per certos nutus vota sua explicant Magi quae intelligantur, et haec est illa Deorum lingua, quae aliis omnibus et quotidie millies immutatis semper manet eadem, sicut species naturae manet eadem. Eadem ratione numina nos alloquuntur per visiones, per insomnia, quae licet nobis aenigmata appellentur [tamen] propter desuetudinem et ignorantiam et hebetudinem nostrae capacitatis, tamen sunt ipsissimae voces et ipsissimi termini rerum repraesentabilium; sicut autem se habent istae voces ad nostrum captum, ita etiam se habent [se] nostrae voces latinae, graecae, italicae, ut audiantur et intelligantur a numinibus aliquando superioribus et aeviternis, qui differunt a nobis in specie, ita ut non facile nobis possit esse commercium cum illis, magis quam aquilis cum hominibus. Et sicut homines unius generis cum hominibus alius generis sine idiomatum communione non est conversatio neque contractio, nisi per nutus, ita et nobis cum certo numinum genere, non nisi per definita quaedam signa, sigilla, figuras, characteres, gestus et alias ceremonias, nulla potest esse participatio. | Qui ma- **12ᵛ *M***

1\. 2 tales scripturae *Stölzle* (?): talem scripturam *C* (?) *e M* 3 *forse* ⟨sed⟩ postquam ? 8 *e* 27 caracteribus *etc. CM* 9 qui *M*: quae *C* 11 haec est illa *M*: illa est *C* 12 mutatis *C* 15 *cancelliamo* tamen 19 se habent se *CM* 21 aeviternis *M*: intornis *C* 23 *l.* sicut hominibus unius 25 conversō *M*: conversio *C* (?) 28 Qui *etc.*] *forse* Cuius ?

giae ergo praesertim ea specie, quae theurgica est, sine huiusmodi vocibus et scripturis vix quippiam poterit magus promovere.

De respectu ad communionem seu consortium rerum. 62v C

Inde credere et considerare licet causam, qua non solum actio est ad propinqua, sed etiam ad remota secundum sensum; secundum rem enim, ut supra dictum est, per communionem spiritus universalis, qui est totus in toto et qualibet mundi parte. Unde evenit, ut sicut diversa lumina simul in eodem spacio concurrunt, ita et diversae secundum potentiam vel actum, secundum finitum sive secundum infinitum numerum animae in universo consociantur, corpora non ita, quorum esse circumscriptive a propria superficie seu peripheria definitur, quaeque secundum diversas partes etiam et innumerabiles in diversis et innumerabilibus locis consistunt (ubi locum intelligimus spacium). Sic ergo corpus nullo pacto agere potest in corpus, neque materia in materiam, neque eiusdem materiae partes et corporis in alias corporis partes agere possunt, sed omnis actio est a qualitate, a forma et tandem ab anima. Haec primum immutat dispositiones, ut deinde dispositiones mutent corpora. Sic corpus agit in corpus distans et in propinquum et in propriis partibus per consensum quendam, copulam et unionem, quae est a forma; et quia propterea omne corpus ab anima regitur seu spiritu quodam partes partibus connectente, ut accidit unam animam agere in alteram ubique et undique sibi propinquam, ita etiam necessario evenit, ut agat in corpus, ubicunque est

---

[illegible] C [illegible] M [illegible] supra est, [illegible] M [illegible] M [illegible] M [illegible] M [illegible] C [illegible] M

illud quod illi animae subministrat atque subest. Qui noverit ergo hanc animae continuationem indissolubilem et eam corpori quadam necessitate astrictam, habebit non mediocre principium, tum ad operandum, tum ad contemplandum verius circa rerum naturam. Et | hinc prompta erit ratio qua **13r *M*** non datur vacuum, nempe spacium sine corpore; neque etenim corpus unum ab uno loco recedit, nisi succedente altero. Anima enim corpus proprium in vita destituit, universum vero corpus ne quidem destituere potest, vel si mavis dicere ab universo corpore destitui; relinquens enim unum simplex seu compositum, in alterum seu compositum seu simplex deferetur, vel ab uno relicta corpore ab alio praevenitur vel subvenitur. Itaque indissolubilem habet nexum ad universalem materiam; quapropter cum ipsius natura sit ubique tota et continua, ubique materiam corpoream consistentem agnoscit. Hinc sequitur conclusio vacuum non esse utpote quod sit spacium sine corpore, sed vacuum esse utpote spacium in quo diversa corpora sibi succedant et moveantur. | Hinc etiam continuus motus est **63r *C*** partium corporis unius versus partes corporis alterius, nempe per continuum spacium et non interruptum quasi vacuo inter plenum et plenum mediante, nisi vacuum velimus appellare spacium in quo nullum corpus est sensibile.

(XVIII th.) Corpus vere continuum est corpus insensibile, spiritus nempe aëreus seu aethereus, et illud est activissimum et efficacissimum, utpote animae coniunctissimum

---

3 adstrictā *C*: astricta *M* 19 modus *M*[1] 23 more eorum qui idem appellant vacuum et locum quo aer est *marg. senza richiamo M* 24 *la postilla col numero della 'Thesis'* (18) *è a p. 415, 2 in M* 25. 26 est activissimum et aptissimum efficacissimum (aptissimum *è cancellato*) *M* 26 spiritum appellamus corpus subtile insensibile, animam vero substantiam gubernantem ubique totam *marg. M*

propter similitudinem, qua magis recedit a crassitie hebetioris substantiae sensibilis compositorum. Esse corpora insensibilia et spiritualia praedictae efficaciae, et a quibus vere in corporibus sensibilibus ipsis omnis est virtus, indicat aëreus ipse spiritus, qui mare universum concutit et discutit, et invictissimus ventorum impetus, qui serenissimo existente aëre purissimoque concutit terram, frangit arbores, diruit aedificia. Ut optime notat Lucretius, hoc corpus spiritale est quod omnia operatur in ipsis sensibilibus, unde ipsum ab anima differre non arbitrabantur plurimi philosophorum; | unde illud poetae ‘quantum ignes animae- **13ᵛ *M***
que valent’, hoc est aër. Ignis quoque, qui non in crassa materia consistit, ut carbones, et unde dicuntur ignita corpora, ab aëre non differre intelligitur nisi accidente quodam. Immo verus ignis est verus spiritus, qui in ignito est consistens, torpens; extra ignita est existens, vegetans; in flamma est in media quadam dispositione, veluti motu quodam. Per hunc spiritum diversimode formantur corpora diversa et animalia. Si non omnia corpora composita sunt animalia, omnia tamen animata intelligere oportet, nempe in omnibus unius generis animam, licet non unius et eiusdem actus, propter alias et alias materiae dispositiones

---

9 sprale (*invece v. 3* sprualia) *M*: spirituale *C* 10 arbitrab*ntur *M*: arbitrantur *C* 11 *Verg. Aen. 8, 403*; *cf. sopra p. 183, 3* *nel margine, in parte lacerato, di M si legge* Lucret. V.° (*cioè v. 235 sqq.*) Principio quoniam terrai [illegible] et humor [illegible] rumque leves (?) animae calidique va[illegible] ..... animal, corpus animatum et corpus inanimatum attrahens animam ..... [illegible] in .... anima ... ubique materiam (?) .... consideranti tertius et quartus (?) modus non .... habentis *etc.* (*anche nel resto non riesciamo a leggere che singole parole*). *Forse l' ultima parte di questa nota si riferisce a v. 18* Per hunc spiritum *etc.*, *dove c' è un segno di richiamo* 12 Ignis *M*¹ (?): Ignes *C corr. M* crassa *C*: erata, *a quel che pare*, *M* 13 consistunt *CM* 14 *avanti a* non *cancella* inff *M* 15 im̃o *M*: imò *C* 16 *dopo* torpens *cancella* in flamma *M* 19 animalia si non *etc. CM*; *f.* animalia. Etsi enim non *etc.* ?

et idearum obiectus. Hinc accidit ut, cum diversae sint formae et contrariae, nec non ratione et differentia, quibus alia cum aliis concurrant, ita etiam contraria sint loca appulsus et impetus, et alia fugiant ab aliis et alia persequantur alia, quod totum a compositionis conditione proficiscitur.

Utque omnia in proprio esse conservari desiderant, ita et invita a loco propriae conservationis et consistentiae divelluntur et non sine forti resistentia repugnant, quae adeo fortis est, ut non prius sol vel ignis aquam ad se trahat per aëreum spacium, quam illam aëri assimilaverit, nempe in vaporis consistentiam converterit; quod ubi factum fuerit, tunc illa substantia quae erat aqua non invita trahitur, sed eodem appulsu quo allicitur, per se ipsum etiam veluti consentiendo contendit, itaque paulatim magis atque magis ad ignis similitudinem accedens, fit tandem ipse ignis. E contra corpus, quod in forma ignis subtilissimum a spiritu | continetur, ordine contrario concrescens **63^v *C*** seu crassescens in aquae remigrabit speciem. Sic ergo ab aqua ad vaporem, a vapore in aërem, ab aëre in tenuissimum et penetrativissimum aethereum corpus eiusdem substantiae | et materiae fit immutatio, quam Aegyptii, Moises, **14^r *M*** Diogenes Apolloniates appellant spiritum, sed differunt, quia Moises spiritum ab anima non distinguit (ex editis verbis; de sensu enim illius non iudicamus), illi vero distinxerunt. Alia substantia est arida seu atomi, quae sunt

---

2 *dopo* ratione *cancella una parola di sette lettere M* 3 concurrant *C*: concureant (*sic*) *M* 7 Ut quae *CM* 8 in vita *M*[1] 8 *sqq.* Aqua cum tenuata (?) fuerit in vaporem non solum perstat ...... verso ordine .... speciem relabitur (*il resto per noi illeggibile*) *marg. M* 11 trahat, quam per *M*[1] 14 *dopo* sed *cancella* cum (?) appul *M* 15 velut *C* 21 pe-ti-netrablissimum (*sic*) *M* ethereum *C* 24.25 (ex—iudicamus) *in marg. al rigo che finisce con* distinguit *M*: *nel testo dopo* quia Moises *C*

corpora indissolubilia, solidissima, per se nullam continuitatem habentia neque divisibilitatem, et propterea convertibilia non sunt in aliud corpus; substantia enim aquae seu spiritus seu aëris, quae eadem est, nunquam in substantiam atomorum seu aridae commigrabit, neque e converso.

Summa et divina et vera, utpote maxime naturae consona, philosophia est, quae rerum principia posuit aquam, seu abyssum seu stygem, item aridam seu atomos seu terram (non inquam tellurem), item spiritum seu aërem seu animam, et quartum lucem; haec enim ita sunt ab invicem distincta, ut unum non possit unquam in alterius naturam transformari, sed bene concurrunt haec et associantur, ubi magis, ubi minus, ubi omnia, ubi quaedam.

De motu rerum duplici et attractione.

Duplex est rerum motus: naturalis et praeternaturalis; naturalis qui est a principio intrinseco, praeternaturalis qui a principio extrinseco; item naturalis qui est conveniens naturae, consistentiae vel generationi, praeternaturalis qui non. Et hic est duplex: violentus, qui est contra naturam: et ordinatus seu coordinabilis, qui non repugnat naturae. Motus naturalis communiter loquendo secundum omnia genera seu omnes categorias habetur, non discernentibus inter motum et mutationem. In praesentiarum omnibus aliis motibus et eorum speciebus omissis, de motu secundum locum naturali considerantes dicimus ipsum esse

3 substantiae *CM* 4. 5 in substantia *(?) M* 7 naturae maxime *C* 9 abissum seu stigem *CM* 10 non tellurem, quia composita est terra et aqua *nota marginale in M* 12 alterius * * * * naturam *M* 16 praternaturalis, violentus *M*

duplicem: alterum rerum naturaliter constitutarum et in proprio loco degentium, et hic motus aut est circularis, aut circularem motum imitatur; alius est rerum naturalium non naturaliter constitutarum, et hic motus est rectus. Rectâ | enim aër movetur ad vacuum complendum; rectâ **14v M** lapis per aërem, et corpora graviora per aquam penetrando deferuntur, ut locum, in quo vel naturaliter quiescant vel moveantur, habeant; rectâ, quantum possibile est, contrarium fugit a contrario, ut fumus, vapor, aqua ab igne (per eam enim lineam citius ad distantiora perducitur); rectâ etiam simile tendit ad simile et conveniens sibi, ut palea ad ambram, ferrum ad magnetem, ut melius et satius con|quiescant vel commoveantur. Est tertia species motus, **64r C** qui est partium omnium et fluxus et influxus ab omnibus corporibus naturalibus, quae circum undique aliquid secundum multiplicem rationem a se ipsis eiaculantur; et hic motus in praesentiarum appelletur sphaericus. Non enim est secundum unam lineam rectam vel ut a medio, vel ut ad medium, vel circa medium, sed secundum infinitas lineas velut ab eodem centro, quandoquidem a toto convexo perimetro seu superficie ab interno aliquid corpora omnia excutiunt et emittunt, rursum etiam in se ipsa recipiunt et immittunt; adolescunt autem atque vigorantur, quando convenientiorum influxus superat effluxum, e contra vero senescunt, decrescunt, torpent, quando extraneorum influxus et naturalium effluxus fit maior, tandemque ex ista causa corruptio inest rebus et mutatio, quae mutatio omnis seu alteratio et dissolutio * * *. De duobus primi generis motibus

---

4 constitutatarum seu et M^1 14 omnium ex i........ et M^1 25 decrescunt *M*: crescunt *C* 26 fit *M*: sit *C* 27. 28 *sic CM*; *abbiamo segnata una lacuna, sebbene non riesciamo ad immaginare cosa nella lacuna ci fosse*

nulla est controversia secundum sensum, ut eorum consideratio et enumeratio est vulgata; penitius vero consideranti tertius non modo verus atque conveniens, sed etiam necessarius invenietur. Ille sensibilis est maxime in illis, quae maxime sensibiles habent qualitates, ut in igne, qui non ad unum latus seu unam partem calefacit, sed circum undique, ubi repente exuscitatur, circum undique inflammat, illuminat; ita et vox, sonus, medio circum undique aequaliter disposito, circum undique aequaliter penetrat. Item secundum sensum olfactus est manifestum a **15ʳ M**
rebus odoriferis continuo partes aliquas effluere; neque enim accidens illud sine certis partibus vel certa substantia diffluente compositum circumprogreditur. Similiter cum specie, simulacro et huiusmodi sensibilibus accidentibus innumerabilia alia accidentia cum certis quibusdam partibus effunduntur, quae sane partes mirum in modum remotae a minimis illis sensibilibus, ut est manifestum etiam in quibusdam quae per multos annos redolent, quantumlibet modicae quantitatis. Ultra huiuscemodi sensibiles qualitates seu virtutes, quae circum sphaeraliter a corporibus transmittuntur, sunt et aliae, spiritaliores et hebetiores, quae agunt non solum in corpus et in sensum, sed etiam in penitiorem spiritum, et profundiores animae facultates attingunt incutiendo certos affectus et passiones, ut vulgatum est de virtute multorum lapidum, radicum, mineralium. Patet item in fascinationibus et in his, quae per oculi iactus perficiuntur active atque passive, ut regulus vel a longinquo homine prospecto visus acie perimit.

---

2 vulgata C: vagata M 4 maxime est C 6 sed (dopo calefacit) C: seu M 13 diffluente M: effluente C 14 simulachro CM 16 effunduntur C 21 spiraliores M: spiritualiores C 22 et in M: et C 26 regulus = βασιλίσκος

Quomodo magnes trahat ferrum, corallium sanguinem etc. **64v *C***

(XXII.) Ex istis sequitur ratio, qua magnes secundum genus attrahit. Porro attractio est duplex: quaedam ex consensu, ut quando partes moventur ad suum totum, locata ad suum locum, similia rapiuntur a similibus, et convenientia a convenientibus; alia est sine consensu, ut quando contrarium trahitur a contrario propter victoriam illius, quod non potest effugere, ut quando ab igne raptatur humor, ut patet in pelvi ignita superposita super pelvi aquam continente, quae virtute caloris sorbetur, ut raptim sursum ascendat. Idem est manifestum in vorticibus et turbinibus qui in mari accidunt, ut interdum ipsae naves cum undis in sublime ad multam distantiam rapiantur. Sic vero rapi contingit tripliciter. Uno pacto per rationes **15v *M***
sensibiles, ut in istis modo numeratis, et etiam ut ubi cum aëris attractione et absorptione ea quae in aëre sunt etiam attrahuntur; et est manifestum etiam in fistulis, per quas aqua sorbetur, ad omnis loci differentias ascendendo, progrediendo per dictam rationem; quia, aëre in fistula contento attracto, cum alius aër loco illius succedere non possit, succedat aqua vel terra vel aliud quod locum impleat. Quod si nihil succedere possit, aër ipsa spatii vi revocatur et retinetur, ut patet interdum exugentibus vel ebibentibus orificio obstructo, quorum lingua vel labra

---

1 *sqq. cf. sopra p. 349, 28 sqq.* 2 *e* 10. 11 *in marg. nota illeggibile M*
2 qua] quam *CM* 3 attrahit ferrum *C* 5. 6 convenientia *om. C*
9 in pelvi ignita superposita *M*: ignita in pelvi superpositam *C* 15 cum *om. C* 18 et ad omnis *C*

virtute mediantis aëris atque compressi tenacissime orificio agglutinantur et vice versa exuguntur, ut ex eorum poris eliciatur spiritus ad instaurandum seu refovendum quod fuerat abstractum a loco seu spacio.

Est et alia attractionis species insensibilis, qua magnes trahit ferrum, cuius rationem non possumus referre ad vacuum vel huiusmodi, sed tantum ad effluxionem partium ab universis corporibus seu atomorum. Evenit enim ut ubi atomi unius generis ad atomos similis vel affinis congenei, vel genitabilis speciei, pervenerint mutuoque occurrerint, tunc accendatur appetitus et appulsus unius corporis ad alterum, ut subinde totum quod fuerit devictum ad potentius totum moveatur; ad quod enim omnes partes appulsum habent, et totum appellere necesse est. Hoc sensibiliter elucescit in lampadibus accensis, quarum si proxima inferior extinguatur, per ipsius fumum seu spiritus illos effluentes (qui in proxima sunt dispositione, ut sint flammei vel pabulum ignis) flamma descendet tanquam rapta deorsum ad accendendam inferiorem facem. Ita etiam videtur in facis flammulis, quae ne perimantur absumpto humore 65' C
in proprio subiecto, manifeste adnituntur ad materiam proxime dispositam, nempe ad locum maioris flammae recta 16' M
vel per transversum transcendendo vel progrediendo proficiscuntur. Ita accidit devictis partibus ferri, quae ad magnetem quaquaversum discurrunt, per aliud genus [illegible] seu qualitatis [illegible] neque etenim omnis operatio in rebus natural[illegible] et huiusmodi mixtis ad qualitates [illegible] taxat activas et passivas est referenda [illegible]

[illegible] M [illegible] C [illegible] congenei [illegible] C M [illegible] M [illegible] M flamma C [illegible] M [illegible]

concurrant etiam necessario, non tamen principaliter. Quod vero per effluxum partium, qui fit ab huiusmodi subiectis, haec attractio proveniat, illud indicat, quod magnes perfrictus et ambra paleam trahendo et ferrum tanto amplius roborantur; calor enim ille maiorem partium effluxum inducit, in cuius virtute est poros aperire et corpus rarefacere.

Manifestum hinc est quoque simile iudicium quo modo suo rhabarbarum trahit choleram ab extremitatibus seu a partibus circumferentialibus animalis ad intestina, quando sufficientis fuerit virtutis, non inquam tantae ut quamprimum a natura expellatur antequam operetur, nec tam remisse, ut moveat tantum humorem et non attrahat. Quod etiam in magnete et similibus virtus et efficacia attractiva non sit a qualitate passiva vel activa, secundum vulgatum genus actionis vel passionis, veluti reperitur in quatuor elementorum formis, signum est quod et ipsum ferrum, quod fuerit a magnete contactum, imbuit vim eandem trahendi aliud ferrum. Quod si esset a qualitate elementari, non accideret hoc; calor enim et frigus accidentaliter advenientia subiectis cum ipsius calefacientis absentia evanescunt. Oportet igitur ad effluxum partium hoc referre, quae a magnete effluentes in ferrum influxere, spiritalis substantia. Aliam rationem horum effectuum vel verisimilem difficile est effingere, et hac perspecta, quae undique sibi constat, varias chymaeras et somnia, quibus alii huius attractionis causas sunt commenti, facile est examinare.


---

1 concurrant etiam *M*: etiam concurrunt *C* 4 trahendo] trahunt et fer *M*[1] 9 a] *svanito in M?* 10 ad * * * intestina *M*[1] 13 *forse* remissae 14 attractiva *agg. marg. M* 18 attrahendi *C* 19 *nota marg. illeggibile M* 23 *dopo* ferrum *cancella* eff *M* spralis *M*: spiritualis *C* 24 verisimilē *M*: verisimile *C* 25 constat facile *M*[1]*C*

Ad idem iudicium refertur atque causam, quod adamas dicitur impedire hanc attractionem, similiter et varia varias alias, quae propria effluente virtute quadam nata sunt, hebetare alienam virtutem, sicut et alia quaedam intendere et acuere, ut fertur adamanta magnanimitatem animo deferentis inprimere. 16v M

(XXIII.) De attractione vero magnetis a polo, non facile est causam adducere, si non verum est illud quod aiunt, ad illam regionem montes similis speciei reperiri quamplurimos et magnos, quod tamen est difficilis persuasionis. Esto enim illud: quaeritur, quare ad omnem distantiam talis attractio fiat. Neque enim hic loquimur de attractione magnetis non activa sed passiva; num vero magnes magnetem trahat, hoc nondum sum expertus. Tales | quoque montes si sunt et ad tantam distantiam virtutem habent, certe si a zona torrida trahunt acum vel tropicis, a nostris regionibus deberent trahere homines armatos; sed hoc omnino ludicrum videtur. Mitte quod magnes trahit ferrum, quando nihil intermediat praeter aërem, atque per lineam rectam, modo a regionibus nostris ad illas partes, ubi sunt montes et scopuli magnetis, ultra mare septentrionale, magnus terrae tumor intercedit. Traheret ergo magnes ferrum vel (si ratione similitudinis traheret) magnetem, si magnete nostra existente in A, montes essent in D; modo in B vel in C necessario reperiuntur, ita ut manifeste intercedat tum magna distantia 65v C

2.3 *sic CM* 5 adamanta * * * * * *M* 7 De Attractione *etc.*] *lunga nota marginale, in gran parte illeggibile, in M, dove perciò non c' era posto per il numero 23, che fu quindi aggiunto in marg. a v. 24 sq.: invece in C il numero* XXIII *è in marg. a v. 16; ma cf. 'Theses de Magia' f. 81v del cod. C* 23 rationis *M* 25 in D *om. C* 26 ita *C*: Vita *M*



recta AB vel AC notata, tum etiam tumor terrae ingens per arcum AB et AC notatum. Apparet ergo multis modis absoluta vulgata illa atque famosa ratio. Atque dictis rationibus hanc quoque annectimus quod montes isti magnetis non habent virtutem attrahendae magnetis ratione similitudinis; id enim si esset, multam magnetem videremus attrahere magnetis portiunculam. Huius ergo effectus non rationem damus attractionem aliquam, quia, ut dictum est, rationabilius ferrum inde attraheretur, sed potius fu|gam ex antipathia; contrarii quippe natura est istius **17r M** mineralis atque ferri, quae sunt foetus terrae atque terrestres frigidae consistentiae. Unde contra evenit illis atque floribus fere universis, qui convertuntur ad solem et per viam solis ipsum respiciendo insequuntur, ut non modo

---

1 recta * * * * AB M^1 3 absoluta] *forse* absurda? 10 Ratio motus magnetis ad septentrionem tutior atque certior et non recipiens contradictionem est fuga contrarii seu inimici quam persequitur (?) ......tis vel similis, aut attractio aliqua ut fugiat *in marg. M* *innanzi ad* antipathia *cancella* asympat *M* 13 fere] vere M^1

videre licet in hac ratione dicta de heliotropio, sed in narcissi flore, croco et innumerabilibus aliis. Haec ergo, tanquam inimica soli atque calori, tuto dicemus ad partes adversas illis atque maxime oppositas converti seque proripere.

Epilogus motorum quibus aliqua moventur.

Localiter ergo moveri pluribus invenimus rationibus accidere: primo ad vitae consistentiam et conservationem, quae est per motum (virtute enim animae et spiritus nativi res in suo loco circulariter moventur, ut supra dictum est); secundo per fugam contrarii; tertio per adsectationem convenientis seu boni; quarto per expulsionem seu extrusionem a pellente contrario; quinto per violentam attractionem etiam contrarii | indigentis seu appetentis ipsam **66r C**
matériam convertibilem in se ipsum; sexto per animalem electionem concurrentem cum consensu naturalis potentiae; ultimo per violentiam, quae arte vel quoque studio naturae vires impedit et retorquet alio, vel etiam ipsius naturae, quae dum fortis est in una parte ad aliquid movendum, naturam alterius mobilis minoris virtutis impedit et retundit, ut fere ubique accidit; a naturali enim fluxu aquae unius occurrente fluxus alterius impeditur, ut accidit in

---

1 *forse* dicto [de] heliotropio 4 oppositas ***M***: oppositis *C*
2 et innumera innumerabilibus *M*[1] 7 Quod fugiat magnes calorem atque solem, illud argumento etiam est quod a calore laeditur, destruitur, utpote qui partes eius dissolvit (*segue parola cancellata*), ut patet in maiori effluxu, qui procedit ab huiusmodi corporibus quando fuerint calefacta, qui sane materialis (?) substantiae effluxus ...... est ad co.....am compositi (?) *in marg. M* 11 adsectoem *M*: assequutionem *C*
12 con seu boni *venientis *sic M* 13 a pellente] app (*cancellato* apellente *M*: appellente *C* 20 virtutis *om. C*

fluminibus ad Oceanum mare defluentibus, quae a maris fluxu patiuntur ut per multa milliaria versus fontes suos et ipsa refluant.

De vinculis spirituum. 17ᵛ *M*

Supra dictum est spiritus alios crassiorem, alios subtiliorem incolere materiam, alios in compositis, alios in simplicioribus corporibus consistere, alios sensibilia, alios insensibilia; unde operationes animae aliis sunt promptiores, aliis difficiliores, aliis hebetatae, aliis aptatae, aliis ablatae. Alii item secundum genus unum, alii secundum aliud genus potentius operantur; unde hominibus datae sunt quaedam operationes et actus et voluptates quibus privantur daemones, et e contra. Illis autem promptior est penetratio circa corpora et immissio cogitationum, quandoquidem usque adeo sensibus internis impressiones quasdam obtrudunt, ut ea quae ipsi suggerunt, per nosmet ipsos excogitare videamur interdum. Proportionaliter enim videtur se habere eorum informatio, atque analogia quaedam est, ad hoc quod quispiam velit sensum aliquem exuscitare et loco distantiore, opus est clamore, ut per auditum ad sensum internum conceptiones alicuius perducantur, propinquo ergo clamore non est opus sed submissiore voce, proximo sufficit auribus insusurrare; daemoni vero ne auribus ipsis quidem opus est, neque voce, neque susurru, sed sensum ipsum internum ita penetrat, ut dictum est. Sic immittunt somnia non solum et faciunt voces exaudiri et quaecunque

---

1. 2 maris influxu *M*¹ 5 Nihil est sine anima, plantae sunt (?) animata ..... et $\overline{al}$ (?) *marg. M* 9 aliis hebetatae, aliis difficiliores *C* 13 Sicut etiam inter animalia et plantas alii (?) alias habent virtutes et facultates, quaedam volant, quaedam ambulant, quaedam natant, quaedam vero haec omnia praestant, ita et secundum innumerabilia alia discrimina *marg. M* 19 *forse* ⟨si⟩ quispiam 22 ergo] *forse* autem

videri, sed etiam vigilantibus certas cogitationes, quas ab alio vix esse cognoscantur, interdum per aenigmata, interdum expressioribus sensibus veritatem inculcantes, interdum fortasse decipientes; atqui non omnibus omnia licent, quandoquidem certa serie atque ordine peraguntur universa.

Neque spiritibus seu daemonibus omnibus aeque omnia constant atque licent et sunt perspecta; longe enim plures species eorum esse comperimus, quam possint esse rerum sensibilium. Unde et ex ipsis bruta quaedam sunt animalia et sine ratione nocentia, ut multum degant infra humanam sapientiam, hominibus tamen | nocere possunt aeque atque **66ᵛ *C*** perniciosa animalia atque venena. Tale genus illud quod appellat Marcus surdum et mutum, hoc est sine ratione, quod nullum cognoscit imperium, nullas minas, nullas preces exaudit et percipit; et ideo impotentes protestabantur se ad eos eiiciendos, | sed aiebant illud genus per ieiu- **18ʳ *M*** nium seu abstinentiam, et orationem seu mentis elevationem, et sensus energiam superari posse atque vinci. Et hoc est physicum, quandoquidem crassi illius generis, veluti pabulum et illecebrae, sunt humores crassioris et terrestrioris melancholiae, quae per inediam extenuanda vel per accommodata pharmaca prudenter depellenda medico committuntur.

Est et aliud genus timidum, suspiciosum, credulum,

---

2 per aenigmata] potiit Sathan a Domino ut tentaret Iob *marg. M*; *cf. Iob. 1, 9 sqq.* 4. 5 omnia licentur (?) licent M^1 7 *sqq.* In genere daemones et substantiae spiritales ($\overline{\text{spr}}$ales) sunt sapientiores hominibus, non autem in specie, sicut etiam in genere homines sunt sapientiores bestiis et volucribus, in specie vero et in particulari invenimus innumerabiles homines insipientiores certis brutis *marg. M* 7 omnibus *om. e pospone* aeque *ad* omnia *C* 14 Marcus appellat *C* *Evang. Marc. 9, 24*; *o intende piuttosto il Marco dello Psello p. 56 (v. più giù a p. 428, 23 sq.)* 17 per per M^1 21 crassiores *C* 22 * * vel M^1 23 accomodata *C*

quod voces exaudit et intelligit, inter possibile vero et impossibile, conveniens et inconveniens non distinguit, more hominum somniantum et eorum quorum perturbata est phantasia; et hoc genus minis ipsis mortis, carceris, ignis et similium solet a corporibus fugari.

Sunt et alii prudentiores, quorum magis aërea est substantia illa simplex, qui nullo cultu, nulla religione, nullis orationibus moventur, sed haec omnia pro arbitrio fingunt, et hominibus illudentes timorem, iram, religionem et similia simulant, callent linguas et scientias, sed nihil constanter asseverant, utpote genus invidiosum, quod confusionem et dubia mentibus et sensibus hominum immittant.

Aethereum vero, purum lucidumque genus, omnes conveniunt in eo quod sit omnino bonum et hominibus probis amicum, nullis vero inimicum, sicut ex aëreis alii aliis sunt amici, aliis vero inimici et infensi.

Aquei vero et terrestres aut inimici sunt aut non amici, utpote minus rationales et propterea timidiores, et iuxta illud 'quem metuunt, oderunt' et libenter laedunt.

Ignei vero, qui proprius Dii appellantur et heroes, dicuntur Dei ministri, quos Cabalistae appellant Fissim, Seraphim, Cherubim, de quibus dixit Psaltes propheta 'qui facit angelos eius spiritus, et ministros eius flammam ignis'; unde recte colligunt Basilius et Origenes angelos non esse omnino incorporeos, sed spiritales substantias, hoc est subtilissimi corporis animalia, quos per ignes et flammas ignis significat divina revelatio.

---

3 somniantium *C* 6 est aërea *C* 7 * * * * * religione *M*[1]
20 *Enn. ap. Cic. de Off. 2, 7, 13* 22 hi dei *C* 23. 24 *Paul. Hebr. 1, 7* (*cf. Psalm. 103, 4*); *Psello, De Operat. Daemon., Paris. 1615, p. 30*
25 esse non *C* 26 sprales *M*: spirituales *C* 28 prophetic divina *M*[1]

In omni ordine spirituum sunt praesides et principes, pastores, duces, rectores, gradus, penes quos sapientiores et potentiores imbecillioribus et rudioribus dominantur et praecipiunt; et haec imperia non sunt aeterna, neque ita brevis consistentiae sicut humana, quandoquidem vitae illorum sunt multis rationibus vitae nostrae incomparabiles, | utpote facilius est animam conciliare sibi corpus **67r C** simplex, quam | ex contrariis compositum, quale nostrum; **18v M** illorum corpora facillime passibilia esse facile defendunt, quemadmodum passibile est aër, aqua magis quam composita quaedam corpora. Porro eadem facilitate reficiuntur, sicut aër discissus facillime reintegratur, et partes aquae coëunt postquam fuerint penetratae; et non est ludicrum et poeticum figmentum quod Virgilius Aeneam stricto gladio permeantem loca umbrarum eas perterruisse asserit.

Alii spiritus humana, alii aliorum animalium incolunt corpora, alii plantas, alii lapides et mineralia, et omnino nihil est spiritu destitutum et intellectu, et nusquam spiritus aeternam sedem sibi destinatam comparavit, sed fluctuat materia de uno in alium spiritum et naturam seu compositionem, fluctuat spiritus de una in aliam materiam; et hoc est alteratio, mutatio, passio et tandem corruptio, nempe partium certarum et a certis partibus segregatio et cum certis compositio; nam mors aliud non est praeterquam dissolutio. Atqui neque spiritus ullus neque corpus

---

12 discissus *M*: discessus *C* 13 *nota marginale* .... historia de fabula .... *etc. M* 14 *cf. Verg. Aen. 6, 260. 290 sqq. 388* (*cf. Hom. Odyss. 11, 48*) 16 humana, aliorum (alii) *M*: humani alia aliorum *C* 17 alia (*innanzi a* plantas) *M*[1] 20 in aliu** subiectu* spiritum *M*[1] 22 est alteratio, mutatio, passio *C corr. M*: est passio mutatio alteratio *M*[1] 23 et ‖ (‖a‖) certis (*sic*) *M* 24 et * (*forse aveva cominciato* cer) cum *M*[1] 25 neque (*la seconda volta*) *M*: nec *C*

ullum interit, sed complexionum tantum et actuum mutatio est continua.

Iuxta autem varios actus, qui a compositione varia proficiscuntur, varii sunt amores et odia, quandoquidem universa, sicut dictum est, in praesenti esse consistere cupiunt, quandoquidem alius status et novi esse aut nihil intelligunt aut ambigunt; ideo generale quoddam vinculum est amoris reciproce animae ad proprium corpus et (modo suo) proprii corporis ad animam. Hinc pendet ex diversitate naturarum et appulsuum vinculorum, quibus tum spiritus tum corpora obligantur, diversitas, de quibus mox erit disserendum, postquam de analogia spirituum et compositorum definierimus.

De analogia spirituum.

Porphyrius, Plotinus et alii Platonici ita spiritibus corpora distribuunt, ut purissimi et optimi, qui etiam Deorum nomine inscribantur, sint igneae substantiae quoad corpus, eamque simplicissimam esse et purissimam; hi vero, qui aliis constant elementis crassioribus, non sine subtilioris elementi participatione consistunt, | ut aërei **19^r *M***
habeant aërem cum igne commixtum, aquei cum igne aërem, terrestres cum igne aërem et aquam. | Invisibiles **67^v *C***
vero substantiae sunt propter corporis eorum tenuitatem. Porro terrestres et aquei ad libitum concreto et inspissato vapore interdum visibiles redduntur, et in regionibus purioribus aëre sereniore et tranquilliore etiam apparent. Et

---

4 varii sunt *M*: varia sunt *C* 12 mox *etc.*] *p. 435, 21 sqq.* 15 *in margine* Insensibiles sunt ignes non ignita (?) ......, ignitum ...... sensibiles *etc. M* Porphirius *CM* 21 commistum *CM* aquei * * M^1

mihi contigit eos vidisse ad montes Liberi et Lauri, nec mihi soli, sed frequenter apparent incolis loci illius, quibus interdum sunt (mediocriter tamen) infensi, bestias abducentes et occultantes, quas iterum post aliquot dies reducant ad propria stabula. In aurifodinis et aliis subterraneis locis, ut in montibus Gebennae, satis est vulgatum et compertum frequentissime occurrere fossoribus, quibus interdum sint tum molesti, tum adiutores, tum significatores casuum. Ad hoc genus referuntur hi, quos circa Nolam ad templum Porti in loco solitario, et etiam sub quadam rupe ad radices montis Cicadum, quod fuit olim coemeterium pestiferatorum, et ipse et multi experti sunt et experiuntur nocturnis illic temporibus praetereundo multis lapidibus impetitus, qui minimo intervallo plurimi a capite et aliis corporis partibus magno cum impetu decidentes importune insectando ad non mediocre intervallum, nunquam tamen laesionem ullam corporis intulerunt, cum mihi tum aliis omnibus qui idem testificantur. De his Psellus in libro *De daemonibus* [illegible] eos [illegible] sint [illegible]

[illegible]

[illegible]

data est lux, et vita his qui in amaritudine animae sunt?' 'cur egressus ex utero non statim perii?', 'aut sicut abortivum absconditur, non substiti?', 'nunc enim dormiens silerem, et in somno irrequiescerem cum regibus et principibus terrae, qui aedificant sibi solitudines et replent domos suas argento'; quibus vero ex ore ipsius Iobi prolatis verbis nihil expressius ad propositum.

Sic etiam, ut supra dictum est, alii spiritus aliis corporibus sunt inclusi, certo quodam ordine et iustitia gradus istos distribuente, et Origenes, Pythagoras | et Platonici **19v *M*** homines inter daemones annumerant, hosque non bonos, sed qui boni fieri possint atque peiores, unde ad meliorem vitam disponantur atque deteriorem. Quapropter vitam istam tum theologi christiani tum et meliores philosophorum sectae viam quandam atque transitum, peregrinationem atque militiam appellant. Simile iudicium de aliis generibus consistentiae. | Porro in optima harum ad quam **68r *C*** cum devenerit anima seu spiritus, in ea intelligitur diutissime perseverare; et hoc est quod a principio dicebamus, omnem substantiam spiritalem reduci ad unum, omnem materialem ad tria, animam esse unum, suum Deum, et primam mentem esse unam supra omnia, animam universi esse unam.

Ad haec valde verisimile est morbos omnes esse malos daemones, unde et cantu et prece et contemplatione et animae extasi depelluntur, et contrariis provocantur. Neque est negandum hominibus certis esse quosdam spiritus do-

---

2 Cur non egressus *M*[1] 4 irrequiescerem] *sic CM* 6 vero] .v. *M* (?) : *om. C* 11 bonos *M*: boni *C* 12 possunt et *C* 13 * * * * vitam *M*[1] 16 appellent *C* 17 Porro *etc.*] *sic CM* 20 spralem *M*: spiritualem *C* 21 unum, suum *M*: unam, unum *C* 22 omnia *soprascr. M* 26 ecstasi *CM* 27 qui hominibus *M*[1]

minatores, quorum virtute certae morborum species dissipentur, ut aiunt de Cyro et aliis Persarum regibus, qui tactu pollicis lienosos curabant. Vulgatum atque satis compertum est idem in Galliarum regibus, qui pollicis tactu scrophulas curant; idem saliva dicitur efficere posse septimus ex eodem parente natus absque femina mediante.

Daemones proinde esse corporeos et iuxta varia atque diversa corporum genera varios atque diversos, illud argumento est, quod affectus habent, libidines, iras, zelum, similia affectibus humanis et compositorum animalium crassioris sensibilisque materiae; ab his enim inventa sunt sacrificia et caedes animalium, quorum apparatu et fumo summopere delectari protestati sunt; et istos oportet esse complexionis valde affinis nostrae, e quibus [sunt] alii ad alias gentes et nationes sunt affecti, caeteras omnes detestantes et abominantes. Horum alii sunt nominati, famosi et potentiores, alii vero magis plebeii, quos Romani patellares Deos appellabant, nempe quibus non essent definita sacrificia et oblationes. Talia vero fercula non est credibile illis tam necessaria esse quam iocunda (possunt enim sibi ipsi per se quae sunt necessaria comparare), tamen haec ad eorum luxum sunt superinventa, quae sine hominum | administratione sibi minime adcompararent; **20r *M***
etsi enim multa melius quam nos novere, non tamen aeque ac nos multa movere et alterare possunt per se spiritualioris et nobilioris et mitioris complexionis. Sunt qui magis

1 virtute morbi certae *M*[1] 2 *sqq.* Si enim in lapidibus et plantis et eorum partibus et radicibus sunt quaedam virtutes, quae usque ad animam penetrant, timorem inculcando, laeticiam, magnanimitatem, ut onix (*cioè* onyx; *cf.* [*Alb. Magni*] *De virtut. lapid. p. 142, Amst. 1662*) etc., multo magis in certis hominibus certae possunt esse virtutes secundum (?) certos ordines et numeros *marg. M* 6 parente *M*: patre *C* faemina *M* 8 genera corporum *C* 11 sensibilis *C* 14 *cancelliamo* sunt 18 *forse* patellarios 19 et * * * oblationes *M*[1] 24 aequae *M*

fumigiis delectantur, quibus thure, croco, musco, ambra et odoriferis floribus olim adsistere sufficiebant.

Nobilioris et eminentioris conditionis illi perhibentur, quibus hymni, cantus atque musicalia instrumenta arrident.

Super horum conditionem est Deorum conditio, quorum natura 'non est indiga nostri, nec bene pro meritis capitur neque tangitur ira'; male enim affici a nobis atque bene eorum est, quae aliquo pacto a nobis requirere et accipere possunt ut melius et iucundius habeant; id vero in felicissimo statu constitutis minime convenire videtur.

In fine illud est firmiter asserendum | et mente tenen- **68ᵛ C**
dum, quod spiritu, anima, numine, Deo seu divinitate omnia sunt plena, et intellectus et anima ubique totus et tota est, sed non ubique facit omnia. Hoc insinuavit poeta ex dogmate Pythagorico:

Principio caelum et terras camposque liquentes
Lucentemque globum Lunae Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et totus se corpore miscet.
Hinc hominum pecudumque genus vitaeque volantum
Et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.

Idem dicit sensus sacrorum arcanorum ab omni vulgo receptus, ut in Psalmo et in libro Sapientiae 'spiritus domini replevit orbem terrarum et hoc quod continet omnia', et alibi 'caelum et terram ego impleo'.

---

1 musco *M*: mosco *C* 4 hymni] igni *M*[1] cantus *om.* *C* 5 super horum superdeorum (?) *M*[1] 6.7 *Lucret. 2, 650 sq.* (*cf. sopra p. 40, 23*) 9 accipere *M*: recipere *C* 10 infeliciss in felicissimo *M*[1] 11 firmiter est *C* 12 *avanti a* spiritu *ha due parole cancellate M* 13 intellectus *M*: intellectu *C* 16 *Verg. Aen. 6, 724 sqq. Cf. sopra a p. 60, 19, e Lutoslawski in 'Archiv für Gesch. der Philos.' II (1889) p. 539* 17 Titaniaque] Pythania (*sic*) *CM* 18 *innanzi ad* artus *cancellatura in M* 19 totus *CM*: magno *Virgilio* 23 *Sap. 1, 7* 25 *Ierem. 23, 24*

Differt autem corporea substantia ab huiusmodi substantia mentis, animae atque sublimis spiritus, quod universum corpus est totum in toto et universo, ipsa vero est tota in qualibet parte, ubique videlicet totum quoddam constituens et totius imaginem referens, ubi clarius, ubi obscurius, ubi singularius, ubi multipliciter, | ut eiusdem **20v *M*** ideae species atque lucis ab omnibus materiae particulis tota refertur, sicut etiam tota a tota materia, quod sane in magno speculo licet contemplari, quod unam unius rei refert imaginem, idemque rursum in mille frusta contritum ex omnibus partibus integrum nihilominus refert imaginem. Sic etiam diversae aquae partes et hypostases, avulsae a toto Amphitrite seu universali Oceano, diversa recipiunt nomina et proprietates, quae omnes, in unum subinde confluentes Oceanum, unum habent nomen et proprietatem; ita si omnes spiritus et aëris partes in unum Oceanum confluerent, unam animam efficerent, quae alioqui multae sunt et innumerae. Hinc secundum primaevam consistentiam unam philosophi dicunt materiam, unum spiritum, unam lucem, unam animam, unum intellectum.

Iam ad multiplex spirituum vinculum referendum convertamur, ubi omnis magiae doctrina continebitur.

(iuxta III §) Primum vinculum, quo spiritus alligantur, est generale, quo metaphorice Triviae triceps Cerberus, ostiarius inferni, alligatus fingitur; est triplex facultas, quae re|quiritur in viuciente seu mago: physica, mathematica et **69r *C***

---

4 *innanzi a* quoddam *cancella* est (?) *M* 8 *sqq. cf. sopra p. 59, 19 sqq.* 10 frustra *M*[1] 13 toto *M*: tota *C* Amphitride *sic CM*; *ma cf. sopra p. 60, 7* 15 fluentes *C* 23 iuxta III §] *questo e i seguenti rinvii (fino a p. 438, 5) sono in margine in M, e mancano in C; si riferiscono ai paragrafi dell' altro trattato magico (f. 70-86r del cod. M), di cui daremo ampia notizia dopo le 'Theses'* 25 Primi vinculi ratio consistit in cognitione et operibus intellectus *marg. M*

metaphysica. In prima est fundamentum, in secunda gradus, in tertia cacumen scalae: prima habet rationem principiorum activorum et passivorum secundum genus; secunda temporum, locorum et numerorum; tertia universalium principiorum et causarum. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur.

(§ v) Secundum vinculum triplex est, quod requiritur tum in operante, tum in operato, tum in eo circa quem est operatio, et est fide seu credulitate constans, item invocatione, item amore et ardenti affectu cum activorum ad passiva applicatione; animae enim est effective immutare corpora seu compositum, corporis vero materialiter est immutare animam. Haec nisi accesserint seu adsint praesertim, curando, movendo et agitando nihil fiet; unde fortunatissimus magus est cui multi credunt, multae est persuasionis.

(§ xi) III. vinculum, quod habetur efficiens, est numerus principum, qui iuxta cardines universi quatuor distribuuntur ad ea opera, quae a caelo perquiruntur et a natura. Praeter hos pro effectibus voluntariis et extranaturalibus sunt principes determinatum locum non habentes.

(§ xii) IV. vinculum est anima mundi seu spiritus uni- **21ʳ M**
versi, qui omnia copulat unitque omnibus; unde ab omnibus datur aditus ad omnia, sicut dictum est in superioribus.

(§ xiii) V. vinculum sunt animae astrorum et principes locorum, ventorum, elementorum.

(§ xiii) VI. Animae seu daemones praesidentes temporibus, diebus, tempestatibus et ipsis elementis.

---

2 schalae *C* 3 *dopo* et *ripete* activorum *C* 7 *sqq.* Secundum vinculum consistit in operibus voluntatis *marg. M* 10. 11 cum — applicatione *in margine con richiamo nel testo in M* 14. 15 fornatissimus *C* 16 Reliqua vincula sunt ex externis relatibus, operationibus, mediis, circumstantiis et subiectis *marg. M* 24 *e* 26 XIII *e* XIII] *sic M*

(§ XIV et XXV) VII. Animae hominum tyrannorum, principum et eorum qui aliqua celebritate insignes extiterunt, unde in numina evasere.

(§ XV) VIII. Divina nomina et divinorum ordinum nomina.

(§ XVI) IX. Characteres et sigilla.

(§ XVII) X. Obtestationes, coniurationes, quae fiunt virtute superiorum in inferiora, ut qui per bonos daemones malos eiiciunt, alii per superiores, malos inferiores. Item alliciuntur per sacrificia, holocausta, terrentur per minas, provocantur per virtutes radiorum et influxuum.

(§ XVIII) XI. Per triplicis mundi virtutem: elementaris, caelestis et intellectualis.

(§ XIX) XII. Dispositio petentis bona a bonis, castitas, honestas, purgatio, abstinentia.

(§ XX) XIII. Item adiectio cultuum et rerum naturalium, in quibus latent spiritus hi qui analogiam habent ad eos quorum opera perquiruntur.

(iuxta XXI §) XIV. Rationes cultuum secundum eorum differentias.

(§ XXII) XV. Consecrationum vis ex parte conservantis, ex parte orationis et ex parte ritus.

(§ XXIII) XVI. Feriarum, infastorum et fastorum dierum et horarum cognitio.

(§ XXIV et XXVII) XVII. Religiosarum observationum, **69ᵛ *C***
quae consistant in puritate locorum, lotionibus, contactibus, suspensionibus, indumentis, fumigiis, sacrificiis, iuxta rerum et mediorum differentias.

(§ XXVII) XVIII. Applicatio activorum et passivorum,

---

6 Caracteres *CM* 14 petentis *corr. M*: potentis *M*[1]*C* 23 infastorum] et * * * * storum *M*[1]

ut elementorum primorum vel proximorum, subinde lapidum, metallorum, plantarum et animalium iuxta conditiones quatuordecim.

(§ XXVIII) XIX. Annuli.

(§ XXIX) XX. Artificia fascinationum.

Praeter haec generalia vincula sunt quae in septemdecim articulis ex Alberti doctrina colliguntur, quorum quaedam sunt relata, quaedam referenda supersunt.

De vinculis spirituum, 22r M
et primum de eo quod est ex triplici ratione agentis, materiae et applicationis.

(XXIV) Ad hoc, ut actiones in rebus perficiantur, tria requiruntur: potentia activa in agente, potentia passiva in subiecto seu patiente seu dispositio, quae est aptitudo quaedam vel non repugnantia seu impotentia resistendi (quae omnia ad unum terminum reducuntur, nempe potentiam materiae), et debita applicatio, quae est per circumstantias temporis, loci et reliquorum concurrentium; omnia ut uno verbo dicam, ad agentem, materiam et applicationem. Ex defectu horum trium perpetuo impeditur omnis actio, simpliciter loquendo, quandoquidem etiamsi perfectus sit tibicen, per tibiae imperfectionem impeditur, et applicatio unius ad alterum est inanis. Itaque impotentia materiae ponit impotentiam in efficiente et inconvenientiam in applicatione. Hoc est quod dicimus ex defectu trium perpetuo impediri actionem, absolute loquendo; proprie vero inspiciendo, potest defectus provenire rursum a

---

6.7 in septemdecim *etc.*] *a f. 84r sqq. del cod. M* (*v. sopra a p. 435, 23*) 8 *dopo* supersunt *è lasciata una pagina bianca* (*21v*) *in M*; *cf. Lutoslawski in Archiv für Gesch. der Philos. II* (*1889*) *p. 537* 9.10 *tit.* De vinculis — applicationis *C e corr. M*: De rationibus quibus aliud (?) in aliud agit et ab alio patitur *M*[1] 11 *di qui in poi i numeri si riferiscono nuovamente alle 'Theses'* 18 *sic CM*

duobus tantum vel ab uno duntaxat, non autem ab uno definite, sed sigillatim intelligendo de omnibus, ut cum tibicen est perfectus et applicatio, tibia vero deficit, aut cum tibicen et tibia, applicatio vero impeditur. Ubi vero tota ratio efficientiae consistit in applicatione, tunc prima ratio concurrit cum tertia; efficiens enim nihil aliud est interdum quam applicator, et efficere nihil aliud est quam applicare.

(XXV. XXVI) Non omne natum est pati ab omni, neque agere in omne, sed, sicut dictum est in Physicis, passio omnis est a contrario et actio omnis in contrario, neque semper, sed dispositum, unde vulgatum illud 'actiones activorum in patiente bene disposito'. | Hinc patet ratio qua 70^{r} *C*
aqua aquae admiscetur et aqua per aquam contemperatur propter similitudinem seu cognitionem seu symbolum, unde postquam facta fuerit unio, nullo artificio altera ab altera separatur, vinum vero purum seu merum facile recipitur ab aqua et recipit aquam, ut fiat commixtio, sed quia partes vini habent in se aliquid caloris et aëris et spiritus, non omnimodum habent symbolum, et ideo secundum minima non admiscentur, sed secundum adeo notabilem molem distincte servantur in heterogeneo composito, ut certa arte iterum possint segregari, sicut etiam accidit in aqua maritima, quae certo modo sublimata dulcem aquam exprimit, item per vasa cerea colata; quod, si mixtio esset perfecta, non accideret. Oleum vero cum aqua nunquam admiscetur, quia partes olei quasi amatae invicem cohaerent et agglutinantur, unde neque | penetrant neque penetrantur 22^{v} *M*

---

11 in contrario] *l.* in contrarium 13 *sqq. cf. sopra p. 354, 27 sqq.*
15 propter] a$\overset{a}{\mathrm{q}}$ * * * * * * propter A^1 simbolum *CM* filii unde M^1
18 commistio *CM* 22 servantur * * * * * in M^1 25 mistio *CM*

a partibus aquae. Multum est ergo attendendum in conditione partium attentanti admixtionem corporum cum corporibus; neque etenim omnia omnibus sunt miscibilia.

(XXVII) Attendendum igitur est ad partium situm, compositionem et differentiam, quandoquidem totum toti per unum latus penetrabile est, per alterum vero non; ita enim est in omnibus, sicut patet in lapidibus et lignis et in ipsa carne, quae sunt penetrabilia vel penetrabiliora per unam partem seu latus quam per alteram, ut patet in effluxu humorum pulsorum per longum fibrarum, quia facilius ligna scinduntur per longum; ab humore vero penetrantur facilius per latum quam per longum, quandoquidem pori inter fibras iniecti eo ordine fistulas seu meatus admittunt.

(XXVIII) Non ergo tantum inspicienda est partium qualitas atque situs, sed etiam conditio formae totius; sunt enim quaedam passiones aptae natae recipi ab uno subiecto quae non recipiantur ab alio, sicut stupor a torpedine causatur in manu piscatoris, non in reticulis, et, ut ludere solebat comicus quidam, ignes amoris torrent praecordia, urunt cor, pectore existente crudo atque frigido.

(XXIX) Item accidit in tonitruis, quae interdum liquefaciunt ensem seu chalybem vagina nihilo alterata; ita etiam accidit mirum Neapoli in quadam nobili puella et pulcherrimae speciei, cuius tantummodo pilos circa vulvam combussit; ita referunt, combusto ligno dolii, vinum relinquere consistens seu congelatum forinsecus. Et pleraque huiusmodi

---

1.2 conditione] mixtione (?) *M*[1] 2 admistionem *CM* 8 omnia *om. C* 10 *e* 13 vibrarum *e* vibras *CM* 10.11 *dopo* ligna *cancella* quam *M* 11 *dopo* per longum *aggiunge* quam per latum *forse a ragio-*
latum longum
ne C 12 per longum quam per latum *sic M* 17 a torpedine * * *M*[1]
18 reticulis *C*: retiaculis (?) *M* 22 calibem *CM* nihil *C* 23.24 et pulcherrima (?) pulcherrimae *M*[1]

eveniunt propter occultam rationem ultimam quae est in atomis illiusmodi ignis, qui ita est activus | in uno ne sit **70ᵛ *C*** activus in alio. Referunt etiam laurum ideo imperatorum et poetarum insignia esse et aquilam, quia haec fulgure nunquam attinguntur, tanquam ita Apollini et Iovi amica atque principes atque poetae.

Quod attinet vero ad homines, quibus omnibus non item accidit quod illi puellae, stat ratio in eo quod non omnes sunt eiusdem complexionis et temperamenti, et eandem spiritus qualitatem admittunt; ut etiam in quibusdam talis animus etiam existit, ut et pluvias impediant, imperent ventis et aliis tempestatibus. Ita etiam ad complexionem quandam referenda sunt mira quae accidunt in corporibus, ubi quaedam sunt ex privilegio totius speciei, quaedam vero ex certa particularium praerogativa, propter differentias innumerabiles quae sunt in illis.

In talibus ergo tum speciebus tum individuis contemplantur magi | ut virtutum effectus emendicent, et **23ʳ *M*** providi imperatores non nobiles, amicos, commendatos praeponunt exercitibus et militiae ministros asciscunt, sed fortunatiores, eosque qui talia pericula consueverunt fortunatius evadere. Pariter a quibusdam plantis et mineralibus per suspensionem et gestationem et aliusmodi applicationem existimant certas praerogativas virtutum sibi conci-

---

1 ultimam quae differentiam (? quae *M*[1] 5 attinguntur *M*: attanguntur *C*, *e l'* i *è un po' incerto in M* 8. 9 non omnes sunt eiusdem complexionis *M*: non eiusdem complexionis sunt omnes *C* 9 et temperamenti *om. C* 16 innumerabiles (*sopra il rigo*) *corr. M*: numerales *CM*[1] 18 *sqq.* Idem iudicium est circa commercia hominum et habitatores (?) et eos qui in conspectum adducuntur et eos (*cancellato ut sign, a quanto sembra*) in quorum conspectum et conversationem adducimur, ut figurate notant poetae, ubi ...... ingressus et earum ...... cum ipsis inducunt *marg. M*

liare quasi quodam mediante contactu, ut imperatores laurea corona muniti a fulgure non formidant.

(XXX) Huc spectat quod quaedam certis animalibus sunt venena, sicut generaliter homini cicuta, quae generaliter capere est iocundissimum alimentum, ut facile omnia ex ea pinguefiant. Similiter in differentiis nutrimentorum, venenorum et antidotorum pro variis speciebus est speculandum. Unde non modicum principium est magiae et medicinae ad distinguendum de differentiis complexionum et rationibus morborum et sanitatis et principiis mutandorum habituum seu dispositionum, vel eorundem servandorum, per applicationem extrinsecorum. Novit etiam chymicus ut aqua fortis agat in res duras, ut in ferrum, argentum, aes; in aurum vero et plumbum minime; rursum quomodo vivum argentum ocissime sorbeat oleum, quod ab auro omnino repudiatur et abiicitur. Proinde verbenae semini vel succo praesentanea potentia est ad frangendum lapidem in vesica, quae tamen carni et ossi et membranae et aliis corporis partibus minime videtur esse violenta.

(XXXII) Sunt qui horum rationes referant ad laxitatem vel angustiam foraminum, quod quidem in quibusdam facile concesserim, sed in praecipuis et pluribus minime verum est, sicut in enumeratis omnibus. Neque enim ratio est, qua aqua fortis potius penetret unum quam | alterum **71r C** propter maiorem laxitudinem foraminum; similiter et verbenae spiritus ille, qui adversatur calculo, non autem ossibus et carni, quamvis magis laxatorum sint pororum. Et quid dicet de adamante, quod quidem a subtilissimo corpo-

---

2 a fulgure non formidant *M*: non timeant fulgura *C* 5 $\overline{\text{oia}}$ *M* (?): omnium *C* 6 pinguefiat *CM* 10 principiis *sopra il rigo in C* 15 ocyssimè *CM* 20 lassitatem *M*[1] 21. 22 facillimè *C* 27 lassatorum *M*[1] 28 *forse* dicent

rum et penetrativissimo ignis spiritu non discinditur, quod tamen ab hircino sanguine penetratur?

(XXXI) Manendum igitur est in ea generali ratione, quod non omnia patiuntur ab omnibus, neque omnes affectus secundum easdem differentias omnibus conveniunt; et horum ratio ab ipsis effectibus et casibus est desumenda, cum propria requiritur. Differentiis vero istis occultis seu formis nomina non sunt imposita, neque sensibiles sunt ut ad oculum vel tactum veniant, neque ratiocinabiles quae ab oculorum et tactuum differentiis atque origine definite eliciantur, ut de istis possimus dicere aliud quam quod sint; propter quid vero ne ipsis quidem daemonibus facile esse disserere iudicamus, si nobiscum nostris verbis et sensibus quae per nostra verba significantur velint definire.

Secundum vinculum ex voce et cantu. 23v M

(XXXIII) Secunda vinculi ratio est a conformitate numerorum ad numeros, mensurae ad mensuram, momenti ad momentum; unde illi rhythmi atque cantus qui maximam habere efficaciam perhibentur. Proinde quidam magis afficiuntur tragica quadam, quidam vero comica harmonia, aliqui generaliter ad omnem sunt affecti, nonnulli sicut de quodam barbaro imperatore recitant, qui musicis auditis artificiosissime tractatis instrumentis malle inquit se equi hinnitum audire: qui plane humana effigie indignus et iniuria praeditus hoc ipso convincitur.

De cantu vero non tantum harmonico, sed sub gene-

---

10 ab oculi oculorum M   13 [illegible]scernere C   18 rytmui CM
21 [illegible]

raliore quadam significatione intelligimus, siquidem potentissimae, quod quidam experti sunt, cantiones seu carmina plus videntur habere dissonantiae quam consonantiae, et fere talis erat anima illius semiferi hominis, qualem numeri hinnitus equini facilius flectere potuissent; sicut etiam ad oculorum sensibilem harmoniam quod spectat, aliis numeris vincitur ad amorem equinus, aliis humanus, aliis caninus animus, ut pro singularum specierum conditione variae sunt pulchritudinis differentiae. Sicut ergo in proverbio est de asino ad lyram, non omnes cantus omnibus sunt accommodi, et ut varias animas harmonici varii, ita etiam varii magici varios spiritus devinciunt.

(XXXIV) Haec autem vincula non solum hoc ipso sunt tenacia, quod per auditum percipiuntur seu aditum nanciscuntur in anima, sicut Marsi et Psylli vox potentissima vox est in serpente; | verum etiam et occulto susurro etiam **71ᵛ C**
ad rem vinciendam non perveniente, per analogiam spiritus ad spiritum, vincientis ad vinciendum, effectus vinculorum perficitur; neque etenim semper incantati incantantium voces excipiunt, vel exceptis sensibiliter afficiuntur et statim.

(XXXV) Huc spectat quod numeri unius vocis vel aspectus alterius vocis numeros confundunt et obtundunt; unde lupo, quem cervarium vulgo appellant, quidam viso vocem amittunt devincti eo spiritu, neque facile verba formare possunt. Et referunt instrumentum ex agnina pelle cum typano

---

1 significatione (*trasposto però innanzi a* quadam) *C*: gen (?) *cancellato M* 1. 2 potentissimè *CM* 2 quod (qd) *M*: quas *C* quidam (*a quel che pare*) *M*: quidem *C* 5 *sqq. nota illeggibile marg. M* 6 oculorum *C*: a malorum (?) *M* 9 pulchritudines *M* 11 ut *M*: ubi *C* 13 *om. il numero C* 20 et] vel *M*[1] 22 vocis] voces *CM, ma cf. la Thesis 35ʳ* lupo] lupi *M*: lupum *C* 23 cerverium (?) *M*: cervelium *C* 24 devincti *M* (?): devincto *C* 24. 25 *innanzi a* possunt (*deformato*) *cancella una parola M* 25 instrumentum *M* (?): tympanum *C* typano *M*: tympano *C*

ex pelle lupina prorsus amittere sonum, quamlibet alioqui sonorum et fortius ictibus impetitum, quandoquidem spiritus, qui aliqualis est in emortui pelle, potens est vincere et compescere spiritum per eam participationem antipathiae et praedominii, quae erat in viventibus. Hoc quod referunt an ita sit non sum expertus, tamen verisimilitudinem habet et rationem, quae tamen non omnino est a ratione vitae ad vitam et speciei ad speciem, quandoquidem et asinus lupum timet nihilo fortasse minus quam ovis, pariter et illius insidiis obnoxius, tympanum tamen ex eius pelle confectum, aequis fortassis pulsibus tympanum lupi nisi compescat, | pro maiori tamen spissitudine **24r M** superabit.

(xxxvi) Huc etiam spectat de fidibus ex nervis ovium et nervis lupinis nunquam consonantibus. Vulgatum quoque est apud multos, quemadmodum duae citharae vel lyrae aequaliter temperatae si fuerint, quarum altera propior alteri pulsetur, harmonia unius in alterius chordas non solum consonantes, sed et aequaliter motas commigrabit; et hoc valde rationabile est. Unde etiam accidit et voce quadam et gestu vel simili quadam specie animum unius affici praesentia alterius, ut indissolubiles oriantur amicitiae. Sunt quos visos temere odimus, sicut etiam sine causa amamus; et hoc odium et amor interdum sunt reciproca, interdum vero non, quod accidit a praedominio quodam unius in alterum secundum unam affectus speciem, quae impeditur ab alia affectus specie quae est in altero, sicut et specie unius catelli et aviculae amoris quodam affectu per-

---

8 aequalis ? 12 *sarà da cancellare* tamen 14 *lunga nota marg. illeggibile M* 14. 15 *mancherà qualche parola dopo* spectat (*per es.* ‹quod dicunt›) *ovvero dopo* consonantibus 16 cytharae *CM* 25 accidit pp (= propter) a *M*¹

trahimur in illas, quae tamen timore percussae nos fugiunt et oderunt.

(XL) Ad hoc genus pertinent preces et orationes, quibus pares aut principes quidam sollicitant, (ubi) nullum habeant effectum neque rationes vel honestatis et iustitiae praetextus allegati; quibus interdum plus possunt unius morionis et scurrae proposita, ut interdum prudentiores per eiusmodi voces tanquam magis accommoda vincula principum animos soleant irretire, ut in Iulio III. Pontifice compertum, qui orantes, deprecantes, lacrimantes abo|lebat, abiiciebat; **72r C** si quis vero uno scommate vel alio lepide post pedum oscula accessisset, is quaecunque exoptabat impetrare ab illo poterat.

Ad incantationis ergo artem spectat et eam vinculi spiritus speciem, quae est per cantus seu carmina, quicquid tractant oratores faciens ad persuadendum et dissuadendum seu ad movendos affectus; cuius quidem artis alteram partem praetermiserunt et in sinu magorum seu philosophorum seu versutiorum politicorum latentem esse sinunt, quam tamen Aristoteles in Rhetorica ad Alexandrum magna ex parte complexus est, quaeque ad duo capita considerationis reducitur, alterum quod consideret incantator quid deceat se et quid sibi conveniat, alterum quid incantando seu vinciendo placeat, arrideat, eius scilicet moribus consideratis, statu, complexione, usu, quae omnia in praesentiarum retexere et adducere non est locus.

---

2 *dopo* oderunt *in M c' è un segno di richiamo a quest' aggiunta marginale:* Huc pertinent rationes omnium earum (?) activarum, ut sibilus basilisci ad omnia animantia, cantus galli ad leonem, equi et quorundam canum ad sonum tympani et tibiae .... *il resto è illeggibile* 4 ubi *om. CM* 6 alligati *C* (?) 10 lachrymantes *CM* 12 is] his *M* (?): ea *C* * * * * ab *M*[1] 19 esse *C*: * * * * * * posse *M* 20 *cf. Artificium Perorandi p. 341 sq.* 24 scilicet] $\overline{ss}$ (?) *CM*

Tertium vinculorum genus ex visu 24v M

XLI. Per visum etiam vincitur spiritus, ut passim quoque superius est attactum, dum formae aliter atque aliter ante oculos obversantur. Hinc fascinationes activae et passivae ab oculis proficiscuntur et per oculos ingrediuntur; unde illud 'Nescio quis oculis teneros mihi fascinat agnos'.

Pulchri quoque species affectum amoris excutit; contrarii, abominationis et odii. Et per affectiones animae ac spiritus aliquid insuper in corpus ipsum, quod sub animae gubernaculo et spiritus contemperamento consistit, transfunditur. Sunt quoque aliae affectuum species, quae etiam per oculos accipiuntur atque statim corpus ipsum aliqua ratione afficiunt; tristibus enim quibusdam vultibus ad tristitiam et compassionem vel moerorem concitamur, tanquam ex causis manifestis.

Sunt alii qui etiam peiores animo atque corpori ingerunt impressiones per oculos, sed non evidenter per ea quae nos possimus indicare, efficacissime tamen movent per aliqua quae sunt in nobis, nempe per multiplicem spiritum et animam: quandoquidem tametsi una anima in toto corpore vigeat, et uni praecipue omnia membra | subministrent, tamen quia spiritu quodam toto totum et anima tota et universi partes vivificantur, ratio multarum affectionum spiritualium referenda est ad aliquid aliud quod cognoscit in nobis et vivit, quod iis rebus afficitur et perturbatur, quibus minime nos perturbamur et afficimur. Et interdum nocentius tangimur et laedimur ab his quorum 72v C

3 est ad M [illegible] tum M, tam C [illegible] Verg. Ec. 3, 103 [illegible] teneros con richiamo ad una nota [illegible] M [illegible] da Virgilio C 14 maerorem C 18 [illegible] 23 [illegible] est C M 23 et om. C

ictus non sentimus, quam quorum sentimus; ita et multa visa et per oculum ingestae species perturbationis sensum non faciunt in apertis et extrinsecis potentiis sensitivis, quae tamen profundius immersae letaliter etiam afficiunt, quorum sensus immediatus ad internum spiritum, quasi alium sensum et animal, referuntur. Unde non tam leviter refragabi|mur quibusdam Platonicis et omnibus Pythagori- **25r *M***
cis, qui unum hominem multa statuunt animalia veluti per se viventia, quorum interdum uno perempto, seu primario, diu alia supervivunt.

(XLII) Iudicare ergo eorum tantum nos laedi vel affici speciebus visibilibus, quae solum manifestam sensus et animi perturbationem inducunt, manifesta est stupiditas, non aliter ac si quispiam iis tantum ictibus vel magis laedi existimat qui sentiuntur vel magis sentiuntur, cum tamen experti simus plures molestiae et tormenti inferre puncturam acus vel spinae circa pellem vellicantis, quam ensis adacti ex uno latere in aliud, cuius gravior effectus tandem sentitur, sine sensu tamen laesionis eo quo corporis partes penetrat momento. Ita nimirum multa furtim per oculum ad animae exitium usque spiritus captivant et inculcant, licet eam perturbationem non inducant quam leviora obiecta; sicut videntes certos gestus vel affectus vel motus compellimur ad lacrimas, alienum quoque sanguinem perfundi aspicientes quidam vel cadaveris incisionem usque ad animae deliquium compelluntur; cuius rei nulla alia causa est praeterquam affectio per oculos devinciens.

---

4 laetaliter *C* 8 hominem unum *C* 9 *innanzi a* primario *cancella* p*re *M* 16 plures *M*: pluris *C*: *f.* plus 17 ensis * * * * *M*[1] 20 per oculum *om.* *C* 24 lachrymas *CM*

Quartum vinculum est ex phantasia.

(XLVII. XLVIII) Cuius quidem munus est recipere species a sensibus delatas et continere, et componere eas et dividere, quod quidem accidit dupliciter: uno pacto ex arbitrio vel electione imaginantis, quale est poëtarum et pictorum munus, et eorum qui apologos componunt, et universaliter omnis cum ratione species componentis; alio pacto extra arbitrium et electionem. Et ita dupliciter: vel per causam etiam eligentem et voluntariam, vel ab extrinsecus moventem. Et hac duplici: vel mediata, ut homine qui per voces vel per spectra, per visum vel per auditum perturbationes inducit; vel immediata, ut spirituali, rationali, seu daemone qui agit in phantasiam per somnia vel etiam per vigilias, ita internas species commovens, ut aliquid sensus externi apprehendi | videatur. Unde energumeni quidam videre sibi 25ᵛ M 73ʳ C videntur quaedam spectacula et audire quasdam voces et sententias, quas putant vere ab externis subiectis insinuari, unde importunissime et constantissime asseverant se vera vidisse et vera audisse, ubi nimirum non sensus eorum decipitur, sed ratio; quae enim audiunt, audiunt, quae vident, vident, tamen quod interno sensu per speciem phantasiabilem illis obiicitur, idem per sonum externum, per aures et formam externam per visum ingestam se videre arbitrantur, et intentiones sensuum internorum res ipsas esse autumant. Ita accidit ut ne quidem a circumstantibus nolint ad saniorem sensum revocari, quos potius ad pro-

---

1 phantasia] imaginatione M^1 2 Cuius] *soprascr. cancellato* Extra (?) *M* 9 vel *C*: et *M* 12 immediatè *CM* 13 agit *C*: sagit (?) *M* 19 audivisse *C* 23 ingestum *C* 25. 26 nolint *C e forse corr. M*: malint M^1: *l.* velint

priam imaginationem malint promovere, quos vere existiment surdos et mutos; et medici haec ipsa referunt ad maniam et melancholiam, quae ab iisdem somnia vigilantum appellantur.

(XLIX) Porro in hoc vinculo neque purum est materiale illud principium, quod crassissima et importunissima pertinacia quorumdam vulgarium medicorum opinatur, neque purum illud efficiens daemoniaci seu diabolici generis, quod pro sua parte tuentur quidam Theologi; sed utrumque concurrit, materialiter quidem humor melancholicus, quem saturnalium daemoniorum popinam seu balneum appellamus, sed etiam pro causa movente et efficiente spiritus ipse daemoniacus, qui cum non sit omnino substantia incorporea, quandoquidem multis affectibus animalibus iisque gravissimis praediti videntur daemones, quamvis substantia spiritualis, cui subtilius et minus sensibus pervium corpus est a natura tributum, in quo genere animalium dictum est non pauciores reperiri species, quam sint viventium, compositorum et sensibilium. Sicut ergo ad definitum semen in definito loco congrue expositum definita veluti accurrit anima, aut ex ipso velut emergens certam animalis formam vel viventis producit et emergere facit, ut ex hoc semine nascatur oliva, ex illo canis, ex illo homo, item in hoc corpore | ita vel ita complexionato commodius nascuntur **26r *M***
haec, commodius vero illa, unde poeta 'Hic segetes, illic veniunt felicius uvae'; ita ex certa cordis vel cerebri vel spiritus animalis temperie et complexione, intemperie vel perturbatione, quasi in proprio campo et ex proprio semine,

---

7 quorundam *C* 8 *innanzi a* daemoniaci *cancella* daemoniacum *M* 9 utrunque *CM* 13. 19 *sic CM* 16 *innanzi a* cui subtilius *cancella* quae subtilius *M* 20 indefinito *M*[1] 21 velut *M*: veluti *C* 25 *Verg. Georg. I, 54*

boni vel mali spiritus et principia intentionum enascuntur. Unde mutua quaedam consequentia est, ut talia corpora tales animas, tales animae talia corpora in consistentiam producant, iuxta substantialem, quam appellant, et specificam differentiam atque subsistentiam; ita et advenientes et accedentes alii spiritus propter accidentales quasdam complexiones vel subiecta corpori adiecta sequitur praedominium illud furiosi spiritus, quod sa|ne e medio tolli 73v C potest, tum incantatione, nempe rhetorica illa, et amica et medica quadam persuasione spiritum obsessum reficiendo, tum evacuatione seu expulsione noxiae materiae per purgativa pharmaca, tum per commoda Iovialia, Solaria et alia vitae humanae congruentia nutrimenta, quae materiam meliorem spiritui subiiciant, vel deteriorem illam, quae in complexionem interdum transit, mitigent et contemperent. Sic neque spiritus opera haec vitalia et animalia persequitur, neque sine spiritu corpus assumit; ad haec igitur sive bene sive male sive pro ratione speciei sive extra speciei rationem constituenda principium materiale requiritur, et secundum genus formale seu efficiens. Interim satis rationabile est, ut ad curationem perturbatae phantasiae et ad solutionem interni sensus hoc pacto devincti simplex humorum purgatio simplexque victus ratio sufficiat; non propterea tamen concluditur, ut concludit quidam pinguissimae Minervae medicus, qui sub titulo De occultis naturae miraculis plures protulit ineptias quam potuit litteras et syllabas exarare, qui ex eo quod per secessum et humorum va|cuationem tales spiritus cum 26v *M*

---

1 enascuntur *M*: enascantur *C* 4 substantialem *M*: substantiam *C* 9 rethorica *C* 11. 12 purg purgativa *M*[1] 15 *innanzi a* mitigent *cancella* mox (?) *M* 26 * * * * * is occultis *M* 27 sillabas *C* 28 secessum *M*: successum *C* *f.* evacuationem

eiusmodi miris intentionibus liberis et ordinatis expelluntur et extruduntur, concludit eos nihil aliud esse quam humores; unde aeque possemus dicere suam excellentiam, quae plurium animas per secessum e corpore abire coëgerit, ut et animam ipsam etiam humorem seu excrementum existimet, aut si penuria cibi atque potus cogatur ipse suam domum et patriam deserere propter medicinae ignorantiam et apertorum naturae colorum atque vocum, existimemus eum nihil aliud esse quam de genere eorum quae illum expellunt.

Omnibus hisce modis cum contingat vinciri et obligari sensum, medico seu mago maxime insistendum est circa opus phantasiae; hoc enim est porta et praecipuus aditus ad actiones et passiones affectusque universos, qui sunt in animali; et ex hac alligatione sequitur alligatio profundioris potentiae, quae est cogitativa.

De vinculo quinto, quod est ex cogitativa.

(L. LI) Vinculum phantasiae leve per se est, si vinculum cogitativae vires non con|duplicet. Ea enim spectra, quae **74ʳ C** idiotae, stulti, creduli et superstiosuli ingenii animum devinciunt et obligant, deridentur, contemnuntur et veluti inanes umbrae a sobrio et bene nato et disciplinato ingenio. Unde omnes operatores sive magi sive medici sive prophetae sine fide praevia nihil efficiunt, et iuxta fidei praeviae numeros operantur. — Hic nos accipimus fidem iuxta magis universalem rationem, quam a singulis istorum capiatur et ab omnibus. —

---

2 et extruduntur *om. C* putat concludit *M*[1] 4 e corpore *om. C*
7.8 propter—vocum *in marg. con richiamo M* 9 eum *M*: cum (?) *C*
10 quae *M*: qui *C* 15 et ex hac *M*: ex hac etiam *C* 17 quinto *om. C*
19 *innanzi a* vires *cancellatura in M* 21 *forse* [et] veluti

(LII) Haec in quibusdam commovetur tanquam praeviis potentiis bene dispositis et ordinatis, a quibusdam vero tanquam perturbatis; multum vero faciunt ligamenta quae sunt ex ore diserti, ex specie unde certa dispositio oriatur et foveatur in imaginatione, quae est sola porta omnium affectuum internorum et est vinculum vinculorum. Hinc Hippocratis vulgata est sententia, 'efficacissimum medicorum esse illum cui plurimi credunt', et hoc est quia plurimos vincit aut eloquio aut praesentia aut fama; et non solum de medico, sed quocunque magiae genere vel **27r M** alius sub alio titulo potestatis, si in operante vinciendi iniciendae imaginationis vix quippiam aliis mediis poterit promoveri.

(LIII) Et credunt theologi et concedunt et concionantur de eo qui per se potest omnia facere, quod non poterat curare eos qui illi non credebant, cuius impotentiae tota ratio refertur ad imaginationem, quam non potuit vincire; compatrueles enim, qui noverant humile illius genus et educationem, spernebant et irridebant medicum et divinum; unde illud vulgatum 'nemo propheta acceptus in patria'. Facilius ergo quibusdam vincire est eos, apud quos minus est notus, ut ex opinione et apparatu fidei, cuius quidem potentia animae quodammodo se disponit, aperit, explicat, ac si fenestras aperiat ad solem concipiendum, quas alioqui occlusas teneret, datur aditus ad eas impressiones quas ligatoris ars exquirit, incutiendo subsequentia vincula, quae sunt spes, compassio, timor, amor, odium, indignatio,

---

1 commoventur *C* 5 quae sola est porta *C* 8 plurimi *M* (?): plurimum *C* 10 *forse* sed ⟨de⟩, *ma manca anche un verbo come per es.* valet 12 inicendae *o* inciendae *M*: *tutto l' inciso è per noi oscuro* 16 illi *M*: ei *C* 16 *sqq. cf. Matth. 13, 58. 17, 19. Marc. 16, 14 etc.* 17 poterat *C* 18 noverunt *C* 21 est vincire eos quibusdam *C* 22 notus] *la desinenza è corretta in M* 24 aperit *C*

ira, gaudium, patientia, contemptus vitae, mortis, fortunae, et omnia quorum vires ex animo in corpus alterandum transmigrant.

Quomodo vero reliquae istae enumeratae vinculorum **74v *C*** species, quae fidem et opinionem subsequuntur, alterent considerare non est valde profundae speculationis. Iam quod attinet ad magis spiritales potentias animae quae sequuntur, nempe ad memoriam, rationem, experientiam, intellectum et mentem, non est operae praesentis speculationis persequi, siquidem actus illarum potentiarum non redundant in corpus neque alterant, sed tota immutatio originaliter est in potentiis ante cogitativam, effective autem et principaliter a cogitativa. Inde omnis vis magica activa et passiva, et vinculis magicis species eousque subiiciuntur, et, ut etiam asserit Plotinus, tum sapientes tum insipientes per principia naturalia consistentia in ea possunt vinciri, nisi extet aliquod principium in subiecto quod valeat repercutere seu excutere magicas eiaculationes; quandoquidem, ut dictum est supra, non omnia penetrant in omnia | neque admiscentur omnia cum omnibus, sicut **27v *M*** oleum cum aqua non admiscetur. Sic testatur Plotinus de se ipso et confirmat Porphyrius in Vita Plotini, quod maleficia cuiusdam Aegyptii, quibus nitebatur vincire et maleficiare Plotinum, in ipsum authorem sunt conversa. Et haec De vinculis in genere dicta sint.

FINIS.

---

7 sp̄rales *M*: spirituales *C* 8 ad *om.* *C* 11 retundant *C*
22 Porphirius *CM* Vita Plotini] § *10*

‹THESES DE MAGIA›

L

Magis [illegible] multipliciter: [illegible] 29r M 78r C
[illegible] proprie et propriissime. Primo modo per omni ge[illegible] [illegible] magia. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

seu cognitionis, et ita absolute et simpliciter est bona; vel quatenus venit in usum scientis, et ita interdum bona est, interdum est mala, malam autem esse non intelligimus sub ratione scientiae proprie dictae (scientia enim quatenus scientia semper est bona et de omni et per se), sed sub ratione scientiae communiter dictae seu particularis noticiae, quatenus ad definitam materiam seu singularem contrahitur, quo etiam pacto in natura accidunt monstra non sub ratione naturae absolute et universaliter, sed sub ratione istius vel illius, in hoc vel in illo.

Omnis superstitio et improbitas, quae vel per se vel per ac- **76v C**
cidens reducitur ad magiam et concomitatur illam, pertinet ad tertiam speciem, quae est mathematica...... Omnis enim error et peccatum versatur circa ea potissimum, quae a divino et naturali sunt aliena. Hîc distinguendum est de mathematica secundum rationem communiter dictam, et hic mathematicum distinguitur per Arithmeticam, Astronomiam, Opticam, Musicam etc.; alio pacto secundum rationem hîc propriam, quae est secundum analogiam ad illam communem.

III.

Magia mathematica media est inter divinam et physicam magiam, sicut mathematica simpliciter media est inter naturalem et metaphysicam.

Distingue de medio.

---

2 interdum ita *C* 3 esse *om. C* 4 *sq.* omnis error est (inest *M ?*) circa actionem (*queste due parole non chiare in M*) et applicationem, quae sunt particularia; noticia vero et contemplatio sunt universalia *in marg. CM* 13 ......] *parola illeggibile M*: *om. C* error enim *traspone C* 15 mathematico *C* *dopo* mathematica *parola cancellata in M* 16 mathematicum] *sic CM* 22 media[2] simpliciter[1] *M*

IV. 28v M

Principium magiae est considerare ordinem influxus seu scalam entium, qua Deum in Deos, Deos in astra, astra in daemonas, daemones in elementa, elementa in mixta aliquid immittere comperimus etc.

Distingue de influxu. Influxus est duplex: essentialis et accidentalis; et hic intrinsecus et extrinsecus: primus influxus largitur esse, secundus vero modum essendi seu essendi perfectionem. Et hîc notandum quod in hoc ordine alligata sunt superiora inferioribus, ut propitiantia, protegentia, moventia; alligata inferiora superioribus, ut obsequentia, obedientia. Item distinguendum est de ascensu et descensu istius scalae. Est vero duplex: contemplativus quo res cognoscuntur, et activus quo res fiunt. Et hoc fieri est duplex: principale quo videlicet etiam sunt, et accidentale quo fiunt accommodata nobis seu applicata.

Distingue item circa progressum lucis et tenebrarum, quae sunt in scala. Lux enim et tenebrae sumuntur dupliciter: uno pacto significant substantialiter, tunc lux significat actum, formam, tenebrae significant potentiam et materiam; vel accidentaliter, et tunc lux significat potentiam activam et perfectivam specierum, tenebrae vero potentiam passivam et perfectibilem subiectorum.

V.

Iuxta tres praedictos magiae gradus tres mundi intelliguntur etc.

Hîc distinguendum est de mundo secundum | significationem 77r C communem, propriam et propriissimam. Primo modo mundus idem est quod universum, et hoc pacto est unus tantum, ut universitas

---

3. 11. 17 schalam *etc.* *CM*   3 * * * entium *M*[1]   3. 4 astra in demonas *M*   4 mista *CM*   5 aliquid — comperimus *om. agg. in marg. (con richiamo innanzi ad* etc.) *M*: etc. aliquid - comperimus *traspone C*   8 seu *C*: a (*sic*) *M*   12 vero] .v. *M*: enim *C*   14 duplex est *C*   20 nunc *C*   22 V. *om. M*   26. 27 idem e quod *om. C*

est una absolute, secundum quam significationem dixit Parmenides et Xenophanes ens unum. Secundo modo mundus distinguitur, ut modo dictum, iuxta tria entis genera, quae ad unum genus reduci non possunt; intelligibile (enim), naturale et rationale differunt plus quam genere, hoc est non genere differunt, sed differentia sunt genera. Tertio modo mundus sumitur sicut apud Democritum, qui innumerabiles et infinitos intellexit, mundum unum accipiendo terram, alium lunam, alium singula astrorum, quorum non est definitus numerus.

Sumitur etiam mundus improprie et proportionaliter seu similitudinarie, ut homo dicitur mundus, quia partibus eius partes universi repraesentat, sicut et modo suo singula animalium et plantarum.

Hanc mundi distinctionem iuxta tria praedicta signifi- **29r M**
cata comprobant naturae veritas, ratio et divina revelatio: primum quia nihil est in mundo sensibili, quod ab archetypo non dependeat; secundum quia nihil est in intentione, quod non sit in rebus fundamentaliter;

Distingue fundamentaliter et realiter; fundamentaliter secundae intentiones, realiter ut primae. Secundae intentiones fundatae sunt in primis, logica est de secundis intentionibus adiunctis primis. Avicenna in L. De s u f f i c i e n t i a.

tertium quia veritas veritati non contradicit et multoties haec distinctio in divinis libris reperitur.

---

4 *abbiamo aggiunto* enim 5 sed *C*: seu *M* (?) 6 Democritum et Me...tum *M*[1] 8 alium (*tutte e due le volte*) *M*: aliam *C* 11 eius] *forse* suis ? 12 *dopo* universi *parola cancellata in C* et (*dopo* sicut) *M*: ao *C* suo] suo (*sic*) *M* 18 *dopo* quod *cancella* fundamentaliter *M* 20.22 Secundae — sufficientia *marg. M* 23.24 *cf. a p. 403, 7* 21 non reperitur *M*[1]

VI.

In genere duplex est efficiens.

Ibi distingue de efficiente seu agente iuxta capita distinctionum. Item distingue de causa iuxta idem.

VII.

Elementum rerum omnium vere atque proprie est unum, proxime duo, proxime quatuor: una materia, duo contraria, quatuor prima et simplicia corpora quae posuit Empedocles.

Ratio. Quia principium materiale est unum tantum, utpote quod subest duobus contrariis, quatuor item primis corporibus, quae cum in invicem sunt transmutabilia, necesse est ut in communi quadam materia conveniant; quae enim invicem transmutantur, subiecto conveniant oportet. Est ergo primo unum subiectum, secundo distinctum in duo contraria veluti subiecta, ut ignem et **77v C** aquam, vel solem et tellurem, tertio in quatuor, quorum duo sunt activa, duo vero passiva.

Quando ponimus duo elementa, non est dicendum calidum et frigidum accidentia, sed substantias et completas substantias. Sic solem et tellurem dicimus principia omnium particularium substantiarum seu specierum, ut facit Hesiodus, Virgilius et Parmenides.

VIII.

Stultum est omnes operationes et effectus rerum naturalium referre duntaxat ad qualitates activas et passivas;

---

2 est duplex *C*, *che dopo* efficiens *ha* Natura et voluntas etc. (*cf. sopra p. 404, 3*) 7 duo] tria *M*: 2 *C* 8 et *om.* *C* 11 * * * duobus *M*[1] 12 quae *om.* *C* sunt] *l.* sint 13 quae *M*: quia *C* 15 ^{ut} ignem *M* 16. 17 sunt duo activa *C* 18. 21 Quando—Parmenides *marg.* *CM*

sunt enim effectus animae et spiritus, qui nullam harum qualitatum recognoscunt.

Distinctio est in § VIII. Virtutum enim, quae de subiecto in subiectum deferuntur, aliae sunt sensibiles seu per qualitates activas et passivas, quae sensibus externis perviae sunt; aliae occultiores, quae sub actu cogitationis et imaginationis comprehenduntur, ut ea quae concupiscibilem et irascibilem facultatem attingunt. Primi generis qualitates per contactum quendam per se exuscitantur, secundi vero neque per se neque semper. Utrumque genus a compositis corporibus proficiscitur et in eadem illabitur, propter communionem spiritus et animae, non tamen propter corporeas qualitates utrumque, nempe eas quae principaliter sunt ab elementis, sed a qualitatibus, quae sunt in substantia animae et spiritus (quae si corpora sunt, alius generis esse ab illis oportet), proficiscuntur; quandoquidem tales qualitates non requirunt perpetuo approximationem subiecti ad subiectum, sed etiam sola imaginatione exuscitantur in subiecto. Unde tum anima interna, tum externa, cum in meditationem aliquam assurrexerit seu cogitationem, corpus suum alterat; quod tamen nemo dicit eam facere per contactum, quandoquidem substantia eius individua est, | et eius **29ᵛ *M*** potentiae non sunt corpora, neque corporum more insunt in toto et in partibus.

IX.

Quicquid immaterialiter est alicubi, est totum, non solum substantia immaterialis, sicut anima, quae tota in toto, et tota in qualibet parte, sed etiam et immateriales qualitates, sicut vox, et species rerum sensibilium delatae

---

3 § VIII *M*: VIII § *C*: *del resto v. sopra p. 405, 13 sqq.* Virtutum aliae enim *M*[1] 4 * * seu *M*[1] 6 compraehenduntur *C* 9 *e* 12 utrunque *CM* 11 propter * * * * *M*[1] 12 eas *C*: *scrittura incerta* (eis ?) *M* elementis *C*: elementatis *M* (?) 11. 15 *forse* proficiscitur ? 15 requiruntur *C* 23 Th. (*cioè* Thesis) IX *M*, *e così in seguito anche innanzi ai numeri* X, XI *e* XIII

in oculos, et imagines in speculis et partibus speculorum. Itaque spiritus et spiritalia loco et subiecto non sunt alligata.

Disting. Anima est in toto tota, hoc est secundum essentiam et potentiam, non autem est in toto totaliter, hoc est secundum operationem et actum, quia non undique videt, undique audit, quia non ubique sunt organa videndi et audiendi; itaque non est totaliter, hoc est per omnia. Item distinguendum est de potentia, in potentiam primam et proximam. Potentia prima est ubi est animae essentia, potentia vero proxima est ubi sunt organa et media. Prima potentia est tota in toto et in qualibet parte, secunda vero in certis est et definitis partibus. **78r C**

X.

Nulla productio, nulla generatio est sine idea et sine cognitione, nempe efficiente, qui ad propositae ideae normam aliquid producit. Idea autem, qua homo generat hominem et leo leonem, non est separata, sed coniuncta ipsi leoni et ipsi homini; efficiens vero partim separatum est, partim coniunctum; materia neque separata neque coniuncta.

C o g n i t i o n e] Disting. Quae est sensibilium sensitiva, intelligibilium intellectiva.

Item de e f f i c i e n t e, qui coniunctus est, anima et natura propria; separatum est, sol, astrum, aër.

---

2 s̄pralia *M*: spiritualia *C* et subiecto *om. C* 4. 5. 8 hoc est] ÷ *qui ed altrove CM* 7 et *om. C* 8. 9 est de potentia prima et proxima *C* 9 *dopo* proximam *cancella* secundum (?) *M* 9. 10 est animae essentiae (*abbiamo scritto* essentia) *M*: animae seu essentiae (*om.* est) *C* 10 est *om. C* 14. 16 *etc.* Idaea *etc. CM* (*ma v. 15* ideae) 19 seperata *M* 21. 22 *e* 23. 24 *in margine* (*con richiamo alle parole v. 15* cognitione *e* efficiente *C*; *alla parola* efficiens *v. 18 M*) *M* 21 Quae *om.* (*svanito ?*) *M* 21. 22 *dopo* intelligibilium *cancella* intelligibilis *M* 24 separatum *sic CM*

Materia] Quae erat unum postea fit aliud, non autem quae erat in uno postea est in alio, et ipsa quia est cui formae coniunguntur, non quae formis coniungitur, non est ipsa quae | accedit et 78ᵛ C recedit, sed cui aliquid accedit et a qua aliquid recedit accidentaliter vel substantialiter, mediate vel immediate, ipsa est substantia individua ante quantitatem, ante rationem partis et totius; unde in composito iuxta hanc rationem materiae, quae prima est et subiectum formae substantialis, non est accipere hanc et illam partem, quam in ipso composito est accipere, hanc et illam manum, hanc et illam capitis partem, et hoc brachium huic humero coniunctum.

Disting. de Idea. Idea tripliciter sumitur: ante rem, in re et post rem; primo modo propriissime, secundo modo proprie, tertio modo communitur loquendo. Idea ante rem est quae est causa rei producendae et principium existens ante ipsam, sicut forma canis est principium proximum quo hic panis convertatur in semen caninum, et forma hominis est causa qua idem panis ibi convertatur in semen humanum et producat hominem; et haec forma ante rem est duplex: universalis, quae est in virtute naturae universalis producentis, qua simpliciter homo generat hominem, et generaliter animal generat animal; et particularis, quae est in virtute huius et illius singularis subiecti naturalis, qua hic homo hunc hominem generat, hic canis hunc canem. Idea in re est quae reperitur in ipsis rebus productis, et habetur pars compositi. Idea post rem est quae reperitur in sensu vel intentione vel ratione vel intellectu abstrahentibus species a rebus.

XI.

Regulariter loquendo, ideae sunt entia metaphysica, vestigia idearum sunt entia physica, umbrae idearum entia rationis; prima proportionantur sigillis imprimentibus,

---

1. 11 Materia (*con richiamo a p. 461, 19 anche C*) — coniunctum *marg. M*   1 quia quae M^1 alius *M* (?)   2 et quia ipsa est *C*   3 non autem quae formis *C*   9 manum *M* (?): manus *C*   26 rebus et reg M^1

secunda formis impressis, tertia apprehensis | oculo vel sensu. **30r** ***M***

Idea universaliter secundum rationem universalem, in qua non est locus, motus et tempus (est enim forma extra subiectum); ut autem huius formae est exemplificatum est coniunctum materiae, facit seu producit formam physicam; ut autem est species abstracta et separata materiae secundum actum cognitionis sensitivae vel rationalis, sic perficitur tertium ideae genus quod est causatum a rebus naturalibus, quae dependet ab illis sicut secundum genus a primo.

Ex rerum experientia manifestum est omnem animam et spiritum habere continuitatem cum spiritu universi et anima, et non comprehendi a corpore, sed potius ab ipsa corpus comprehendi, sicut universaliter non materia formam, sed forma materiam complectitur.

Forma materiam terminat et continet, quia eiusdem est definire illam, quandoquidem illi dat et describit tum figuram tum magnitudinem; unde sicut alia est figura formicae quam canis, ita et alia est magnitudo.

Ratio. Anima non est alicubi tanquam in loco, sed tanquam in subiecto, et non ut pars integralis (quantitativa) sicut pars corporis est in corpore, sed ut pars essentialis (substantialis) sicut anima et corpus animati esse constituunt. Item non est alicubi (ut in ipso corpore quod vivificat) terminabiliter, sed terminative,

---

1 apprachensis *C*, *e similm. altrove* 3 B. (*sic*) Idaea *C* 5 exemplicatum *M* (?): formae exemplificatum est, est *C*: *forse* [est] coniunctum *o* et coniunctum ? 11 *ripete qui* Th. XI (*cf. a p.* 460, 23) *M*, *e*, *a quanto sembra*, *ripete il numero anche C*; *del resto v. p.* 408, 25 *sqq.* 13 ipsa ab ipsa *M*[1] 16. 19 Forma – magnitudo *in marg. M*: *dopo p.* 464, 2 (*ma con richiamo dopo* ut pars *v.* 22) *C*, *e forse dopo v.* 464, 2 *va collocata questa nota che si riferisce a v.* 14 *sq.* 21 integralis (quantitativa) *M* 22 essentialis (substantialis (?)) *M* 23 corpus (essentiam *cancellato*) an (animati) * * * * esse constituunt *M* 23. 24 alicubi ut in ipso *C*: *non riesciamo a leggere ciò che ha M*

hoc est quia terminat, non terminatur; | 3. item non est circumscriptive, sed definitive; 4. item non inhaerenter, sed adsistenter. **79r·C**

Integrales partes sunt proprie loquendo quae faciunt maius, et proprie ea quae sunt partes quantitativae (integrare enim in proposito sumitur secundum conditiones praedicamenti quantitatis), partes vero essentiales sunt quae complent esse, non magnitudinem tantum.

XII.

Anima per se et immediate non est obligata corpori, sed mediante spiritu, hoc est subtilissima quadam substantia corporea, quae quodammodo media inter substantiam animalem est et elementarem; ratio vero istius nexus est, quia ipsa non est omnino substantia immaterialis.

Disting. Materiale uno modo sumitur communiter pro omni eo quod est sensibile, ut vulgo appellant materialia quae sensibus ipsis exponuntur. Secundo communius tum pro ipsis elementis, tum pro natura in ipsis elementis, tum in his quae ex elementis sunt conflata. Proprie tertio materiale dicitur omne quod habet materiam tanquam partem sui. Quarto reductive (quia tribus praedictis modis principaliter dicitur) materiale dicitur quicquid habet commercium cum materia, nae accidentia omnia corporea, quae sunt circa corpora, materiale quiddam sunt et corporale, non quia sunt corpora et materia, sed quia circa corpus et materiam. Hoc modo etiam omnes formae substantiales physicae sunt materiales, et anima necessario est corporea et materialis forma, ut non negabunt etiam Peripatetici. Quod vero ad materiam, quae ad intrinsecam eius substantiam attinet, in praesentiarum non disputamus.

2 adsistenter *M*: assistenter *C* 3. 7 Integrales — tantum *in marg. M* 3 maius et minus C^1 4 ea (*forse* eae ?) quae *M* (?) : loquendo *C* *leggi* integrale 11 substantiam (*dopo* inter) *M*: substantialem *C* 18 materiale (corpus) M^1 omne id quod *C* 19 *dopo* sui *hanno* Materialiter sumitur (*sic M ?* dicitur *C*) ; principaliter / reductive *in marg. M e nel testo C* Quarto *om. C* 21 nae] nę *C*: neq *M* (?) 24 physicae quae (?) sunt M^1 24 *innanzi a* physicae *cancella* quae (?) *M* 25 est necessario est M^1 forma *om. C* 26 etiam *M*: et *C* Peripathetici *CM*

Omnia quae formam habent et materiam in se ipsis, sunt materialia; omnia physica simplicia sive composita sint, sunt materialia.

XIII.

Non solum substantia haec quae est anima, sed et pleraque accidentia, ubi sunt, tota sunt, et per se loco ulli non astringuntur, siquidem postea de ratione corporis tantum est totum circumscriptive in uno spacio seu loco, et secundum innumeras partes ⟨in⟩ innumeris spaciis atque locis reperiri.

Ratio. Istae enim sunt conditiones quantitatis continuae constantis, ex partibus positionem habentis, et terminorum ipsarum, nempe linea, superficies, corpus et punctus. Omnis terminus lineae est alicubi, punctus est alicubi.

XIV. 30v M 79v C

Immateriales substantiae, ut ubi sunt, totae sunt, ita etiam in uno et eodem spacio, eo modo quo esse possunt, totae in toto et totae in qualibet parte illius; sicut etiam accidentia, quae non sunt terminus corporum inhaerenter, in eodem spatio possunt esse innumerabilia tota absque mutua penetratione, qua necessarium sit unum alteri cedere. Porro omnia totum tota, et totius omnes partes tota incolunt.

---

1. 3 Omnia quae *etc.*] *marg.* (*a p. 464, 17*) *CM* 2 omnia physica simplicia *C*: *illeggibile M* *forse* ⟨, sive⟩ simplicia sunt *M*: sive *C* 5 est[3] quae[1] anima[2] (*sic*) *C* 9 *aggiungiamo* in 11 Ratio. Istae enim *C*: *luogo per noi illeggibile in M* (Istae enim *non sembra possa esserci*) quantitatis *M*: qualitatis *C* 13 *dopo* corpus *c' è una parola illeggibile in M*

Vide rationem in * * *. — Sicut in eodem spacio alicuius vox tota auditur, si innumerae voces audiuntur etiam innumerae.

XV.

Propterea omnis anima est in toto horizonte, et a toto horizonte influxum accipit, et in totum inprimit horizontem; unde locus est magicis operationibus, quae nihilominus physicae sunt, quibus subiectum valde distans virtute quadam spirituali in subiectum remotum affectus et passiones quasdam potens est inprimere.

Contra quod esse videtur quod omnis actio est per contactum. Ubi distinguendum est de contactu, sicut habetur in capite De tactu in libro De generatione; et distinguitur tactus in realem seu naturalem seu physicum communiter dictum, et virtualem seu potentialem, quo etiam verba quaedam, veluti convitia, quae nihil sunt nisi soni attingentes aurem, per virtutem quandam significativam et repraesentativam attingunt potentias animae, nempe cognoscitivam et appetitivam, unde consequuntur ira, despectus et alii affectus. Similiter et species pulchritudinis quaedam defertur ab oculo usque ad intimas animae potentias, unde exurgit amor, voluptas, laeticia, et per contactum quem vulgus physicum appellat non proficiscuntur, sine contactu tamen non sunt.

XVI.

Hinc non est inopinabile contra rationem, sed valde rei naturae consonum, quod Medicus vulnera longius absentis | possit curare, non solum certis adhibitis partibus, **80r C**

---

1 in * * * (*cioè* art. 14°; *cf. sopra p. 409 sq.*)] in *M*: ibi *C* 1. 2 Sicut — etiam innumerae *in marg. a p. 465, 19 CM*: *in M però non riesciamo a riconoscere le parole* alicuius vox e audiuntur: *f.* ⟨sunt,⟩ audiuntur 8 affectum *C* 10 est *M*: fit *C* 12 libro *C*: L. *M*; *cf. Ar. De gen. et corr. A6* (*sopra p. 345 sq.*) et] in his et M^1 13 seu naturalem *om. C* 14 nihili *M* (?) 15 attingentes *M*: qui attingunt *C* et per *C* 18 effectus *C* 19 ecsurgit *M*: esurgit *C* 21 appellat *soprascr. M*

quae cum illius corporis materia communionem aliquam adeptae sunt, et instrumentis, verum etiam, si profundioris erit virtutis et efficaciae, immediate per spiritum universi omnia poterit perficere.

Ratio istius ex praecedenti distinctione.

XVII. 31r *M*

Corpora maxime activa sunt insensibilia, quae Lucretius 'corpora caeca' appellat; et corpus quanto sensibilius est, tanto minus est activum et magis passivum. Huiusmodi est spiritus, quem eundem dicimus aërem et eundem dixerunt animam plerique philosophorum, a quo ignis, prout definitur ab Aristotele, non nisi accidente quodam differre videtur. Unde melius tria elementa nominari videntur, loco ignis adiiciendo lucem, sicut fecit Moises, Chaldaei, Mercurius Trimegista et Orpheus.

Ultra ea quae sunt in articulo XVIII°, notandum est quod Aristoteles ignem nihil aliud dixit esse, quam aërem attritum, et ex aëris attritione genitum esse dixit, quae attritio est ex rapiditate motus caelestis, et propterea ignis ab aëre in via illius non differt plus quam vapor ab aqua, nempe hoc solo quod est magis rarefactum. Porro sicut vapor respectu aquae novam elementi speciem * * *, ita neque ille ignis respectu aëris producere debebit.

Proinde ignis causa videtur esse lux, quae repente absque motus continua successione ab immenso spacio calorem exuscitat et ignem quem dicimus ingignit, et lux videtur esse elementum et

---

2 si *C*: q (?) *M*   8 *Lucret. 1, 277. 295*   14 videtur *C*   15 Caldaei *C*   Trismegista *C* (?), *ma cf. sopra a p. 397, 5*   17 *Ar. De Cael. B7. 289ª 19 sqq.*   19 non * * * *C*   22 *indichiamo una lacuna* (*per es.* ⟨non producit⟩)   25 exoitat *C*

principium ignis, non e contra ab igne procedens accidens quoddam. Atque hoc est manifestum in speculis excipientibus radios solis, quos in profundum et tenebrosum adversum alveum immittentes, mediante illuminatione virtutem calidam imprimendo, corpora calefaciunt et adurunt. Ubi non est verisimilis impressio lucis per calorem, sed caloris per lucem, neque caloris cum luce, sed caloris a luce; ratio enim elementaris caloris non est ut repente se ingerat in corpore, sed cum tempore et successione. Ergo ipse lucem habet praeviam, non autem ipse est luci praevius; ut etiam per se est manifestum, quia corpora prius illuminantur quam calefiant, et prior ignis est participatio lucis quam caloris.

XVIII. 80ᵛ *C*

Duplex est motus naturalis: rectus et circularis. Primus est rerum naturalium non naturaliter constitutarum, secundus vero rerum naturalium naturaliter constitutarum; primus etiam est rerum naturalium melius habere cupientium, secundus bene habentium; primus fugientium et persequentium partium, secundus vero totius duntaxat et partium in suo toto.

Ratio. Quia omnia naturalia in suo loco aut quiescunt aut circulariter moventur, et integrum corpus, ut tellus, luna, motu recto non movetur, sed partes istorum corporum tantum, | quando fue- 31ᵛ *M*
rint extra propriam sedem, vel quoties ad locum conservationis meliorem appellunt. Quod partes circulariter moveantur in ipso toto, manifestum est in fluminibus et successione seu transmutatione locorum, quando montes migrant in planities et valles, et istae in montes, item mare in continens et continens in mare.

Omnes casus partium sunt arcuales, et aqua arcualiter ascendit et descendit a visceribus et ad viscera.

---

1 non e contra non ab *M*[1] 8 in corpore] *sic CM*; *ma* ingerat *non è chiaro in M* 10 prius corpora *C* 13 motus est *C* 22 moventur *C* in horistorum *M*[1] 27 item mare continens *M* 28. 29 *in marg.* (*a v. 24*) *CM*

XIX.

Circulus quoque ille, quo ab uno puncto ad eundem punctum fit conversio, a cuius videlicet centro ad peripheriam omnes radii sunt aequales, non est naturalis neque in naturali ullo subiecto reperitur, sive magnitudinem seu molem corporum spectes, sive motum et mutationem; nullus enim unquam sensus seu experientia circulum eiusce generis comprobavit neque potest comprobare. Circulum ergo rerum seriem cum certa vicissitudine, qua ad similia fiat reditio, non autem ad eadem, intelligatur.

Distinguendum est de circuitu, qui est duplex: physicus et geometricus, seu naturalis et rationalis atque artificialis. Primus est in rebus naturalibus, secundus est tantum opus contemplationis; sol enim neque motu diurno neque annuo, sicut etiam nullum astrorum quae moveri videntur, ad eundem punctum remeavit unquam neque remeabit.

XX. 81r *C*

Praeter has duas vulgatas a Peripateticis motus species, est tertia quae neque centri est neque circa centrum, sed a centro, nempe qua ab omnibus corporibus naturalibus effluit, et ad centrum, nempe qua in corpora omnia naturalia influit aliquid. Et hic effluxus non solum est corporum, sed etiam certorum accidentium, quae in corporibus, a corporibus et ad corpora; quem motum neque rectum neque circularem secundum dictas species appellamus,

---

10 ea[dem] *M* *avrà voluto* intelligere oportet *o sim.* 18 Peripatheticis *CM* 19 *sqq. cf. sopra p. 418, 13 sqq.* 21 quo in corpora *CM*

quia non est secundum lineam rectam unam sed circum undique continuus, sed sphaeralem appellamus; sicut sensibiliter sonus et lux a medio corpore circum undique diffunditur, similiter et odores, colores et alia accidentia, quae non sine corporis partibus tanquam proprio subiecto progrediuntur, ut est manifestum in magnete secundum genus.

XXI. 32r *M*

Et in istis manifestum non modo corporalem virtutem a corporibus diffundi, sed etiam talem quam ad materiam ullam sensibilem vel materiae sensibilis accidens vix quispiam referre posset, quandoquidem potius in genere accidentium animae comprehensa convincimus.

Ad quod demonstrandum et defendendum nihil opus esse videtur, praeterquam exemplo ipso, quod eam virtutis diffusionem protestatur, cuius subiectum non videtur esse corpus, sed vel anima vel compositum animatum propter animam, ut laeticia, timor, amor et similia accidentia quaedam sunt.

XXII.

Ratio, qua magnes secundum genus attrahit, est consensus quidam | formalis et effluxus quidam partium ma- 81v *C*
terialis, qui est ab omnibus corporibus ad omnia.

Ratio huius consistit in exemplis quae sunt in articulo 22°.

---

1 rectam] corp *M*1 3 a medio] ab uno *M*1 4 colores *nell' interlinea M*1 6 ut dictum *M*1 23 quae *C*: qui *M*; *del resto cf. p. 420, 2 sqq.*

XXIII.

De attractione vero magnetis a polo variae sunt sententiae. Nos tamen, omnibus hisce praetermissis, eam eius rei rationem probamus, quae non est ab attractione similis speciei, nempe quod illic sint montes magnetis (hac enim causa effectus iste non sequitur), sed universam rationem ac firmam ex contrarii fuga esse asserimus et antipathiam quandam quam habet ad loca opposita.

Rationes sunt in 23° articulo.

XXIV.

In omni actione seu magica seu physica seu cuiuscunque generis illa sit, tria requiruntur: potentia activa, passiva et debita applicatio alterius ad alteram. Et ex defectu omnium istorum accidit impedimentum secundum totum vel secundum partem, simpliciter vel secundum quid, in omnibus productionibus.

Distinguendum est hic de potentia et de actione, quae alia est immanens, alia transiens etc. Item est distinguendum de defectu omnium considerando vel simpliciter vel secundum quid; simpliciter enim uni ex parte illorum trium impedimento in his, quae tria illa requirunt, | sequitur impedimentum omnium; secun- **32ᵛ *M***
dum quid vero, hoc est ex parte proprii principii, impedimentum potest esse non ex parte unius vel duorum.

---

4 * * * * probamus M^1 5 hac *C*: haec *M* . 7 $\overset{\text{ex}}{\text{contrarij}}$ *M* antipatiam *C* 17 hic est *C* 18 distinguendum] def M^1 20 enim *C*: .v. (*cioè* vero) *M* (?), *dove anche le parole seguenti sono incerte* uno *C*

XXV.

Omnis actio et omnis mutatio est de contrario in contrarium; similis enim in simile non est mutatio, neque eiusdem in idem.

Animadvertendum quod transmutatio est eorum quae com- **82r C** municant in materia, seu quorum commune est subiectum; unde vulgata illa propositio 'contraria apta nata sunt fieri circa idem'. Hoc enim est contrariorum munus, ut mutuo se expellant ab eodem loco seu subiecto, et invicem in eodem subiecto seu loco succedant; hinc calidum et frigidum sunt circa idem compositum, sicut dulce et amarum circa gustum, lux et tenebrae circa visum etc. Huc spectat illa doctrina quae est in I P h y s i c o r u m, quae est de generatione ex contrariis.

XXVI.

Non obstat quasdam affectiones, seu passiones mavis dicere, esse similium a similibus, seu similium cum similibus et dissimilium cum dissimilibus, immo etiam contrariorum cum contrariis, ut admixtiones, compositiones et apprehensiones.

De his enim aliud est iudicium quam de actionibus et passionibus. Et aqua aquae admiscetur melius quam cum vino, et vinum aquae melius quam oleum vel adiposum quiddam, quia magis est simile; et in luti compositione concurrunt aqua et pulvis, in oxymelle mel et acetum. Apprehensio quoque sensitiva et intellectiva est per similitudines specierum abstractarum ab obiectis

---

8 contrarium *C* excellant *C* 10 inc *M* (?) 12 *Ar. Phys.* *Α 5 sqq.* (*cf. sopra p. 293 sqq.*) 15 *dopo* passiones *cancella se M*, *dove è incerto se* mavis *o* malis 17 imò *C* 18 admistiones *CM* 24 oximelle *CM*

cum his quae sunt in eorum superficie. Notanda etiam est distinctio similitudinis. Est enim similitudo quaedam aequiparantiae, quaedam analogiae, quaedam proportionis, quaedam proprie: prima qua homo est similis homini, secunda qua homo Deo similis est, tertia ut qua ita se habet sensus ad sensibile sicut intellectus ad intelligibile, quarta ut species Socratis in imaginatione similis est speciei quae est in ipso subiecto naturali physico.

XXVII.

Ad debitam agentis et patientis applicationem, item miscibilium, componibilium et apprehensibilium ad ea quibus admiscentur, cum quibus componuntur et a quibus apprehenduntur, maxime requirit respectum partium ad partes, nempe ut sit consideratio in operante, quibus loci differentiis corpora sint permeabilia seu penetrabilia.

Ratio huius est in exemplis quae sunt in 27° articulo.

XXVIII. 33r M 82v C

Ultra partium qualitatem atque situm illud operator debet insuper intelligere, quod facit ad captum eorum affectuum seu accidentium quibus res debent immutari, ut sint apta nata recipi a talibus subiectis; hoc enim potissimum est omnis operationis ex praescripto propositi finis, ut videatur quae a quibus patiantur, et secundum quas transmutationis species afficiantur.

Ratio istorum ab exemplis 28°.

---

1 est *om.* *C* 4 est similis homini *e* (*a quanto sembra*) Deo similis est *M*: similis est homini *e* similis est deo *C* 6 ut * * * * * * * * * species *M* 9 debitum *C* 12 requirit] *come se soggetto fosse* Debita applicatio *?* 15 exemplis quae sunt *M* (*?*): exemplo quod est *C* 16 XXVIII. *C*: XXVII *M* 22. 23 quas transmutatoes (*sic*) spees *M*: partes transmutationis species *C* 24 istarum *C*

XXIX.

Ad hoc refertur ratio miraculorum, quae accidunt ab igne fulminum; differentiae vero illorum activorum accidentium, quibus certae dispositiones in activis respondeant, nullo iudicio et arte possunt definiri.

Hoc satis probatur, quia adversario nullus potest occurrere locus seu ratio, qua possit earum rerum causam aperire; talis enim etiam oportet esse is qui huiusmodi effectus valeat ea ratione producere. Probatur insuper authoritate tum Aristotelis tum communiter philosophantium, qui dicunt ultimas rerum differentias esse occultas et innominabiles, quarum videlicet neque nomen neque definitionem referre possimus. Defenditur item enumerando effectus, qui sunt in articulo 29°, quorum nulla ratio adduci potest.

XXX.

Manifestum fit quod dicitur etiam in nutrimentis, venenis et antidotis, quae aliis alia conveniunt, et quaedam quibusdam sunt venena, quae aliis sunt nutrimentum; quorum rationem nemo aliam potest adducere praeterquam temperamenti et complexionis contrarietatem vel diversitatem, in quonam vero illa contrarietas consistat atque diversitas, non facile poterit pronunciari.

Illud si praestabit argumentator, nos libenter docebimur ab ipso.

XXXI. 33v *M* 83r *C*

Hae vero differentiae procul dubio non proveniunt ab intrinsecis specificisque rerum differentiis, sed ab accidentibus quibusdam transcendentibus.

---

6 adversarius *M*[1] 8. 9 producere *M*: proferre *C* 10. 11 ocultas *C* 18 potest aliam *C* 26 extrin- 'specsecis *M*[1]

Privilegium enim naturae, quo quaedam plantae ab ignibus caelestibus sunt immunes, etiam in individuis quarundam specierum animalium, ut in certis hominibus et bestiis, comperiuntur. Proinde serpentum morsus, qui mire festinanter homines generaliter interimunt, quidam populi integri * * * ut de Psyllis recitat Lucanus, quorum infantes cum aspidibus ludebant, a quibus plurimi Romanorum exercitus repente perempti fuerunt, quod sane est a complexione illius gentis; et inter nostros etiam Europae comperiuntur familiae, quae absque alia arte vel industria eodem sunt donatae privilegio, et alios propria saliva curare possunt. Adde quod et hic habitus potest innovari seu noviter ingenitari, quandoquidem et Romani assuescebant uti veneno et maxime cicuta, quo minus illius propinatione laederentur. Et referunt Averrhoëm ita nutrivisse puellam et adolevisse, ut vel osculo potuisset hominem ad interitum adigere, quam cum ad Avicennam inimicum donum misisset, ipse ea vel eminus visa negotium percepit, quam cum iussisset ad ignem accedere, repente crepuit. Et in proëmio libri Physicorum dicit Averrhoës consuetudinem esse maximam causam, ut quae sunt venena non tantum vertantur in antidota, sed etiam in nutrimentum.

XXXII.

Non mediocriter errant qui rationem maioris et minoris penetrabilitatis referunt ad angustiam meatuum ac pororum, quandoquidem a potentissimis et his, quae penetrativissima videntur, interdum actiones proveniunt et actus penetrationum in ea quae sunt duriora et spissiora facilius quam rariora.

---

3 comperiuntur] *sic CM* 5 populi *etc.*] *cf. sopra p. 444, 15 indichiamo una lacuna (per es.* ⟨....spernunt⟩) *Lucan. 9, 891 sqq.* 6 aspidibus (*cf. Lucan. l. c. 908*) *M*: Psyllis *C* 9 industria *M*: arte *C* (?) 10 *cf. p. 433, 5* 11 *dopo* potest *cancella* ingenitari *C* 14 adolevisse] *non osiamo correggere* (*per es.* aluisse); *nè della leggenda ricordata qui dal Bruno abbiamo trovata menzione nei biografi di Avicenna e di Averroè* 15 ad * * * * Avicennam *M*[1] 23 referunt *om. C* 24. 25 *il luogo sembra lacunoso* 25 * * * actiones *M*[1] 27 *forse* quam ⟨in⟩ rariora

Ipsum patet per ea quae dicuntur in 32° articulo, nempe exemplo ignis et hircini sanguinis ad adamantem, item quia oleum aquam non ita penetrat sicut lignum etiam densissimum; unde patet laxiores poros in aqua et strictiores in ligno non esse causam qua minus penetrentur. De oleo quoque est manifestum, quemadmodum habeat partes magis invicem obligatas, quasi amato nexu invicem compli|catas, quae tamen non minus penetrant lignum quam aquam. Proinde nullus est qui opinari possit propter maiorem penetrativitatem, quae est a subtilioribus partibus, sanguinem hircinum eo penetrare quo non penetrat ignis. **83ᵛ *C***

XXXIII. **34ʳ *M***

Multiplex est vinculorum genus, quo spiritus atque corpora physice alligantur, quorum primum genus non ex natura rei, sed ex positione constituimus, ex voce et cantu. Cantum vero non solum harmonicum anteferimus seu mathematicum, sed etiam occultum quendam, qui nihil ad tibiam vel ad lyram, qui non ex consensu quodam animae operatur, sed interdum ex occulta quadam violentia.

Patet ex his quae habentur in 33° articulo.

XXXIV.

Vox et cantus non solum audita vincire comperiuntur, sed etiam longe a vinciendis et a remotis non absque aliqua ratione, ab aliis tamen audita vel a concitato incantantis spiritu virtutem accipiunt.

Ex 34° articulo.

---

5 penetretur *C*; o *forse* ⟨magis vel⟩ minus? 6 quemadmodum *compend. M* (?): quod cum *C* 6. 7 *cf. p. 439, 27* 15 * * * * seu *M*¹ 17 tybiam *C* 19 in 32 articulo *C*, *ma cf. p. 443, 16 sqq.*

XXXV.

Numerus unius vocis alterius vocis numerum subprimit, confundit vel etiam tollit.

Per ea quae in 35° articulo.

XXXVI.

Item unius vocis numeri ex uno subiecto migrant ad excitandos actualiter numeros in alio subiecto comproportionaliter se habente vel in eadem temperie constituto, si sufficiens unius ad alterum fiat approximatio.

Patet ex 36° articulo.

XXXVII. 84^r *C*

Non solum ut similis speciei vocem educant seu exuscitent, verum etiam in dissimilem speciem.

Patet exemplo canum quorundam, qui ex tubis, et equorum, qui interdum ad tubarum bellicarum sonitum saltant, quod in certis accidit pro certa complexione. Et hoc nemo negare potest esse genus quoddam vinculi ex voce.

XXXVIII.

Certa etiam vox et harmonia comperitur etiam venenorum potentiam tollere, quod certis experimentis et sufficienti ratione comprobatur.

---

2. 3 subprimit] *così anche M?* 6 numeri alterius vocis numeros M^1 migrant *M*: migrat *C* 12. 13 educat *M* (?) *e* exuscitet *C* 14 ex tubis *C*: *in M sembra ci sia tutt' altro* 20 tollere quod non tantum (?) exemplis ...... quod M^1

Experimentum ex phalangio. Ratio sumitur ex attactu sensus **34v M** et spiritus, qui ita per illud venenum est in intemperiem adactus, ut ad eandem per talem harmoniam possit ad contemperamentum revocari. Ex cura vero spiritus sequitur corporis cura non solum in hoc, verum etiam in aliis evidentissimis; multi enim morbi contrahuntur ex opinione seu phantasia, et per contrariam opinionem et phantasiam, seu illius opinionis abactionem, curantur.

XXXIX.

Furor etiam ⟨et⟩ mania, quae sunt in fanaticis et energumenis, et ratione et experimento comprobatur cantu et harmonia curari.

Experimentum est in Saule, quem cum arriperet spiritus malus, Davide citharam pulsante convalescebat.

Ratio est quia musica exhilarat et ♀[is] vel ☉[is] inducit impressionem seu spiritum exuscitat, qui sunt contrarii spiritibus, qui ex melancholia seu atra bile proficiscuntur vel in eodem humore consistunt et incubant, qui referuntur ad ♄.

Notandum non quamlibet harmoniam cuilibet esse aptam, sed certos cuique numeros esse definitos; potest enim esse quaedam quae omnes vinciat, quaedam quae plures, quaedam quae pauciores, neque semper sub specie ..... sed sub aliqua alia .... incantato primo, manifesta vero alicui quod est in ipso; unde quidam per verba auribus insusurrata et non intellecta ab incantato spiritus eiiciunt et immittunt.

---

1 sumitur *M* (?): q̊ est *C* 3 *sic CM* 4 cura (*la seconda volta*) *M* (?): curatio *C* 9 ⟨et⟩ *om. CM* qui est in *M*[1] 10 *forse* comprobantur 13 cytharam *CM* 15 *l.* seu spiritus 17 ad *om. C* 18. 21 *in marg. CM* 18. 19 Notandum — quaedam] *in M parole deformate in modo da non potere essere riconosciute* 21 *luogo illeggibile in M*: sub speciei coeundi sed sub aliqua alia occulta incantato *etc. C*

XL.

84ᵛ C

Non solum genera incantationis physicae et mathematicae, sed etiam logicae, potentiam habent ad vinciendum corpus, non solum spiritum.

Patet in incantatione, quae est per artem rhetoricam, quae vincit animos per se primo et immediate, vincit etiam corpora mediate et consequenter, sicut ex ira, indignatione, timore et aliis huiusmodi affectibus, qui sicut proprii viventibus propter animam ad perniciem usque corporis invalescunt. Vincula vero corporis intelligimus omne genus, quo ipsum certa affectuum passione ita obligatur, ut aliqua eius actio laedatur seu impediatur, hoc autem est devinctum esse; unde aegritudinem inducere est ligare, curationem vero, solvere; unde et in vulgus modus loquendi inolevit, ut dicantur curati soluti, liberati ab infirmitate, quod significat esse extra vincula quibus detinebantur.

XLI.

Visum etiam vincire seu per visum spiritum obligari, inculcari, alterari et consequenter corporis et compositi totius immutationes notabiles ingenerari non dubitamus, neque sapiens quispiam dubitare debet.

Probatur per exempla articulo 41º allata, et satis compertum est ut quaedam species visibiles horrorem, abominationem, odium, amorem, laetitiam, maestitiam et indignationem cum universi videntis alteratione commoveant. Alteratio igitur in corpus se-

---

1 XL.] *om. o svanito M* 2. 3 physicè et mathematicè (mathematicaè *M*), sed etiam logicè *C* 3. 4 vinciendum spiritum corpus M^1 8 effectibus *C* sicut] sunt *CM*; *in M del resto è quasi impossibile distinguere* sunt *da* sicut *e viceversa* 11 seu] vel * * seu M^1 impeditur *C* 13 indolevit *CM* 14 curati dicantur *C* 15 detinebatur *CM* 22 visibiles *aggiunto in marg. M* 23 laeticiam *C*

cundum qualitates activas et passivas a qualitatibus huiuscemodi seu speciebus, quae neque in ordine activorum neque passivorum habentur a vulgo, exuscitatur; timor autem infrigidat, ira calefacit, tristitia exiccat. Neque obest dicere eiuscemodi alterationes esse per quandam non principalem, sed mediatam quandam actionem | 35r *M* et per aliud quiddam [actionem] proficiscentem; quomodocunque enim fiat, ad genus activarum qualitatum non minus principale referendum est hoc quam illud. Ignis etiam et aqua etiam interdum per accidens et mediate frigefaciunt et calefaciunt, tamen sufficit ad praesens notare illud, quod huiusmodi qualitates habent vim ligandi, alterandi, infirmandi, immutandi usque ad corruptionem subiecti, quandoquidem ex specie visa plurimi repente mortui sunt.

XLII.

Non magis ea laedunt, quae magis sentiuntur vel sensum afficiunt; multa enim per sensus vel etiam iocunde et incaute | 85r *C* ingeruntur in spiritum letalia et obligant spiritum seu universum animal, quorum alia secundum sensum affectio non praecedit; siquidem veluti per gustum multa sunt amara, acria, aspera, quae non laedunt, ea tamen vel sunt medicinae interdum et nutrimenta, pleraque etiam nullo sensu, ut aër pestifer et quaedam quae per os ingeruntur sunt venena sine sensu, usque ad hoc ut etiam sint dulcia et iocunda quae sunt venena, ita et multo magis per oculum.

Manifestum est ex articulo 42°.

---

3 exuscitantur (*sic*) *C*: *parola deformata M* autem] a. *M*: enim *C* 6 *cancelliamo* [actionem] 9 frigefaciunt et calefaciunt et mediatò *traspone C* 17 laethalia *CM* 22 pestifer aër *C*

XLIII.

Quae potentiam cognoscitivam afficiunt, omnia oportet per ostium phantasiae animo se insinuare; nihil enim est in ratione quod aliquo pacto non fuerit in sensu, et nihil a sensu pertransit in rationem quod per phantasiam non deferatur; unde illa sententia 'nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu'.

Intelligitur originaliter, occasionaliter, fundamentaliter; omnino enim secundum rem seu realiter et specifice aliae sunt species in sensu, aliae in intellectu; sensibiles enim species, ut colores, sapores etc. et soni, neque per se neque per accidens sunt in intellectu seu ratione, et ideo per istas principaliter non vincitur ratio seu opinio. Unde bene dixit Epicurus et Heraclitus sensum non fallere neque falli; omnis enim falsitas est | sub actu affirma- 35v M
tionis et negationis, sensus vero non affirmat neque negat, sed solum species praesentatas excipit. Videre aurichalcum oculi est realiter, hoc est secundum speciem externam, item phantasiae secundum speciem internam (ut phantasia significat potentiam apprehensivam et retentivam specierum; alioqui enim proprie non ipsius est definire, sed imaginationis); indicare vero aurichalcum 85v O
esse aurum vel esse aurichalcum ipsum secundum actum affirmationis, hoc est opus intimioris potentiae. Satis autem naturaliter sensus est verus et phantasia est vera, si vere sentiat, si vere apprehendat et teneat speciem obiectam.

XLIV.

Neque sensus exterior, neque sensus communis fallitur, neque phantasia fallitur aut fallit.

[illegible] M [illegible]
Epicurus [illegible]

Sed ex horum perturbatione falli sequitur et fallere; per se enim immediate et proprie cogitativa fallitur, et secundum ipsam opinio vera dicitur et falsa.

XLV.

Nullus sensus particularis cognoscit se sentire, neque differentiam inter se et alium, neque alio pacto actum reflexum habet circa propriam actionem.

Visus enim ipsius est videre, non autem ipsius est cognoscere se vere videre vel false, sed hoc ad internam potentiam spectat, nempe sensum communem. A cogitatione igitur seu cogitativa potentia incipit actus reflexus cognoscitivae potentiae, et eius est vinciri primo et proprie in erroribus opinionis. Vincula et nodi sunt ex parte specierum sensibilium et perturbatorum actuum, sensuum vel externorum vel etiam internorum; vinciri tamen phantasiam et sensum suo modo dictum est, ita ut facile pateat quae sit differentia inter illius generis vincula et istius.

Sub nomine phantasiae accipimus generaliter omnem potentiam sensitivam internam quae est ante cogitativam, nempe ut includit etiam sensum communem.

XLVI.

Analogia quaedam est a corpore ad spiritum, a spiritu ad sensum, a sensu externo ad internum, a sensu generaliter ad rationem, a ratione ad intellectum, ab intellectu ad mentem; unde ex obligatione et impedimento praeviarum facultatum sequuntur impedimenta et | ligamenta con- **86r C**
sequentium.

---

7 *dopo* actionem *cancella* visus *M* 8 est videre] visus est videre M^1 9 videre verè *C* 14 vel internorum etiam *C* 17. 19 Sub — communem *marg. CM* 22 vel sensum, à sensu externo *M* (?)

Ratio quia ubi corpus fuerit crassum, hebetatum, tardum, spiritus etiam erit suppressus et hebes, sensus non poterit esse exquisitus, cum nae bene Aristoteles 'deficiente aliquo sensu necesse est aliquam scientiam deficere'. Hinc ratio, quae speciebus sensibilibus informatur, propter nuntiorum ipsorum imbecillitatem, inconstantiam et lubricitatem consequenter fluctuat, et loco experientiae perturbatus quidam habitus secundum notabilem a pluribus conditionem consequitur (unde quidam stulti et amentes habentur), vel non usque adeo notabilem nisi a paucis; et ita interdum tales etiam sapientes existimantur. **36r M**

XLVII.

Duplex a theologis genus stultitiae non irrationabiliter (ut quod etiam philosophi debent agnoscere) adducitur, si stultum definiamus eum qui non sapit ut communiter seu ut vulgus. Hoc autem contingit dupliciter: uno pacto infra vulgi opinionem et deterius sentiendo, nempe sensu et cogitatione magis tenebris immersa; et supra vulgi sensum, utpote opinione altius emergente et ingenio animique obtutu.

Ex primo genere sunt stulti simpliciter et respective, ex secundo respective tantum. Primum ex turbatione, mixtione et confusione; secundum ex digestione et distinctione et ordine principiorum cognitionis. Primum genus solet esse ex praedominio alicuius spiritus furiosi, irrationalis, praecipitis, inhaerentis materiae, unde spiritus proprius universi ipsius particulari seu microcosmo torpescit, seu ut ita dicam stupescit, peregrino quodam et adventitio grassante ubi magis ubi minus. Sicut ergo ex nimio vini potu accidit furor et multiplex inordinata incitatio, sicut ex contemperamento atque potu animus etiam subtiliatur atque re-

---

2 erunt suppressi et hebetes *C* 3 ne *C e, a quanto pare, M*: *si aspetterebbe* definiat *o sim.* Arls *M*: Aristotelis *C* *Ar. Anal. Post. A 13. 81a 38* 7.8 conditioconditionem *M*[1] 13 adducitur *M* (?): adducere *C* 17 vulgus *M*[1] *C* 20 mistione *CM* 21. 22 principum *M* (?) 24 *f.* universo ipsi *C* 25 ut dicam ita *C*

ficitur, et ex inedia in maerorem, tristitiam, indignationem, iram, rerum negligentiam et similes alios Saturnios quos vocant affectus animal compellitur, ita et ex definitis quibusdam nu|trimentis et **86ᵛ C** medicaminibus varii affectus ex affectuum variis principiis, qui sunt varii spiritus, quorum tam multa sunt genera quam multae possunt esse complexionum species, tam multi modi quam multi in singulis speciebus possunt esse gradus. Unde illa principia alia sunt rationalia, alia irrationalia secundum actum, alia secundum naturam quae refertur | ad unum, alia secundum naturam quae refertur ad **36ᵛ M** alium planetarum, et ad haec definienda multum facit complexio subiecta, unde idem vinum alios omnino in stuporem adigit et mente captos efficit, alios subtilioris vegetiorisque ingenii et Ioviae cuiusdam affectionis, alios tristes, alios salaces, alios strenuos et mavortios, alios pios, sanctos, in caelum suspirantes et seculi huius statum deplorantes, quod totum fit externo quodam accedente spiritu. Itaque videmus materialibus quibusdam forinsecus affectum et ingenium immutari a spiritu inexistente, qui materiae videlicet iniectae adhaeret, cum qua digesta digeritur, egesta egeritur, cum qua haerente haeret, vinciente vincit et obligat. Iusta hoc genus vinculorum, quod videlicet est ex parte spirituum inhaerentium et inexistentium, sequitur mania, stultitia et alii affectus, quos temere omnes ad atram bilem referunt plurimi loquentes plus quam ratiocinantes medici. Omnes huiusmodi infra vulgi opinionem sapiunt et vere sunt stulti.

Est aliud genus eorum quorum spiritus seu animus, licet tangatur corporeis quibusdam affectionibus, non tamen penetratur, vincitur, sed per vegetam mentis virtutem altius sapit, ut non solum sit immunis a turbationibus stultorum, sed etiam a vulgi trepidatione, non credens quae illud credit, non timens quae illud formidat, contemnens ea in quae illud inhiat. Vulgus ergo in medio consistens et suo modo sapientiae limites et ordines constituens, omnes aeque extra suas metas et lineas constitutos extra

---

1 inedia *M*: media *C* merorem *M* 7 illa *C*: *parola incerta M* 9 referunt (*la prima volta*) *C* 11 * * * * alios *M*[1] $\overset{\text{adigit}}{\text{stuporem}}$ *M* 12. 13 et $\overset{\text{viae}}{♃}$ (*segue sillaba cancellata M*) cuiusdam *CM* 21. 22 effectus *M* (?) 32 constitutos *corr. M*: constitutus *M*[1]*C*

sensum et intellectum et mentem et aeque stultum appellat. Talis habitus est Zoroaster, Socrates, Democritus et alii permulti, qui tandem Deorum ipsorum et naturae vocum testimonio sapientes sunt comprobati. Horum habitus et conditio a conditione cogitativae consequitur, quae non a turbulento spiritu insistente, sed a divīno aliquo irradiante, illuminante et assistente regebatur.

XLVIII. 37r M 87r C

Hoc secundo modo dispositi etiamsi habeant ordine naturae cogitationis opus consequens post opus phantasiae, siquidem species cogitabiles a speciebus phantasiatis sunt abstractae (sicut timoris species et amoris ex speciebus phantasticis, inordinatis, monstruosis et alienis a sympathia cum hac potentia; sicut species serpentis et leonis non bene afficit, sive sensu externo concepta sive phantasiae opere fabricata, praesentem sensum, quae cogitativa appellatur in homine et aestimativa in brutis), tamen plus agunt in species phantasiabiles, quam a speciebus phantasiabilibus patiantur. Anima enim vegetior et minus in corpore consopita habet potentem iudicii et operationis reflexionem super illas, distinguens vera ab apparentibus et sensum ancipitem a definito et certo, ut ipso etiam sensu iudice et teste concludat contra multitudinis opinionem non omnia moveri quae videntur, neque bona, neque iusta, neque vera. [XLVIII.] Item non solum distinguit quae ex ordinata

---

1 *f.* stultos 4 probati *C* 6 assistente *C*: assidue *M* (?): *forse* assidente? 12 monstrosis *C* 15 fabricata bene afficit *M*[1] quae] *l.* qui 18 patiantur (*con parola cancellata innanzi*) *M*: patiatur *C* 23 *sic CM* 24 XLVIII] 48 *M*[1]: 49 *corr. M*: XLIX *C*: *lo abbiamo cancellato. Perciò i numeri delle nostre Theses* XLIX-LVI *sono* 49-56 *in M*[1], 50-57 (L-LVII) *corr. M e C; ma che la numerazione di M*[1] *sia la vera nelle Theses seguenti* (*poichè nelle precedenti M*[1] *aveva erroneamente ripetuto* 43. *e dava quindi* 43-47 *invece di* 44-48), *lo mostrano anche i rimandi agli articoli De Magia* distinguunt *CM*

phantasia ab his quae ab inordinata proficiscuntur, sed etiam illam ordinat, corrigit, disponit, et eius species ad libitum componit.

Patet ex 48° articulo. Unde denominantur poetae, et sunt item pictores, apologi etc.

XLIX.

Quod attinet ad energumenos seu daemoniacos, qui supra proprium ingenium variis loquuntur linguis et habitum variarum scientiarum demonstrant, errant medici crassa quadam pertinacia negantes esse daemones et peregrinos intellectus; errant etiam sacristae quidam negantes ex humorum qualitatibus hoc provenire, totum vero ad daemonis opus referentes. Ratio vero omnis undique | compro- **87ᵛ C**
bat hunc effectum ex novo quodam animali ingenito et concepto proveniri, cuius quidem corpus sit ex materia medicorum et anima ex spiritu sacristarum, quamvis alia conditio sit illius animalis et istius, cuius proprium sit corpus.

Patet ex his quae dicuntur 49°, quibus adde nos non appel- **37ᵛ M**
lare animal ingenitum et speciem ingenitam animalis [nisi] secundum veram speciem et consuetam significationem animalis, ⟨sed⟩ secundum quandam proportionalem seu analogicam, sicut etiam animalia appellantur astra et sphaerae et mundus ipse aliquando per animam adsistentem, aliquando per animam moventem tantum, non autem per animam inexistentem et actuantem et animantem, sicut in plantis et his quae vulgo animalia appellantur.

---

4. 5 *cf. p. 449, 5 sq.* 16 anima *M*: omnia *C* (?) 17 animalis animalis *M*¹ 20 nisi *C*: * * * nisi *M*: *lo abbiamo cancellato* 21 sed *om. CM* 23 animalia (alia ?) *M*: aliae *C*

L.

A cogitativa, nempe sensu consequente phantasiam, est principium omnium affectuum, cognitionis et voluntatis, speculative vel moraliter, virtuosorum vel reproborum.

Sicut enim ex regula praecedentium sensuum sequitur regulatio cogitativae, ita et ex regula cogitativae sequitur dispositio intellectus et voluntatis.

LI.

Duplex est fides, sicut et duplex est *cognitio et affectus*, sensitiva videlicet et rationalis: *prima est fundata in praeviis* facultatibus ante *cogitativam, et quiescit in illa*; secunda in subsequentibus *potentiis et virtutibus, et exordium* sumit ab ipsa; et istae duae fides *mutuo regulantur* et regulant.

Ratio est, quia sensitiva est *ex parte materiae potius* melior ac deterior, rationalis vero ex parte *formae* potius atque *magis*; et perfectionis sensuum principium per se est *corpus seu organum* bene dispositum, perfectionis vero *rationis* principium est spiritus bene harmonicus et contemperatus, et anima bene libera et repurgata. Sicut ergo affectiones, quae sunt in corpore, consequuntur eas, quae sunt in anima (haec enim hilaris et libera et sibi consonans corpus bene dispositum conservat, ut dixit Zoroaster: si anima consueverit divinis incumbere obiectis, et corpus ipsum a corruptione liberatur), ita etiam e contra corpore bene firmo, contemperato sequitur sensus regulatior, animus pacatior, tranquillior et vegetior.

---

1 sensu et [illegible] sensu [illegible] 16 materiae potius M [illegible] 22 [illegible] Magis Zoroaster [illegible] [illegible] 1508 [illegible] [illegible] 25 anima [illegible] divinis [illegible] 25 liberatur [illegible]

LII. **88r C**

Eorum quae alterant cogitativam seu movent, alia sunt principia pure physica, alia vero sunt positiva; et secunda non sunt minoris efficaciae, quam prima.

Species enim innovantur in anima seu noviter accedunt, quaedam ab extrinsecus obiectis regulariter, quaedam ex perturbatione phantasiae sine arte; et harum praecipua .... semina cogitationum seu affectuum formaliter, materialiter vero certa nutrimentorum genera. Unde facile est concludere rationem universalem seu artem certorum insomniorum | concitandorum et **38r M** quodammodo artificialiter ad libitum disponendae cogitativae, et tandem animae medicandae vel maleficiandae (animam inquam ipsum totum propter animam seu propter animae facultates). Practicant hanc rationem contemplatores et apocalyptici quidam et artis notoriae et propheticae professores et theurgi, qui certa victus ratione et certis meditationibus praeviis animum ad certum pietatis genus disponunt, promovent et habituant, ut tandem stultissimi putant se quorundam tragicorum numinum perfrui colloquio, et mira quaedam vident et referunt, talia tamen qualia ad stultitiam et pessimum maniae genus sint referenda. Et novimus iugi experientia definitis cibis et cogitationibus et affectibus definita insomniorum genera conciliari, haec quidem ad Venerem, haec ad tragicos et lugubres, haec ad pulchrorum spectaculorum intuitum, nempe camporum, hortorum, viridariorum, haec ad maria, flumina, haec ad ignes, stellas, soles, haec ad ventos, tempestates, haec ad iurgia, rixas, iras, haec ad pavores, carceres, captivitates, horrores et phantasmata terribilia, quibus multum confert quod

---

5 animo *C* 7 precipuè causae sunt semina *etc. C: in M è illeggibile ciò che segue a* precipua 10 somniorum (?) *M, dove la scrittura dei ff. 37v sqq. è più deformata del solito* 16 et meditationibus certis *C* 20 sunt *C* 22 ad ♀nerem *M*: ad ♀ *C* 25. 26 *in marg.* non quidem haec (?) *M* 26 pavores *M*: timores *C*

quidam addere consueverunt, certis succis inungendo venas iugulares. Item quidam lapides per effluxum atomorum, ut onyx, sub cervicali appensi dorso designata somniorum genera conciliant; sicut de onyce scribit Albertus, et ego sum expertus et alios experiri feci, non eo quem mentiuntur gemmarii, sed illo qui est omnino lapis niger cum venis albis, cuius maxima copia ad litora maris Tyrrheni et Ligustici. Ex quibus est manifestum quomodo ratio victus et materialia huiusmodi principia, vel per se vel mediante cogitatione praevia, certas dispositiones et habitus in animum intrudere valeant. Assuescit ergo animus aegrotare, bene valere, hoc est sapere vel desipere, iuxta cogitationum species quibus educatur, ad quod conferunt materialiter nutrimenta, balnea, unctiones, efficienter ea quae per sensus externos capiuntur. Si quis audire consuescat voces pecorum, rusticorum proposita, ignobilium, ignorantum et semiferorum, item videre tales vultus, tales species miserabiles, tragicos, deploratos, infortunatos, ¦ (88^{v} C) item iracundos, superbos, furiosos, ita anima omnino inficitur. Ita providendum maxime atque cavendum est ubi et cum quibus quispiam educetur, erudiatur, sub qua paedagogia, qua religione, quo cultu, quibus libris seu authoribus assuescat; quae omnia non per accidens, sed vere per se, si mala pessime aut deterius, si bona optime aut melius ingenium ingenerabunt, et cum hoc genium atque fortunam.

LIII.

Generalis cogitativae effectus et actus, in quo omnes mores et omne cognitionis genus est fundatum, est fides, quae requiritur active in operante, et passive in operato seu subiecto operationis; sed praesertim passiva ista requiritur in omni subiecto, sine qua neque naturalis neque

---

1. 2 iugulares venas *C* 2. 7 Item — Ligustici *in marg.* (*senza richiamo*) *CM* 2 *e* 4 onix *e* onice *CM* 4 Albertus] *v. sopra a p. 433, 2 sqq.* 10 valeant *om. C* 12 quod *M*: quas *C* 17 anima (*segue parola cancellata*) *M*: animus *C* 25 Generatio *C* 28 ista passiva *C*

rationalis neque divinus operator aliquid producit aut per ordinarium producere potest.

Ratio est in 53°. Ideo fides est vinculum magnum et vincu- **38^{v} *M***
lum vinculorum, quam sequuntur, veluti filiae, spes, amor, religio, pietas, timor, patientia, gaudium, ... indignatio, odium, ira, contemptus, et tandem omnis iustitia et iniustitia, omnis scientia et ignorantia pravae dispositionis.

LIV.

Vincula non attingunt rationem, intellectum et mentem, nisi quae iocunda sunt, bona et vera, nempe perfectiva.

Omnis enim falsitas, ignorantia, improbitas et iniustitia sunt extra rationem, intellectum et mentem, non in ratione, intellectu et mente.

LV.

Omnis ergo alteratio et immutatio compositi secundum animam principaliter vel secundum corpus, nempe prout dispositiones vel a corpore fluant in animam vel ab anima in corpus, si fuerint depravatae, habent causam ante cogitativam et consistentiam in cogitativa, quae contaminat corpus seu immutat alterando principia materialia,
vicissimque princi|piis materialibus alteratis contaminatur **89^{r} *C***
et immutatur a corpore, sicut et, quemadmodum dictum est, corpore bene habente et sensibus canonice ordinatis et dispositis et obiectis non praevaricantibus ipsa non aegrotabit.

---

5 *innanzi ad* indignatio *c'è in CM una abbreviazione* (s*; *forse* secundo?) *dopo* timor *cancella* odium *M* 10. 11 perfectiva. Omn *M*[1] 13 non in non in *M*[1] 23 immundatur *M*[1]*C* et (*dopo* sicut) *om. C*

LVI.

Omnes affectus et vincula voluntatis reducuntur ad duo et referunt ipsa, nempe ad irascibilem et concupiscibilem, seu odium et amorem; odium tandem ad amorem reducitur; itaque vinculum unum voluntatis est amor.

Probatur, quia omnes alios affectus, quos quispiam possit adducere et effingere, nihil aliud sunt formaliter, fundamentaliter et originaliter praeterquam amor; invidia enim amor quidam sui est, quo meliorem vel parem non patitur; similiter aemulatio. Indignatio est amor virtutis, quo aegre fert quispiam indignos bene habere, dignos vero minime; verecundia, timor nihil aliud sunt praeterquam amor honestatis et eius propter quod timetur. Similiter de aliis omnibus affectibus. Odium tandem unius nihil aliud est praeterquam amor contrarii vel oppositi. Ira igitur etiam tandem amor quidam est. Satis ergo fecerit qui eam nactus fuerit philosophiam seu magiam, quae vinculum summum, praecipuum et generalissimum amoris sciat contrectare, unde fortasse amor a Platonicis daemon magnus est appellatus.

FINIS.

---

2 voluntatis *aggiunto in marg. M* 2.3 ad 2° et referunt ipsa (*cancellato* seu .. in virtute) nempe *M*: ad 2°, ipsaque referunt nempe *C* 6 *l.* alii; *ma cf. ad es. De lamp. Combin. p. 280, 22 sq.* 13 *innanzi a* Similiter *cancella* Odium *M* 14 etiam *om. C*

I fogli 70–86[v] *del codice di Mosca* (= *M*) ***contengono un*** *altro trattato magico anepigrafo*,[1] *che per la massima parte resulta di excerpta dal Tritemio, da Agrippa e dal Pseudo-Alberto Magno. Noi ben volentieri avremmo del tutto trascurata questa parte così compilata, limitandoci a riprodurre solo i primi paragrafi e quanto altro avesse carattere personale del Bruno* (*e che sia proprio lui il compilatore, lo dimostra anche la citazione del* '*De umbris idearum*' *a p. 502, 23 sq. e il riscontro di p. 495, 17 sqq. con* '*De Magia*' *p. 453, 14 sqq.*); *ma abbiamo dovuto dare ampia notizia anche del resto, per mettere il lettore in grado di giudicare delle relazioni che ha l'intero trattato con quel capitolo del* '*De Magia*' *che vi si riferisce* (*cf. sopra a p. 435, 23. 438, 6 sq.; e Lutoslawski l. c. p. 537 e 550*). *Ne diamo perciò una specie di collazione con le opere dalle quali il Bruno attinge; ma siccome egli non riproduce letteralmente, ed estrae solo quanto gli sembra di fondamentale importanza* (*v. 506, 17 sqq.*), *la nostra collazione vale solo a dare una idea generale del modo come la materia è trattata e distribuita. In genere possiamo dire che sono tralasciate le considerazioni più o meno ampie, che occorrono nelle fonti, e ne sono estratti semplicemente nomi, qualità e attribuzioni degli spiriti e sim. — Della* Steganographia *del Tritemio adoperiamo l'edizione del 1606* (Francofurti, Ex officina typographica Mat-

[1] *Il Noroff lo intitola* 'Kabale', *arbitrariamente. Invece un titolo come* De Magia Mathematica *o sim. corrisponderebbe meglio alla definizione data più sopra* (*p. 401*) *dallo stesso Bruno; e questo titolo abbiamo creduto opportuno di aggiungere per comodo di chi dovesse citare il trattato. Nell' opuscolo* '*De Medicina Lulliana*' *il Bruno indica* (*f. 61*[r] *del cod* ***M***; *cf. anche f. 56*[r]) *con la espressione* 'in ultimo tractatu De Magia', *se non erriamo, i seguenti capitoli magici* '*De rerum principiis et elementis*' *etc.*; *dove poi* (*f. 43*[r] *del cod. M*) *la espressione* 'suffumigationes, de quibus supra' *etc. si riferisce probabilmente a questo trattato p. 504, 24 sqq., e similmente a p. 489, 8 sqq. rimandano le parole* (*f. 48*[r]) 'Alii viginti quatuor horis diei viginti quatuor adscribunt praesides, quorum nomina sunt in prima Magiae parte, quae potius' *etc.*

thiae Beckeri, Sumptibus Ioannis Berneri); *della* Occulta Philosophia *di Agrippa quella del 1567* (Parisiis ex officina Iacobi Dupuys), *dove sono anche gli* Elementa magica *di Pietro di Abano; dello Pseudo-Alberto Magno finalmente non abbiamo potuto vedere se non il volume* Albertus Magnus De Secretis Mulierum Item de Virtutibus Herbarum Lapidum et Animalium. Amstelodami. Apud Ioannem Ianssonium. A° 1662, *volume che contiene anche il* De Secretis Naturae M. Scoti *e due altri trattatelli, l'uno anepigrafo ed anonimo sulle ore (p. 165-170), ed un altro intitolato* Eiusdem Alberti Magni De Mirabilibus mundi (*p. 170-218*), *che sono entrambi adoperati dal Bruno e noi citiamo con la semplice indicazione della pagina.*

⟨DE MAGIA MATHEMATICA.⟩

I. Influit Deus in angelos, angeli in corpora caelestia, caelestia in elementa, elementa in mixta, mixta in sensus, sensus in animum, animus in animal. Ascendit animal per animum ad sensus, per sensus in mixta, per mixta in elementa, per elementa in caelos, per hos in daemones seu angelos, per istos in Deum seu in divinas operationes. **70r**

II. Sic Dei vel a Deo est descensus per mundum ad animal, animalis vero est ascensus per mundum ad Deum; Deus est in cacumine scalae, cabalisticus Iacob in radice et fundamento illius; gradus mediarum creaturarum iuxta suos numeros altitudinem scalae constituunt, per quos virtutes operatrices superiores descendunt ad inferiora et infernae conscendunt ad superna; quia ascensus et descensus per exitum et ingressum duarum portarum Cancri et Capricorni (quarum altera Deorum dicitur, altera hominum) designati sunt ab antiquis profundae philosophiae authoribus.

---

2 *sqq. cf. p. 401, 27 sqq.* 10 *cf.* '*Ioannis Reuchlin LL. doctoris Liber de Verbo mirifico*' (Lugduni MDLII), *Lib. 2 cap. 9 p. 196* 10. 12 *etc.* schalae *M* 13 supernas *M*

III. Sapientia triceps, a qua triplici capite triplicem latratum emittens Cerberus, ad Hecates tricipitis custodiam designatus, repellit obscuros et ignorantiae caecitatis affectos, et tantummodo admittit in Elysios campos, qui per metaphysicam a cacumine scalae descendentes per mathematicorum gradus ad physicum fundamentum * * * .

IV. Physicum fundamentum sunt duo activa elementa, terra et ignis, quae altrinsecus posita gradus scalae naturae ad naturalium constitutionem formant et complexione sua stabiliunt; quorum quidem virtutes, potentiae, operationes et actus per elementa physica suo sunt nobis explicata loco.

V. In praesentiarum ergo proponuntur in hac disciplina pro primae partis complemento, quae supranaturali innititur potentiae, contemplatio, fides, cultus, ritus et puritas ad pura; pro secundae partis complemento tempus et tempora, ordo, assequutio concordiae ad concordiam, litis ad litem, impedimentorum evasio, tempestiva exequutio; pro tertiae partis complemento applicatio activorum passivis, affabre apparatorum affabre apparatis: quorum omnium rationem in subsequentibus per trium tractatuum discursus elucidabimus. Quorum primus est de cultu vel ad cultum; secundus est de observantia et temporum dispensatione, item figurarum, numerorum, sigillorum, characterum et annulorum ratione; tertius de rerum qualitate, ratione, applicatione, proprietate et ordine.

VI. Triplici ergo existente huius facultatis nervo, qui cum 70v sit completus et perfectus, potentissimus est ad omnia ligamenta et ad omnem solutionem confirmandam efficacissimus, pro quo dixisse intelligitur sapientissimus inter Hebraeos Cabalista 'funiculus triplex difficile rumpitur'. Primum ergo funiculum invocationem appellamus et animi ad supernas virtutes directionem; ex nobis enim impotentes, sicut artifices, non nisi mutuata materia a

---

1 *sqq. cf. p. 435, 23 sqq.* 2 Ecatis *M* 3 *l.* caecitate 6 *indichiamo una lacuna* 11 *cioè nei capitoli 'De rerum principiis et elementis' etc. (f. 39r sqq. cod. M)?* 15 tempore(?) *M*; *cf. Daniel. 7, 25. 12, 7. Apocal. 12, 14*; *o forse* et temporis ordo? 22 caracterum *M* 27 potentissimefficacissimus *M*[1] 28 hebreos *M* 28.29 *Ecclesiastes 4, 12*

rebus naturalibus, et impetrata efficacia et virtute a rebus supernaturalibus, quippiam efficere poterimus unquam. Primum ergo fundamentum universae unionis, qua virtutibus superioribus aut copulamur aut ipsas nobis copulamus, est fides ac credulitas, quam non modo in nobis operantibus vigere oportet, sed etiam in recipientibus; adeoque eiusmodi conditio est necessaria, ut sine ipsa nihil unquam valeat effectuari a quacunque virtute, nisi ea per violentiam sit efficax aut per impeditam naturam.

VII. Signum eius quod dicitur est, quod animi dominantur corporibus, iique sunt fenestrae quibus in animalia se ingerunt plurima accidentia. Patet enim mutatis animis corpora alterari in effectu irae, indignationis, invidiae, melancholiae et similium; unde idem Cabalista 'spiritus' inquit 'tristis exiccat ossa' etc. Idem iudicium est in aliis corporibus affectibus ex animo, qui si ....existat, obicem ponit et ianuam occludit, ne vel proficuae vel noxiae irrepant, tum in ipsum tum in ipsius corpus, impressiones. Signum quoque est in efficacissimo Dei filio, de quo dicitur quod 'propter incredulitatem' eorum in patria nulla poterat efficere miracula, nec non saepissime videmus secundum fidem eorum in aliquos operando sanitati restituisse. Neque enim credibile est nec credendum proponitur, quod omnes praeter credentes etiam sanitati restituerit.

VIII. Fides igitur et credulitas in operante vigeat oportet cum spe consequendae rei negotiique patrandi, eandemque curare debet ut excitet in eo, in quem bona conferre statuit; timorem, vel v....vel terrorem vel arte procuret in eum, in quem mala et adversa intorquere decreverit. Tales enim affectus animum afficiendo quasi dispositam materiam .... forma quam introducere percupit, exponunt.

De triplici fide.

IX. Est autem triplex, ad superna videlicet, a quibus sperandus est influxus et favor, et in quorum nomine et authoritate fiant

---

3 *incerto se* qua *o* quo *M* 6 ut] et *M* 13 *Prov. 17, 22* 14 *l.* corporalibus effectibus 17. 18 *Matth. 17, 19* (*cf. sopra p. 453, 16*) 24. 25 *forse* timorem vero vel terrorem? 31 *f.* fiunt

universa; ad media, utpote ad ministeriales potestates, | quae in omnibus, si rite inspiciantur et tractentur, supernis obtemperant virtutibus; ad inferna, utpote ad operabilia, de quibus non est desperandum. **71r**

X. Modus atque forma tractandi cum omnibus potestatibus non est arduus, sed licet apud plurimos huius artis indagatores intueri, ut apud Albertum qui generales hac de re canones instituit atque breves. Verum tamen quod arduum dicimus esse, est nominum advocandorum noticiam habere pro diversis negotiis atque diversis effectibus diversorum; quae quidem nomina multae industriae viro et in hac arte felicissimo, Trithemio abbati, fuere revelata, et nos redegimus in hoc compendium ea quae in sua Steganographia dispersa proposuit ille.

XI. Iuxta igitur igitur quatuor mundi cardines quatuor ille cognovit principes, quorum ad Septentrionem dominatur Armadiel *etc.* (*Steganograph.*, *p. 46*). Sequitur ad Austrum habitans magnus princeps Caspiel *etc.* (*p. 55*). Sequitur ad Orientem Carnaziel *etc.* (*p. 52*). — [**71v**] Ad Occidentem est Anchiadiel, qui *etc.* (*p. 58*). De aliis principibus locorum. Est et ad Septentrionem magnus princeps Demoriel *etc.* (*p. 60 sq.*). De ducibus determinatum locum non habentibus. Praeter hos principes et duces, qui certis locis orbis visibiliter deputantur, sunt quidam instabiles, quos Magi dicunt sicut muscas in aëre volare, sine ordine, habitatione et restrictione, et ideo ubicunque advocari possunt, quorum primus est Garadiel *etc.* Secundus post Garadielem est Buriel *etc.* (*p. 63-68*)—[**72r**] —Tertius princeps vocatur Hydriel *etc.* Quartus est princeps qui vocatur Syrrhichiel *etc.* Quintus princeps est Evomiel seu Evoviel *etc.* Sextus princeps Icosiel *etc.* (*p. 69-77*) —[**72v**] De verbo naturae, de ceremoniis seu tempore agentis, characteribus et notis divinis. Decernit hic homo triginta spiritus, quorum singuli sunt in officio praesidentes (*p. 89; segue la lista dei nomi degli spiriti coi rispettivi segni, diversi questi nella stampa*) *etc.*

---

2 *dopo* supernis *cancella* imperant (?) *M* 3 *incerto se* inferna *o* infima *M* 15 Armadel *M* (?) 17 *e* 18 Camesiel *e* Amenadiel *Trithem.*; *e così in seguito daremo sempre le forme che il codice offre* 20 *sqq. v. sopra p. 436, 19 sq.* 30 caracteribus *M*

XII. De anima mundi et mundanorum iuxta priscorum magiam. Caelum et mundum esse animatum, insuper et caelestia quae videntur corpora, nobilissimis poëtis et sapientissimis philosophis est concessum, et quod unicus spiritus universalis est universae machinae insitus, una mens infusa per ipsius artus universam molem exagitat, ut dicit Pythagoras. Si quippe haec inferiora mixta et partialia animam habent atque vitam, cur non ipsum universum, a quo ista tanquam f.... quoddam producuntur, corpus nobilius et magis principale, quam sit planta, arbor? Cur enim terram et aquam negemus vivere, quae ex se innumerabiles plantas et animantes generant, vivificant, nutriunt et augent? Quomodo a non viventibus vita? Quomodo producet animam viventem non vivens? Et dicit Theophrastus non censendum esse philosophum, qui dubitet caelestia corpora vivere et animata esse, animata inquam anima rationali, ut ad perpetuum ordinem inter se conspirent certisque rationibus opera sua producant. Sit ergo in terra ratio terrenorum, in luna | lunarium, in sole sola- **73r**
rium, et hanc animam non abiecti corporis animae similem, sed intelligentem esse et cum corpore suo unum ex Diis efficere, quae multo meliores habeat actuum suorum rationes, quam nos nostrorum corporum; et convenit ut perfectius corpus perfectiori anima informetur. Hinc motus ille perfectissimus, regulatissimus, ordinatissimus, non vagus ac vicissim pervagans, electissimam tenens viam ad optimum finem, ubi mens perfecta non variat consilium et cum corporibus aliis vel(ut) unum monochordum constituit et universalem harmoniam per Apollinis lyram decantatam.

Nomina vero quae fingunt caelestium animarum, quarum aliae sunt cognoscentes, aliae vivificantes, sunt huiusmodi iuxta Orphicam et priscorum theologiam; unde in nona sphaera virtus cognoscitiva est Bacchus Cribronius, vivificationis Musa Callio-

1\. 26 *cf. Agrippa p. 293-6* 5. 6 *cf. sopra p. 434, 18 sq.* 8 foetis *o* foetas quodam (quddam, with o above) *M (?)*: *forse* foeto (= *gravido*) quodam? 11 aninentes generante *M* 13 *Pico della Mirandola* (*Opera omnia, Venet. 1557, p. 252*) *fra le 'Conclusiones secundum Theophrastum' ha 'Si coelum inanimatum esset, esset quocunque corpore ignobilius, quod dicere impium est in philosophia'. Cf. Zeller II, 2³ p. 320* (οὐδὲν γὰρ τίμιον ἄνευ ψυχῆς). *Il Bruno del resto segue anche qui Agrippa p. 295* 19 unum] unium *M (?)*: *Agripp. p. 396* 'intelligere et esse deam' 26 decantatam *parola incerta in M*

pes, in coelo stellato sunt Picionius et Urania, in caelo Saturni Amphietes *etc.* (*p.* 297).

XIII. De nominibus animarum signorum. Signa duodecim per ordinem habent haec animarum nomina, ut apud Manilium constat; est enim in corde Arietis Pallas particularis *etc.* (*p.* 297 *sq.*) Proinde sunt nomina septem mundi gubernatorum satis vulgata a Saturno usque ad Lunam. Sunt proinde alia istorum nomina a Magis et Cabalistis assignata, ut primo planetae presidens dicatur Zapkiel *etc.* Iuxta alios Saturno praest Oriphiel, Iovi Zachariel, Marti Zamael, Soli Michiel, [**73**v] Veneri Anael *etc.*, quorum vicissitudines notavit Trithemius abbas in suo tractatu et considerando tempus dominii ipsorum et planetarum et spirituum. In temporibus aliis quibus dominabantur conditiones temporum futurorum aliquis quasi certa habere poterit (*p.* 377). Nomina praesidentium signis 12. Praesides signorum 12 per ordinem sunt: Malchidael *etc.* (*in marg. di mano rec. è citato* Cornel. Agr., L. III, c. XXIV, *cioè p.* 378 *sq.*). Nomina praesidentium 28 mansionibus lunae per ordinem. Geniel, Enediel *etc.* Nomina quatuor praesidentium quatuor ventis et quatuor mundi partibus. Sunt Michael super ventum orientalem *etc.* Nomina praesidentium quatuor elementis bonorum. Assignantur aëri Cherub *etc.* Nomina praesidum malorum principum. Principes vero potentissimi malorum spirituum in quatuor mundi partibus sunt: Uricus rex Orientis *etc.*

XIV. Nomina sex principum maleficorum. Vetusti Graecorum Theologi nominant Acteum *etc.* (*p.* 379)—[**74**r] Nomina angelorum dierum et primo die Solis. Angeli diei Solis primi sunt tres, Michael, Dardiel, Huratapel (*Petri De Abano*, *Elementa magica*, *p.* 569). Nomina angelorum diei Lunae. Tres angeli primi Gabriel, Michael, Samael *etc.* (*p.* 571). Nomina angelorum die Martis. Tres sunt primi Samael *etc.* (*p.* 573). Nomina angelorum ad diem Mercurii. Tres primi sunt Raphael *etc.* (*p.* 575)—[**74**v] Nomina angelorum diei Iovis. Primi tres sunt Sachiel *etc.* (*p.* 578). Nomina angelorum diei Veneris. Primi tres sunt Anael *etc.* (*ib* 579). No-

---

4 haec *incerto in M* 27 die] *forse* diei, *ma cf. v.* 31 *e* 32

mina angelorum diei Saturni. Primi tres sunt Cassiel *etc.* (*p. 581*). Nomina angelorum malorum principum dierum. Angelus malus princeps diei Solis est Machen (*p. 569*), diei Lunae Shamain *etc.* (*p. 571*). Nomina angelorum veris. Sunt Caracassa, Core *etc.* Nomina angelorum aestatis. Sunt Gargatel *etc.* Nomina angelorum autumni. Sunt Tarquam, Gualbarel *etc.* Nomina angelorum hiemis. Sunt Amabael *etc.* (*p. 558 sq.*). Nomina angelorum horarum diei. Incipiendo a die dominico angelus primae horae est Michael (*p. 583 sq.*) — [**75r**] Nomina elementorum, quae etiam angeli seu Dii appellantur. Elementa diversis anni temporibus diversa sortiuntur nomina. Hinc terra in vere appellatur Amadai, in aestate Festatui *etc.* (*p. 558 sq.*). Nomina angelorum qui dicuntur horae dierum respondentes suis horarum angelis. Prima hora dicitur Yayn (*p. 557 sq.*). De positivis quibusdam nominibus. Praeter data nomina sunt quaedam, quae ex rebus omnibus desumuntur, quibus proprium angelum ipsis praefectum nominamus; unde stellarum animas non temere appellabimus Sabatiel, Veneriel *etc.* (*Agrippa*, *p. 386*).

XIV. De aliis nominibus daemonum, quae ad malos homines videntur pertinere. Ita Aremnia est daemon cultus Damascenis (Remnia simulacrum idoli Damasceni *dice Agrippa*, *p. 387; alla qual pagina rimanda il codice stesso in una nota marginale di altra mano*) *etc.* Scimus etiam Membroth, Chodorlaomor, Balah, Amalech fuisse reges, qui [**75v**] modo suo cacodaemones appellantur.

XV. De divinis nominibus. Sunt nomina divina eminentissimae virtutis, quae in proposito oportet non ignorare; horum quaedam pertinent ad hierarchias ternas, quarum singulae tribus distribuuntur ordinibus, qui Curetes appellantur *etc.* (*p. 330-31*). Primum horum nominum est Eheie *etc.* Secundum nomen est Iod *etc.* Primo nomini respondet numeratio Ceter; secundo numeratio Hochma idest sapientia *etc.* — [**76r**] Primum influit in Seraphim quos Hebraei vocant Haiod Hecatosch *etc.*

---

7 hyemis *M* 18 animos (?) *M* 32. 33 *in marg. d' altra mano* Cabalistarum dogmata fol. 57 (*cioè:* Cabalistarum selectiora obscurioraque

XVI. De characteribus et sigillis. Angelorum nominibus characteres et sigillos addere solent, quae sunt litterae quaedam et scripturae ignoratae, sacrae Diis, quas hieroglyphicas appellant *etc.* (*p. 388*). Quod quidem characterum genus pendebat ab arbitrio et illius instituentis au[**76^{v}**]thoritate, qui talium acceperat consecrandorum potestatem (*p. 389*).

XVII. De modo alliciendi tam bonos quam malos angelos. Boni daemones diversimode alliciuntur, nullis tamen vinculis, sed sacris obtestationibus, ut apud Apuleium, per caelestia sidera *etc.* (*p. 396*) — [**77^{r}**] —

XVIII. De vinculis. Vincula quibus alligantur spiritus et obtestantur vel exterminantur sunt triplicia *etc.* (*p. 399*) — [**77^{v}**].

XIX. De dispositione oracula suscipere volentium. Qui ad oracula petenda proficiscitur *etc.* (*p. 463*).

XX. Huc accedunt virtutes abstinentiae, castitatis *etc.* (*p. 467*).

XXI. De differentiis cultuum et orationum. In sacrificiis qui volebant se ipsos expiare, ut dictum est, ut pro exigentia se ipsos puros offerrent *etc.* (*p. 482*) — [**78^{r}**] —

XXII. De consecrationibus. Accedunt consecrationes quaedam, quae ex duobus principiis efficaciam sortiuntur, virtute videlicet personae consecrantis *etc.* (*p. 484*).

XXIII. Quaedam de Tempore. Pro quibusdam non vulgaribus actionibus temporum non est praetermittenda ratio; est enim religio *etc.* (*p. 491*).

XXIV. De reliquis religiosis observationibus. Requir.... in omnibus .... ad Deum *etc.* (*p. 492*) — [**78^{v}**] — Ad haec conferunt aptatio locis, temporis *etc.* (*p. 494*).

---

dogmata a Ioanne Pico ex eorum commentationibus pridem excerpta et ab Archangelo Burgonovensi minoritano nunc primum luculentissimis interpretationibus illustrata. Venetiis apud Franciscum Franciscium (*sic*) Senensem MDLXIX). *Ora M scrive di prima mano, a quanto* Elion *sembra,* Ceter *e* Hochma, *come ha Agrippa, e dopo la correzione* Cheter *e* Chochma, *come ha Pico; dunque probabilmente le correzioni sono dovute a quella stessa persona che aggiunse la citazione in margine*

1 Caracteribus *M* 3 hyeroglyphicas *M* 10 sydera *M* 23 ꝑtermitt.. a rationem (*sic*) *M* 26 omnibus pre (?) ad Deum pregationes interne (?) *etc. M*: *forse* requiruntur in omnibus precibus ad Deum purgationes internae ?

SECVNDVS TRACTATVS.

XXV. Praeter ea quae dicta sunt, animadvertendum est omnia numero quodam atque mensura temporum, locorum et rerum tractandarum esse examinanda. Tempus enim praeest temporalibus rebus et continet eas, quemadmodum a superioribus corporibus inferiora continentur; qua de re tempus esse in primo caelo existimaverunt antiqui. Ideo animadvertendum generaliter, quod effectus ioviales sub Iove, saturnales sub Saturno, martiales sub Marte, iisque bene dispositis et in caelo faeliciter situatis sunt intentandi, sine quorum observantia nulli alii apparatus, nullae voces, nulli cultus quippiam valere possunt; perinde enim fiet ac si qui tempore non suo segetem spargant, non animadvertentes diversis seminibus diversa tempora deberi, quod sicut est in uno, ita est in omnibus. Quid enim? Nonne etiam religiones quasdam videmus cultus .....es atque diversos certis atque diversis temporibus destinare? Temporum enim multiplex est diversitas. Quisque enim planetarum habet secula sua, annos suos, aetates suas, lunationes et dies et horas; ita ut pro rebus perpetuis et multum duraturis dominia magnarum revolutionum, pro non tam diuturnis dominia minorum, pro minus illustribus dominia revolutionum dierum, pro vulgaribus autem et ad particulares personas attinentibus horarum dominia sunt advertenda, quae ter in die naturali contingere possunt. De his vero nobis in praesentiarum est habenda ratio, quoniam effectus, qui ad mutationes legum, principatuum et eorum quae a generalibus causis eveniunt, temere et incassum a nobis intentarentur.

De dominio horarum.

Animadvertendum est igitur quamlibet diem quantumcunque prolixam vel brevem, sicut et quamlibet noctem quantumcunque

---

15 ......es] *parola in parte corretta M; non pare* certos   27 *qui attinge al trattatello anepigrafo sulle ore, che fa seguito al Pseudo-Alberto* De virtutibus etc.

prolixam et brevem, in 12 aequales dividi partes, quae dicuntur 12 horae, quae ideo inaequales horae appellantur, quia secundum augumentum et decrementum dierum atque noctium maiores redduntur atque minores, et non sunt veluti horologiorum horae aequales, quae semel in anno vixque semel sunt 12. Sed omissis aequalibus horis, inaequales sunt nobis animadvertendae, quarum singulae continent 15 gradus signorum, ita ut sex signa, quae in quavis | die contingunt percurrere horizontem, 12 planetales horas **79r** contineant, quarum prima sumitur ab oriente sole usque ad peractam duodecimam illius diei partem, quae ad eum planetam pertinet, qui talem diem denominat, cui succedit alter planeta secundum ordinem orbium; Veneri enim succedit Mercurius, Mercurio Luna, Lunae Saturnus, Saturno Iovis, Iovi Mars, Marti Sol, Soli Venus etc.

Caelestium observantia.

Etiamsi quandoque virtus naturalis proportione physica composita agat, opportuna tamen caelestium observatione multo magis et maiora praestat, tanquam *etc.* (*Agrippa p. 250*) — [**79v**]. In quibus 28 mansionibus latent multa secreta sapientiae antiquorum ad operanda mirabilia sub orbe lunae, quorum singulis sua attribuebant simulacra et imagines et signacula et praesidentes * * *; quorum unus modus est apud Teucrum Babylonicum, et nos attulimus eos fidelissime ad memoriae praxim applicando ex libro De umbris idearum.

De virtutibus et operabilibus in dictis 28 mansionibus.

Prima mansio eligitur ad itinera et discordiam *etc.* (*v. le pagine 256-260 di Agrippa, capitolo che il Bruno ha sdoppiato staccando dalle descrizioni astronomiche delle mansioni gli effetti loro sulle umane vicende*) — [**80r**] —

10.11 *innanzi a* pertinet *cancella* requirunt *M* 17 oportuna *M* 21 simulachra *M* *indichiamo una lacuna* (*forse* ⟨intelligentias; et operabantur in virtutibus illorum variis modis⟩ *da Agrippa p. 260*) 22 Teuchrum Babilonicum *M* 23.24 *De umbr. idear. p. 135 sqq. Imbr.*

TERTIVS TRACTATVS.

XXVI. In applicatione activorum et passivorum considerandae sunt primo elementorum proprietates et naturae, considerando inquam ut pura et ut composita, ut corruptibilia magis atque minus, ut quae in omnibus omnia faciunt, ut quae per artem purificantur et ad simplicitatem reducuntur, ut quae in diversas species conficiendas componuntur, ut quae pura optime possunt impura utcunque composita per innumeros gradus, innumerabilia praestant, certis quippe ordinibus certae producuntur species, per ipsa omnes ligationes, solutiones, transmutationes, praedictiones, conciliationes bonorum et exterminia malorum. Horum cognitio et sagacitas circa eadem [est] fundamentum est universae magiae.

De ignis potentia, nec non terrae, aquae et aëris.

Ignis activissimus omnium omnia penetrat *etc.* (*Agrippa, p. 7*). II Compositorum genera consideranda sunt quomodo in quatuor sint distributa supposita *etc.* (*p. 16*) — **[80^{v}]** — III Considerandum ordine quodam elementa ista ad caelos referri, sicut *etc.* (*p. 18*). IV Considerandae sunt virtutes, quae ab elementis proximis dependent *etc.* (*p. 19*). V Considerandae sunt pro viribus virtutes illae, quae ad aliquod elementorum vix referri possunt, ut pellere venenum, attrahere ferrum, evacuare choleram etc.; et virtutes illas quae **[81^{r}]** cum minima materia plurimum possunt, quae ideo se protestantur *etc.* (*p. 21*). Nec est propositi nostri considerare unde et quomodo illae virtutes occultae infundantur; neque enim probamus quae fabulantur multi de stellarum radiis, de ideis et de rationibus animae mundi obloquuntur; sufficit scire quomodo diversae species et diversa eiusdem speciei individua diversis apparatibus et dispositionibus diversos recipiant influxus. VI Considerandum est quemadmodum rerum virtutes investigari et experiri

---

5 ut quae (*la prima volta*) *corr. M*: utque M^1 7. 8 *sic M*   12 *cancelliamo* [est]   24 *sqq. contro Agrippa p. 23 sq.*   25 idaeis *M*

solent atque possunt *etc.* (*p. 32*) VII Considerandum est de lite et amicitia rerum *etc.* (*p. 33*) — **[81v]** — Item quaedam insunt toti substantiae, quaedam certis subiectisque particulis et membris *etc.* (*p. 39*) VIII Considerandum est in rebus inferioribus, quibus superioribus subsint et exponantur; diversae enim diversis subsunt, ut diversa corporum membra diversa exercitia, diversi mores stellas atque signa respiciant diversa. Et inductione a peritis astronomis est suscipiendum, qui usus, quae artes, quae particulae, qui spiritus, qui sapores, qui lapides, quae plantae, quae animalia quibus planetis atque signis pertineant. Similiter de generationibus atque provinciis, regnis atque populis. IX Consideranda signacula et characteres rerum naturalium; fertur *etc.* (*p. 59*). X Considerandum de rebus naturalibus, quibus caelestium corporum et omnino superiorum omnium virtutes et influxus valentius allicere atque attrahere *etc.* (*p. 62*) — **[82r]** Non enim sufficit res in facultate atque potentia habere virtutes aliquas, sed requiritur ut illae delitescant per aliquod corpus et accidens, sicut contusione in grano sinapis excitatur acuitas latens *etc.* XI Consideranda utilitas et opportunitas, quae est in commixtionibus rerum naturalium *etc.* (*p. 63*). XII Considerandum est omnia sublunaria caelesti quodam modo esse supra lunam *etc.* (*p. 66-69*) — **[82v]** — XIII Respiciendum est ad ea, quae facere dicuntur ad ligandum in amorem, odium *etc.* (*p. 70*) — **[83r]** De veneficiis multa videmus prodire atque miranda, similiter de suffitibus seu suffumigationibus *etc.* (*p. 76*). XIV Advertendum est etiam pro generali suffituum consideratione quod quaedam referuntur ad Solem et Solaria *etc.* (*p. 79*) — **[83v]** —

XXVII. Aliud genus suffituum. Referuntur praeterea ad Saturnum radices omnes odoriferae, ut costi et herbae thuris *etc.* De fumigiis 12 signorum. Habent 12 signa suos suffitus proprios, ut Aries myrrham *etc.* Septem electi suffitus atque potentissimi pro septem planetis. Recipit Hermes suffitum poten-

---

16.17 *anche qui* delitescant = prodeant (*v. a Sigill. Sigillor. p. 180, 21*), *sebbene il verbo fosse adoperato nel suo giusto significato da Agrippa* (*p. 62* 'nam licet res virtutes aliquas — habeant, tamen illae virtutes ita delitescentes sunt, quod raro opus aliquod ab illis tali virtute perfectum extat' *etc.*) 18 synapis *M* 28 herba *Agrippa*

tissimum *etc.* (*p. 80*) XV Collyriorum et unctionum et philtrorum (*p. 80 sq.*) — **[84r]** — De alligationibus et suspensionibus. XVI Magis non contemnuntur alligationes et collo suspensiones *etc.* (*p. 83*). XVII Ad colores, in quibus etiam est sua observantia atque virtus *etc.* (*p. 85*). XVIII Universaliter respiciendum est ad lumen et tenebras *etc.* (*p. 87*) — **[84v]** —

XXVIII. De Annulis. XIX Annulorum quasdam leges non contemnit magica superstitio *etc.* (*p. 84*).

XXIX. XX Observandum fascinationis artificium *etc.* (*p. 90*).

Alberti generalis doctrina.

Omissis ipsis quae faciunt ad praxis aenigmata, colligenda sunt ex principe Alberto quae praecipue ac magis in hac scientia probantur, cuiusmodi sunt plura; quorum primum quod haec scientia est bona, authoritate philosophi volentis omnem scientiam esse de genere bonorum; quod si **[85r]** quae propter eam sunt iustae querelae, ipsae non a scientia proficiscuntur *etc.* (*cf. Albert. p. 127 sq.*) II Circa modum operandi, ut ipse dicit, bonus effectus bonum respiciat, malus vero malum planetam, hoc est horas atque dies eorum (*p. 136*). III De septem electis herbis septem planetarum influentiam habentibus *etc.* Quarum prima est Saturni, qui Asphodelus dicitur (*p. 136*). IV De lapidum virtutibus. Quorum primus est magnes *etc.* (*p. 141*) — **[85v]** — V De animalium virtutibus, quarum quasdam quasi per augmentum adducit *etc.* (*p. 164*). VI De temporibus et planetarum et astrorum dominio, de quibus supra. VII De effectibus ad quosque planetarum pertinentibus. Dicit enim esse sub Saturno vitam *etc.* (*p. 167*). VIII Quod ea quae videntur in characteribus, incantationibus, veneficiis et sermonibus et multa valde vilia, quae penitus videntur impossibilia nec sufficientem habent causam, non propterea contemnentur (*p. 170*). IX Quod in animis hominum est virtus immutandi res *etc.* (*p. 171*) — **[86r]** — Ex quibus est manifestum,

1 Colyriorum *e* phyltrorum *M* 11 colligendae *M* 14 *cf. sopra p. 400, 29. 456, 4* 17 II] III *M* 18 hoc est horas] terrores *M* (?) 25 supra] *p. 501 sqq.* (*o piuttosto p. 539 sqq.*) 27. 28 caracteribus *M*

quod non omnes qui huius artis theoriam callent atque rationem habent, usum commode habere possint, qualis esse apud idiotas et stultos consuevit, qui suae virtutis et efficaciae minorem aut nullam habent rationem. X Quod observandae sunt horae *etc.* (*p. 173 sq.*) XI Quod artificium characterum est habens efficaciam a mente quae grandi desiderio affectat *etc.* (*p. 174*). XII Quod sciendum est de rebus, quod per earum species atque formas omnes inclinent ad se ipsas *etc.* (*p. 176*). XIII Quod dictum est de appulsu et inclinatione omnis similis ad simile *etc.* (*p. 178*). XIV Quod omnis res est plena mirabilitate *etc.* (*p. 180*). XV Quod non est credendum puro astrologo totam mirabilitatem ad caelum referenti *etc.* (*p. 181*). XVI Quod mirabilitas secundum diversos modos exire potest a rebus, et per [96v] virtutes caelestes *etc.* (*p. 183*). XVII Quod notandum est de rebus cuiusnam sint qualitatis et dispositionis et proprietatis *etc.* (*p. 184*).

Haec sunt quae universam magiae rationem continent, quae homini prudenti atque sensato sola sufficiunt, nec placuit attulisse exempla et caetera particularia, in quibus alii occupantur, quandoquidem illa non habenti harum rerum rationem nihil deservire possunt et frustra tentantur. Porro haec ipsa intelligenti et in eorum consideratione profundanti, non solum talia et eadem, sed et similia et maiora et maxima sunt pervia. Si quis ergo existimet nos completam artem non attulisse, et omnia quae ex aliorum studiis ad complementum scientiae, solum supervacaneis praetermissis, non aggregasse, sciat illud esse defectum sui iudicii et mentis imbecillitatem, quia ad haec et alia percipienda minus a caelo factus est idoneus. Quod si qui libros maiores inscripsisse videntur, ipsum est quia extranea et ad rem minus facientia plurimum miscuere, fortasse ut artem minus perviam facerent, quod nos fecisse potuimus.

FINIS.

---

5 caracterum 19 habendi *M* (?) 22 maxima his (?) sunt *M*[1] ergo] $\overset{o}{g}$ *M* 24 *forse* scientiae ‹faciant› 26 quia] quae *M* 27 factus] fact.. (*desinenza svanita*) *M* 28 quia *Lutoslawski l. c. p. 551*: qua *M*

DE RERVM PRINCIPIIS, ELEMENTIS ET CAVSIS.

Nelle nostre note M = Codice di Mosca, del quale, oltre la collazione nostra sulla fotografia (= M^f), abbiamo una collazione favoritaci dal signor Giorgio Barténew (= M^b). Nonostante in molti luoghi non ci è possibile affermare con sicurezza quello che nel codice si legge. Con la sigla M^1 indichiamo, secondo il solito, la lezione di M prima della correzione. Per il titolo dell' opuscolo vedi la nostra prefazione a questo volume.

DE RERVM PRINCIPIIS ET ELEMENTIS ET CAVSIS. 39r

A.° 1590
16 Martii ☽

Rerum causae efficientes et moventes sunt intellectus et anima, supra quibus est principium unum absolutum, mens seu veritas, quorum essentia et potentia est infinita intensive et extensive: extensive, quia sunt in toto infinito seu ubique; intensive, quia sunt tota in toto et tota ubique. Sed mens eminentius; tota enim in toto est ita ut etiam sit tota extra totum et supra totum, quandoquidem est ens absolutum et per se et sibi sufficiens. Intellectus vero et anima non sunt extra totum neque supra totum, nisi mentis et intellectus significationem confundas, capiendo utrumque sub uno significato; atqui intellectus est in intelligibilibus et cum intelligibilibus, anima est cum et in viventibus, tota in cunctis, tota in singulis, et intellectus totus in cunctis et totus in singulis, mens est vero in se ipsa seu ea ipsa, seu se ipsa.

Sub istis est unum spacium infinitum, infinitae substantiae capax, in quo aliquid esse potest. Sicut enim haec visibilia, quae ad nostros sensus perveniunt, hoc spacium complent quod eorum exaequat magnitudinem, ita sunt quae et aliud spacium complere possunt vel complent,

---

15 utrunque *M* 16 cum intelligibilus *M* 19 *sic M*

extra hoc ipsum et in infinitum, quod quidem spacium non est minoris potentiae receptivae quam istud, quod sane num sit, nemo nisi mente captus in dubium revocabit. An vero sicut est eiusdem potentiae, ita etiam sit eiusdem actus, nemo praeterquam valde imbecillis intelligentiae philosophus ambiget; ea enim potentia, quae constituit hoc spacium repletum, eadem et similis potentiae spacium usque et usque replere poterit, si potentia passiva ubique eadem et activa. Et hoc pluribus rationibus ostendimus in dialogis De infinito et universo et mundis.

In spacio subinde sunt duo materialia, terra videlicet et aqua. Terram appellamus interdum aridam, interdum atomos; aqua interdum est vapor, interdum magis subtiliata est aër.

Duo consistentia immaterialia sunt spiritus et anima communiter dicta.

In duobus principiis materialibus, puta aqua et terra, consistunt tenebrae; et nomine tenebrarum usurpantur, praesertim aqua, quae interdum Abyssus interdum Styx appellatur, et intelligitur tanquam genitura omnium rerum, ut intellexit Thales et Moises, qui spiritum Dei incubantem in aquis introduxit, quasi dans illis virtutem procreatricem, sicut quando gallina incubat supra ovis; et quia omnia rerum semina sunt humida, ideo rerum omnium semen aquam appellat, unde dividens mundum in inferiorem et superiorem utitur modo loquendi quo dicantur species inferiores aquae sub firmamento et aquae superiores supra

---

2 receptivè M^1 8 potentia activa passiva M^1 10 in libro dialogis M^1; *cf. più giù f. 50*ʳ *Opp. ital. p. 316 sqq. Lagarde forse* [et] universo 15 et] * * M^1 21 *Opp. ital. p. 273, 32 Lag.* '(Mosè) dice che l'intelletto efficiente (chiamato da lui spirito) covava sopra l'acqui' *etc.* 25 appell* * t (*dunque* appellant) M^1 *Gen. 1, 7; cf. Opp. ital. l. c.*

firmamentum. Hinc omnes philosophi divini et magi et poetae Stygem, quam matricem | aquarum intelligunt, 39v matrem Deorum seu specierum intelligunt; et hoc significant Orpheus, Linus, Hesiodus et omnes poetae, cum dicunt Stygem esse inviolabile iusiurandum Deorum. Quod haec sit materia cunctarum rerum, signum est quia arida seu atomi fundamentum et consistentiam nullam habent sine aqua agglutinante, uniente, sustentante; inde bene dixit Thales aquam esse fundamentum terrae, quomodo non intelligunt nostrates, sed eo pacto quo intellexit Psaltes dicens Deum fundasse terram super aquas. Et Moises aridam veluti apparentem extra aquas introducit et ab illis se exerentem. In centro enim debet esse aqua, sicut in medio debet esse gluten circa quod agglutinabilia agglomerantur; terra autem vel arida levissima et instabilis aquae non potest esse fundamentum.

In duobus principiis immaterialibus, spiritu videlicet et anima (immaterialia dico, quia non sunt materia licet in materia, quia spiritus et anima non recipiunt aquam et terram, sed recipiuntur), est lux, quia nimirum radicaliter omnibus in rebus ita insita est, sicut spiritus atque anima; et interdum nomine lucis animam atque spiritum intelligunt. A luce cum aqua, seu cum natura humida, procedit ignis; omnis enim lux, quam vulgo lucem appellamus et ignem lucem, in humido consistit. Quare ubi nullum est humidum, nullus est ignis neque secundum actum neque secundum potentiam. Propterea Moises generationem

---

2 matricem] *la prima lettera in M è incerta* (re? *ma non sembra* creatricem) 5 *cf. Opp. ital. p. 42, 3 sq. 423, 31 Lag.* 8. 9 *cf. Opp. ital. p. 357, 24 sq. Lag.* 9 quomodo non] *forse* non quomodo 10. 11 *cf. Psalm. 23, 2* 25 et ignem lucem in humido consistit. Quare *M*[b], *ma* consistit *è affatto irreconoscibile in M*[c] 25. 27 *cf. De immens. V, 13 (p. 165, 6 sq. Fior.)*

ignis non nominat, sed sufficiebat illi dixisse lucis et aquae seu abyssi, ignem vero intelligit substantiam compositam, non autem principium; unde lux fuit primo productum post consistentiam abyssi et spiritus, et ad primae diei opus refertur, ignis vero qui est sol, nempe lux visibilis in corpore lucido, est opus quartae diei. Et talem ignem ab aquis, ut dictum est, non distinguit Moises, stellas appellans aquas super caelos seu firmamentum, quia, ut modo notatum est, ignis substantialiter est aqua; ubi nullum humidum, nullus ignis.

Hac stante rerum primordialium distinctione, ad complementum profundioris huius philosophiae (quatenus ad naturalem contemplationem et operationem spectat) praetermittimus metaphysicam considerationem de mente et intellectu, ad peculiarem aliam tractationem differimus contemplationem de spiritu et anima, nunc tantum universalia aggregamus, primo circa lucem communiter et ignem, communem loquendi modum usurpantes; secundo circa spiritum seu ventum seu aerem, etiam sub communi significatione, tertio circa aquam seu vaporem seu tenebras; ultimo circa terram seu aridam.

De luce et igne. **40r**

Lux est (1) substantia spiritualis, (2) insensibilis per se, (3) sensibilis vero per substantiam humidam, (4) totam se communicans et diffundens, (5) in natura sicca latens, (6) in humido explicabilis et sensibilis, (7) vehiculum spe-

---

5 sol] ☉ *M* 6 * * * est opus *M*[1] 9 ignis non (?) *M*[1] 14 metaphisicam *M* 20 significatione *M*[r] (?): significato *M*[b] 23. 26 *i numeri, che abbiamo chiusi in parentesi, nel codice sono soprapposti alle parole* substantia, insensibilis, sensibilis *etc.* 25 *sq. in marg.* Siccum enim dicit substantiam positivam (?) privative seu negative *M*

cierum seu imaginum, item qualitatum activarum, in quibus est principium alterativum et immutativum.

I. Dicitur substantia, quandoquidem tum authoritate Mercurii, Chaldaeorum et Moisae, qui rem creatam non concreatam testantur, ut dictum est, ad opus primae diei in suis parabolis relata; secundo ratione, quia nulli subiecto est alligata, ab omni subiecto absolvitur, producit calorem, quae conditiones sunt alienae a conditionibus eorum quae accidentia appellantur.

II. Est per se insensibilis, quandoquidem lux non est sensibilis, sed lucidum seu lucens, nempe in sua simplicitate non est sensuum obiectum, sed in compositione; unde bene Moises luminaria producta ad quartam diem reducit, lumen a luce distinguens.

III. Sensibilis dicitur per substantiam humidam, quia non prius lux lucet, quam migraverit in ignis substantiam, quod est ubi in corpus lucidum vel per se per aliud. Corpus lucidum per se est substantia humida, quam lux intimius penetrando accendit, cuiusmodi est omnis flamma et omne ignitum; per aliud, sicut corpus diaphanon terminatum opaco cui superficies lenis est. Unde lucere videmus aquam, vitrum, crystallum et reliqua omnia, quae non sine aqua sunt huiusmodi. Propterea concludimus omne corpus lucidum esse aqueum, lucem vero esse substantiam quandam in aqua vel cum aqua vel circa aquam.

IV. Dicitur se tota communicans. Lux enim et per

---

3 *sqq. cf. nella prefazione la nota marginale del cod. C a p. 301, 17 dei Commentarii Aristotelici* *in marg.* non (?) dicimus (?), quod Deus fecit ullum (?) accidens, semper id quod est et suppositum (?); actiones enim sunt suppositiones. *M* 4 Mercurii] qij *M*, *dove* Caldaeorum 6 relata (?) M^f: relato M^b 7 *sotto a* producit *c' è scritto* producta (?) est producit ..... 13 *Gen. 1, 16* 18 *nota marginale di M per noi illeggibile* 21 *sic M* (?) 22 cristallum *M* 26 *forse* totam; *cf. p. 512, 24*

lucem calor et per calorem ignis non partitione quadam, sed propagatione certa amplificatur, propagatur et diffunditur, ut patet in flamma quae est in una lampade, quae excitat flammas in infinitis lampadibus et infinitam potest accendere materiam absque sui diminutione; cuius rei ratio est quia lux seminaliter est ubique, etiam in tenebris, licet non secundum eum actum quo luceat, unde denominative appelletur lumen; et haec est differentia inter lucem et lumen, sicut inter substantiam simplicem per se et compositam.

V. In natura sicca latens est; cinis enim non est sine igne, imo in cinere est ignis. Similiter et in calce secundum rationem seminalem, non autem secundum actum quo vulgus appellat ignem, quandoquidem quod vulgus dicit ignem nos ignitum dicimus. Vehementius et fortius igneae substantiae sunt in calce quam in cinere, quia lapis fortius retinet calorem et servat ignem quam lignum; calor vero exurgit in igneam substantiam adiecto humido, quia, ut dictum est, ignis actus in humido consistit, ideo superinfusa aqua ad calcem exurgit ignis et ab igne lux ingeneratur. Contrario enim ordine resurgit lux ab igne et ignis ab humido, sicut e converso a luce oritur calor, a calore ignis seminarius et originalis, ab igne huiusmodi vulgaris ignis seu substantia humida | ignita. **40v**

Quod calida substantia lateat in cineribus seu ignis ...., manifestum est ex eo quod cineres ita videntur agere in aquam sicut ignis; unde sequitur ratio [in] qua

---

8 *forse* appellatur 10 *nota marginale di M per noi illeggibile*
16 ignea substantia lucet in calce, *e in seguito* fovet *per* servat *M*[b]
26 ....] sapientum (b verb : ?) (?) *M*[b]: *forse* foveatur? 27 rationiq *ovvero* rationiq *M*

vas aquae plenum cinere tantum potest recipere aquae, quantum vas idem vacuum. Cuius rei rationem intelligimus esse hanc, quod aqua concrescit vel angustiatur vel imminuitur per cinerem, cinereum item corpus per aquam inspissatur, unde aqua minorem spatii dimensionem occupat propter cinerem, et cinis minorem propter aquam; et ideo quantum duo poterant occupare in duobus locis, occupant in medietate illius spacii. Hoc non est quod referant, sympathia inquam sicci in humidum et humidi in siccum, quandoquidem duae istae qualitates ab iisdem passivae appellantur, non activae. Ergo est a calida natura existente in cinere et frigida existente in aqua primo, unde sequitur altero in siccitatem cineris et humiditatem aquae. In cinere ergo est ignis originaliter, primordialiter, causaliter; in aqua vero realiter, effectualiter et sensibiliter tandem. Bene ergo dixit Democritus lucem substantiam siccam, quae in humido producit calorem et ex calore lucet, communicata vero atque diffusa a corpore lucido per lucem producit calorem, ut patet in speculis, qui ex superficie concava perflectunt lucem et exuscitant calorem in opposita corpora; et in amphoris aqua plenis, quae superficie convexa in subiectum corpus immittunt lucem et ignem.

Ut Deus non sine magno latente arcano, quo dicitur a Moise produxisse lucem et post lucem omnia quae sunt post spiritum et aquam, seu abyssum atque caelum, ita et omnis qui mirabilia in natura vult perficere, virtutes lucis ut pro modulo contemplabitur et observabit, ita et opera

---

1 *sqq. cf. Opp. ital. p. 357, 3 sqq. Lag.* 5 $\overset{a}{q}$* unde $\overset{a}{aq}$ minorem * * *M*[1] 7 duo] 2º *M* 8 quod *M*[b]: *noi non lo distinguiamo* 8. 9 *forse* referunt? 9 *scriviamo* sympathia inquam, *perchè nella fotografia ci par di poter leggere* sympath.... | $\overset{a}{q}$: *invece* Peripathetici (*trascurando il* $\overset{a}{q}$) *M*[b] 10 duae] 2[ae] *M* 13 *forse* alterō (= alteratio)? 19 *l.* quae

sua in apertum producit. Observant hoc maxime magi, unde incantantes, fascinantes curant ut umbra sua fascinandum contegant, et ex adversa a luce subtrahenda consistant; .... ab eclipsibus et circumstantiis umbrarum futura mala praedicunt, nulla vero bonorum; planetae combusti quos appellant, et sub radiis solaribus latentes, et consequenter obscuri atque mutili, aut nullius aut malleficae virtutis perhibentur; Hyr... umbra sua canes devincit ne latrent ac moveantur, sed torpeant et consistant. Unde ad lucem referunt omnia bona, ad tenebras omnia mala et privationes. Inde feli|citas ipsa dicitur serenitas, dies, lux, **41r**
homo felix dicitur clarus, illustris, homo infelix obscurus.

Lucem per se nulla ars subministrat atque studium, sed concitatur diversis muneribus per diversos ignes, diversi ignes per diversas substantias humidas; unde diversi et varii humores varios producunt ignes, et varii ignes variam lucem emittunt, et variae luces varias facultates, variae facultates varios effectus. Aliud est opus lucis solaris, aliud lucis quae suscitatur a flammis penes nos. Dicunt magi vitem propagantem uvam in oleo tales spiritus et virtutem infundere in hanc humidam substantiam, ut lux fusa per ipsam uvarum effigiem repraesentet in tenebris; pellem serpentis involutum in lychno seu pro lychno intinctum et accensum, serpentum speciem exuscitare cum lumine. Aiunt etiam candelas ex cera ita confectas artificiosas, ut involuta papiro scripta, eo ordine quo flamma absumit humorem, eodem quoque verba et intentiones somnianti alicui insinuari, aperiri. Mira sunt quae referunt

---

3. 4 *sic* 4 ......] Arieti M^b eclypsibus *M* 8 hyrea M^b 12 felix] infelix M^1 19 quae] q * * * * M^1 20 * * * vitem M^1 22 * fusa M^1 23. 24 *sic* ***M*** (?) 23 lichno *tutte e due le volte* ***M*** 25 * * * ex M^1

alia plurima, quae omnia referuntur ad opus lucis. Ita sine igne nihil faciunt magi, nihil sacrifici, nihil medici, si rem penitius inspicias. Propterea dictum est in ultima clausula ignem esse vehiculum specierum et virtutum.

Quod attinet ad alias de igne contemplationes, circa eius motum discutere pluribus pertinet ad physicum; illud tamen potest ad hanc speculationem pertinere, ut consideretur ultra et quae superius considerabantur circa motum elementorum seu corporum in suo loco circularem vel circularis asseclam. Lux seu ignis, ut insitus est in omnibus rebus compositis, potius habet motum moventis quam moti; illud enim quod movetur non videtur esse ignis, sed ignitum, sicut in lignis, lampadibus, in candelis et in omni materia, quae comburitur, evolat fumus, vapor, qui accensivae virtuti propinquus ignitus apparet, lucet et est sensibilis; et hic est qui veluti contrarium fugiens per spacium seu inane dispergitur, et vulgus id appellat ignem et sursum ascendere dicit, cum tamen non magis sursum quam ad omnes in sphaericum differentias agatur vapor ignitus. Penitius vero nos rei naturam inspicientes, illum ignem, qui candelam accensam servat et cuius semina substantialia permanent, non dicimus esse flammam, sed illud quod inflammat vaporem, seu quod flammam producit et lumen illud eiaculatur, et hoc permanet in candela quamdiu accensa erit, et pabulum illi praebebit; quod vero evolat, ut dictum est, est candelae substantia, seu sevi, cerae seu olei, in vaporem versa et inflammata, quae ita continuo fluit

---

3 in ultima clausula *nell' interlinea M*; *v. sopra p. 512, 26* 4 *innanzi a* specierum *cancella* ee (esse) *M* 6 phisicum *M* 7 potest] putatur *M[b]* 8 *forse* considerentur et] ea *M[b]* superius] *cf. sopra p. 417, 16-419, 28. 468, 13-470, 7* 11 motum (*cancellato*) motum *M* 14 *nota marginale poco leggibile in M* 26 saevi *M*

seu effluit a candela per ignis resolutionem, sicut a fonte fluvius, ita ut nunquam sit eadem flamma et idem vapor qui ap|paret, sed semper alius atque alius. Unde facem **41v** illam, quam videmus ardentem, vix ad unum instans numero eandem debemus intelligere, licet immutabilis et constans apparet; nihilo tamen minus ipsam aliam et aliam continuo debemus iudicare, quam superevolans fumus semper est alius atque alius in quem semper necessario alia atque alia flamma convertitur. Ergo ignis constans et absumens adipem, seu substantiam illam combustibilem, non est illa flamma evolans, quae ignem fugit et ab igne veluti contrario se proripit, sed quaedam spiritalis substantia invisibilis, cuius motus progressivus in agendo est deorsum; et hic est modus quo conservat se ipsum in subiecto et agit in subiecto. Fatemur eundem sursum ascendere substantiam pariter corrodendo, item dextrorsum sinistrorsum persequendo nutrimentum et pabulum quod potis est contingere.

Porro in enumeratis, ut in candela etc., motus omnino est deorsum, et motus sursum esset illi contrarius et destructivus. Ex istis non mediocri contemplationi locus aperitur, si distinguamus verum ignem a vulgari igne, et ignem vitalem ab igne lucido, et ignem illum qui est vita viventum et animalium ab igne destructivo, corrosivo et violento, item ignem secundum unam speciem et qualitatem et ignem secundum alias species.

Hîc adverte nos sub titulo ignis etiam intelligere quod circumfertur de calore; principium enim calefactivum

---

12 s͞pralis *M* 17 porsequenda *M* nutrimentum] *abbreviazione oscura* (materiam ? *M*[b]) *M* potis est] *della lezione dubita anche Barténew* 21 mediocris *M*[1] (?)

dicimus ignem; motus, vita, sensus, in omnibus his, quae per se moventur, vivunt et sentiunt, est ab hoc igne seu calore, qui ut est proprius rebus, dicitur nativus; ut est alienus, dicitur extraneus et peregrinus. Et hae duae ignis species solent esse contrariae et mutuo se a substantiis expellere.

Hinc adverte vulgi et praesertim medicorum communiter loquentium errorem, qui, quasi una esset caloris seu ignis species, constituunt gradus, quibus dicunt hoc in primo, illud in secundo, hoc in tertio etc., usque ad septimum vel ultra gradum; itaque sequitur compositio mira et multiplicatio verborum sine sensu et significatione. Qui enim ad eandem caliditatis speciem referat caliditatem ignis, qui est secundum tactum, et ignitorum, quae secundum tactum recipiunt gradus intensionis et remissionis et ab igne dicuntur magis concocta et minus concocta, ut dicuntur minus vel magis cruda, indigesta vel digesta et alia quae sunt calida secundum gustum, et haec secundum innumeras species; caliditas enim caepae et allii est alia specie, item nasturtii, cardellae, garyophyllorum omnino sunt aliae caloris species, valde diversae | secundum speciem, et non ad 42r
eandem scalam complectentem illorum gradus pertinentes. Hinc unius speciei calidum adiectum calido alterius speciei non intendit ipsum neque adiuvat et promovet plus quam lumen adiuvet sonum vel sonus adiuvet vel promoveat visum; haec enim licet sub titulo calidi, frigidi et humidi et sicci currant eodem, non tamen sunt eaedem secundum

---

5 contrario *M* 7 *forse* Hic 9 ducunt M^b 10 etc. (?)] cujus M^b 12 verborum *nell' interlinea M* *forse* Quis, *ed in ogni caso sembra che il periodo debba essere interrogativo* 20 gariphilorum *M* 21 *innanzi a* secundum, *in principio del f. 42r, c' è in M una parola che sembra cancellata* 22 schalam *M* 27 currant M^b: *parola incerta* M^f *marg.* Aristoteles. Species enim recipit magis et minus. *M*

qualitatem species physice intelligendo et secundum rationem cuiusque propriam. Quod si ita doctrina illa gradationum omnino vana est, praeterquam quae fuerit applicata et relata ad quantitatem et qualitatem eiusdem speciei, sicut sunt gradus in calore febris, in humiditate huius vel illius simplicis actione, huius vel illius corporis passiva, nempe cerebri, hepatis etc.

Hinc data est occasio cuidam maniae quorundam medicorum, quos de mania disputantes vidi in quadam Germanica Academia, qui acerrimo et magno cum fremitu et ira arguebant quendam, qui pro thesi remedium contra maniam a Mesue desumptum et optimum annotaverat, nempe adhibendo capiti ad cerebri consolidationem muscum et masticem, thus et alia huiusmodi, cui illi opponebant morbi siccitatem et caliditatem, quam bonus iste siccis atque calidis curare contendebat, cum tamen dicerent adversarii quod talibus remediis constitutum promoveret ad extremos, sed miser ille pendens tantum abest, ut suae thesis rationem posset adducere, ut etiam parum abfuerit ne veniam imploraret ab abversariis, ut mihi venit in mentem, quod fortasse adiecta nive supra capite vel balneo aquae frigidae optimo maniae morbus frigidus et calidus curaretur, ita ut et nullus huiusmodi adversariorum argumentationibus locus remaneret. Nobis autem iuxta praesentem doctrinam facile est rerum harum rationem reddere, dicendo diversas esse calidi species et naturas; similiter et ignis iuxta hanc communem significationem et in unaquaque specie est sua contrarietas iuxta famosam physicorum

---

2. 7 *sic* 7 opatis *M* 11. 12 contra maniam M^f (?): cum maniam M^b 12 et] *forse* ut ? 13 consolidationem M^f (?): consvetationem M^b 14 * * * * cui *M* 18 pendens M^f: rudens (?) M^b 21 supra] vel supra M^1

assertionem ʻcontraria sunt circa idemʼ. Caliditati ergo maniae et siccitati, eo pacto quo calidam et siccam eam dicere possumus, non contrariatur frigiditas et humiditas aquae, neque propriatur caliditas et siccitas ignis vel thuris, vel caliditas moschi, sed forte alia caliditas sub alia specie, cuius proprie sit refrigerare in hoc casu et confortare. Licet ergo maniam appellare possimus morbum siccum et calidum, quia facit suppositum inconstans, mobile, velox, furiosum, et secundum complexionem referentem dispositionem ignis; non tamen habet calorem et siccitatem secundum univocam rationem cum calore et siccitate ignis, sed prorsus aequivocam; illam optime reprimunt et contemperant haec fragrantia et confortativa, quam cerebri spiritus existentes | confortant, roborant, **42v** ita ut ad egerendam contrariam et innaturalem erynnicam illam pestem sint potentiores. Ubique enim natura non vincitur a contrariis, neque vincitur nisi debilitata, neque nisi roborata contraria repellit; et hoc observandum est in omnibus curationibus, ne quid adducatur quod naturam debilitet, et praetermittatur quod eam reficiat.

De aëre seu spiritu.

Spiritus subinde est quaedam substantia per se mobilis, unde motus corporibus compositis et sensibilibus localis omnis emanat. Et ad hanc sane naturam necessarium est devenire, quam Plato animam appellat; et aliam motus maris et aëris rationem adducere non possumus neque fingere, praeterquam si verba sine sententia more sophistarum profundere cupiamus. Quod enim in nobis sanguis et alii

---

4 et * * siccitas ignis vel * * *M*

humores in circulum continue et rapidissime moveatur, fluat et refluat, et a medio ad extremas partes diffundatur et ab extremis ad medium se recipiat, neque unquam hic motus ad omnes locales corporis differentias intermittitur, sed continuus cum vitae continuitate perseverat; sane cum dicunt Peripatetici hunc esse ab natura, valde remotam adducunt rationem atque confusam, fere atque hi qui volunt rerum rationem adducere et de omnibus definire, porro tandem eo deveniunt ut respondeant talem esse naturae instinctum, fati necessitatem, Dei providentiam, viventum naturam, animae conditionem. Unde ergo sanguis continue movetur? Ab anima, inquit; hoc est quia vivunt, hoc est quia non sunt mortui. Quae sane ratio philosophandi plus quam puerilis invenitur. Et hoc accidit eis, cum nolint intelligere spiritus naturam, quam cogerentur antiquorum more definire, in quorum tamen vestigiis insistere nolunt; et ex hac arrogantia et proterva ignorantiae et malitiae specie consequuta est scientiarum exterminatio. Iam recedamus a particularibus et ascendamus in mundi maioris contemplationem, hoc est quis mare facit fluere et refluere, fontes scaturire, emanare e visceribus terrae et in viscera eiusdem recondi, calore soluta ascendere, humida et concreta descendere, ventos ex omni regione efflare, corpora potentissima et invisibilia. Caelo enim existente sereno seu purissimo, spiritus qui concutiunt montes, evertunt aedificia, maris fluctus usque ad caelos attollunt, et multiplici regione spirant, ne possis dicere hos esse vapores, humores et similia, qui ita corpora pellunt, quidnam pellit humores et vapores? Dices fortasse aërem motum.

---

6 Peripathetici *M* 12 -- à vita quia vivunt *M*[1] 20. 26 *cf. supra p. 415, 5 sqq. 467, 7 sqq.* 23 ventus *M*

Quaeram quidnam movet aërem seu spiritum, usque adeo quoad devenias ad illum motorem primum et impulsorem, quem spiritum alii dicunt, qui se ipsum movendo alia movet, Plato vero animam dicit, quam de|finivit numerum se **43r** ipsum moventem in circulum; et sane ita necesse est, si consistere in primo .... et non procedere in infinitum. Neque est sensus neque ratio, qua me ad caelum deducas, dicendo motus aëris et aquae esse a luna etc.; quî enim fit ut a simplici motu lunae vel duplici, et ab uno motu caeli, qui rapere fingitur omnia, non sequatur unus spiritus, unus ventus, sicut iuxta innumerabiles differentias locorum et amp ius differentiae huiusmodi appulsuum et spirituum apparent? Et in singulis animantibus et viventibus illud idem principium atque diversum secundum proprias differentias tum specificas tum numerales invenitur, ad quas nihil pertinere videtur vel conducere imaginarius ille caelestis motus, qui si est, universalis et unus; et ita spiratio illa, quae a tali motu esset, eiusdem esset conditionis. Nos vero de spiritu, qui est et facit in singulis singula, loquimur et inquirimus, et tandem definimus ipsum esse substantiam per se mobilem, et motu suo vitam, vegetationem et consistentiam rebus animatis communicare. Ipse est per se vivens et alia per ipsum, ipse est vehiculum omnium

---

2 * * * impulsorem M^1 4 *cf. Diels, Doxograph. p. 213. 386* 6 ....] operitur M^b: *forse* opus est? 10 sequitur *M* (?) 12 spiritum *M* 15 *sqq. in marg.* Hic non est praetermittendum innumeros esse motores in uno individuo vel saltem praecipuos; alius enim est motor qui sanguinem per venas, alius qui spiritum a corde et ad cor, alius qui est voluntarius quo animalia libere et ad libitum progrediuntur movendo membra. Et ipsi Peripatetici (-thetici *cod.*) duos cognoscunt motores, naturam et voluntatem seu arbitrium. Et sane illi duo motores sunt valde diversi, ut patet in effectu; alteri enim imperamus, alteri vel inviti subiicimur. Principia harum particularium lationum motiva vel sunt spiritus vel spiritu, ubi anima se ipsam movet, vel spiritus se ipsum primo. *M* 17 *forse* est, ⟨est⟩ universalis

virtutum; et si caelum movetur vel tellus vel quodcunque aliud corpus, tanquam a principio extrinseco quodammodo et intrinseco per spiritum omnia moventur seu exagitantur; et hic tum est unus universi, tum est pro individuorum innumerabilium multitudine multiplex, sicut in singulis proprius est motus atque singularis, non ad unam, sed ad omnes partes, sicut a corde virtus, quam spiritalem appellant, ad totum corpus vitalis effunditur, et a toto corpore ad cor, tanquam a centro ad circumferentiam et a circumferentia ad centrum sphaerae progressione facta. Et haec est prima et praecipua spiritus significatio, qui ab anima differre non videtur.

Est et alia magis vulgaris et vulgo philosophorum nostri seculi recepta spiritus significatio, ut hic capiatur pro subtili quodam corpore; ut flamma spiritus igneus, fumus spiritus aqueus, et subtilia insensibilia quaedam corpora, ex rarefactione crassorum segregata, spiritus a medicis et chymicis appellantur. Quorum omnium substantia est aqua seu humor, quorum non est per se moveri, sed per spiritum inexistentem in eis; cuius rei signum est quod extra corpus illum motum in circulum seu in sphaericum non admittunt. Sanguis enim, qui in corpore animalis in circulum movetur, quia vectorem spiritum ibi sortitur, extra corpus iacet immotus, torpet, putrescit, et non dicitur amplius sanguis, nisi aequivoce; similiter et aquae extra suum locum, extra fontes et extra flumina, putrescunt; plantae evulsae e terra, quia communione spiritus et animae illius non fruuntur, emoriuntur, sicut et membra corporis abscissa. | Ecce quemadmodum vita et motus 43v

---

ex quodammodo et intrinseco
2.3 à principio * * trinseco per spiritum *M* 7 sprālem *M* 7.8 appellat *M* 17 segregatorum *M* (?) 25 *forse* aqua *M*[1]

a spiritu est, et omnis vis et virtus in spiritibus secundae significationis est a spiritu secundum primam significationem.

Quamvis autem spiritus secundus vita et motu privetur propter abscissionem seu extractionem a toto secundum unam vitae et motus rationem, secundum aliam tamen vivit, ut in omnibus vitam esse et animam in superioribus demonstravimus. Pleraque, quae mutila videntur, inchoata et imperfecta, hac ratione mirabiles edunt operationes.

Spiritus tandem a medicis et magis corpora appellantur subtilia, quasi insensibilia, quae a corporibus mixtis, crassioribus et sensibilibus emanant, quorum quaedam leniter sensum visus, quaedam sensum olfactus, quaedam nullum sensum attingunt exteriorem, sed immediate in sensum internum efficacia convincuntur, ut ex lapidibus quibusdam et radicibus virtutes ad affectus animi alterandos seu concitandos proficisci in superioribus ostendimus. Ea sane corpora nihil agunt nisi in virtute tantum spiritus, sicut et e converso spiritus parum vel nihil nisi cum virtute illorum corporum, nempe humidae cuiusdam substantiae evaporantis, in qua spiritus residet et incubat; unde quidam spiritum ab huiusmodi humida substantia non separant, imo unam esse naturam intelligunt et eandem, tamen facile falsum comperitur, si consideremus ea quae superius dicta sunt. Et spiritus iuxta hanc significationem (complexum videlicet quoddam ex spiritu et humida quadam subtili substantia e corporibus sensibilibus emanante et

---

7. 8 in superioribus] *p. 406, 1 sqq.* 13 mistis *M* 18 prof * * * proficisci *M*[1] in superioribus] *p. 488 sq.? cf. a p. 433, 2* 19 tantum] tm̄ *nell' interlinea M* 20 et *nell' interlinea M* 22 residet (?)] restet (?) *M*[b]

spacium pervadente) est ille cui operationes physicae seu magicae tribuuntur. Hinc illecebrae animalium invisibilium, qui sibi cognato veluti nutrimento atque pabulo ad certos huiusmodi spiritus accurrunt; hinc illae suffumigationes, de quibus supra, quae aëreos et aqueos et igneos spiritus seu daemonas alliciunt. Unde fertur certa ratione ex medicamine iecoris chamaeleontis combusto, ab altitudine tecti, concitari tonitrua et fulmina; eiusdem quoque gutture et capite accenso roboreis lignis imbres et tonitrua concitari. Et est hoc rationi consentaneum et naturae, quia animal illud omnino est aëreum et spirituale, spiritu et aëre vivens, ideoque eius corporis materia aëreis impressionibus innovandis commodior apparet, si reliquae aderunt circumstantiae quas practici magi cognoverunt. Item famosum et vulgatum est ex coriandro, alio, hyoscyamo cum cicuta facto fumigio daemonas congregari; unde vulgariter 'herbae spirituum' appellantur. Item ex cannae radice ferulae cum succo hyoscyami, cicutae, ... et sandali rubro et papavere nigro facta confectione et inde suffitu provocari figuras daemonum et extraneas; quibus si addatur apium, fugat daemones et destruit idola illorum. Ad hunc locum pertinent omnia mirabilia quae ex suffitu diversarum rerum producuntur.

De aqua. 44r

Quod diximus de spiritu in secunda significatione, universum ad aquam possumus referre. Humidum enim

---

1 illa *M* (?) 8 *forse* quae 5 supra] *p. 504, 24 sqq. ? ma cf. p. 433, 26 sqq.* 8 concitare *M* 15 alio = allio hyosciamo *M* 16 congregare *M* 18 hyosciami *M* ....] tussi barbani *M*[b]: lassibarbasti *M*[f]

quod a corporibus evaporat, aqua est; et vapor ipse ab eadem non nisi raritate differre putatur, quod est accidente quodam. Ut autem varii sunt spiritus, variae sunt aquae differentiae; variae etenim sunt specierum complexiones, a quibus secundum varias virtutes proficiscuntur. Et sane aqua secundum eam rationem, qua simplex quoddam elementum est, ad magiae singulares et speciales artes seu medicinae non satis facit, quamvis faciat, quia non quaecunque qualiscunque aqua facit omnia, sicut aqua elementaris omnia facit originaliter et per potentiam primam, non autem per potentiam proximam, quae artem et scientiam particularem, qua indigemus et quam inquirimus, constituit. Hinc ut cognoscimus rerum principium et materiam, ita et principium regenerationum, refectionum et purgationum; hinc illae lustrales expiationes, illa baptismata, et quod solet referri ad triplicem lustrationem (nempe aquae, sulphuris et ignis) non intelligimus esse triplicem secundum substantiam, sed secundum accidens; illud enim quod a sulphure evaporat et educitur et spirat, in quo virtus mundificativa consistit, vapor est et consequenter aqua; flamma, ut dicitur vapor ardens, aqua est secundum substantiam; itaque omnis mundatio magice seu divine instituta ad aquam refertur. Ideo sacristae ex textu et ex contextu elementum generationis et regenerationis hoc unum agnoscunt et in suis ceremoniis contestantur.

Aqua vero si unum haberet in omnibus gradum, modum et constitutionem, omnia eandem haberent complexionem, vitam et habitum. Porro haec in mari est unum genus, in fontibus et fluminibus est aliud, in plantis se-

---

1 *cf. sopra p. 467, 20* 10. 13 potentiam primam — constituit *in marg. M* 21 dicitur] d. *M* 29 genus] genus est u *M*[1]

cundum diversa genera est aliud et aliud, in metallis prorsus aliud, in arboribus humor, pix, gummi et similia caetera, in herbis succus, in ossibus animalium medulla, in venis sanguis, per contiguas partes arteriarum et fibrarum carnis et pororum meatibus spiritus subtilis, videlicet vapor, ubi nix, ubi nubes, ubique autem secundum specificas differentias.

Eius primum, maximum et potissimum officium est unire, agglutinare, et pro complexionum seu agglutinationum et unionum differentiis diversa et differentia producere, iuxta diversos gradus unionem intensiorem et rariorem facilioris vel difficilioris resolutionis partium complicare. Unde aqua alia ratione est in sole, in qua luce accensa resplendet, calefacit et radios igneos emittit; alia ratione est in regione tenebrarum seu abyssi seu oceani seu Amphitritis, ubi ex superficie tantum lucet, sicut speculum; alia ratione est aqua oleum ardens et succus flammam non recipiens neque fovens. Ab ipsa est soliditas, spissitudo et corporum gravitas; contrahitur autem et inspissatur ipsa, ut in paucis dimensionibus seu brevibus atque spacio multas sui partes comprimat et comprehensas admittat aridae seu atomorum virtute, sicut supra dictum est de cineribus, qui ipsi per aquam et per quos ipsos aqua in angustum contrahuntur. Hinc sequitur duri lapidis forma, durioris, si alia fuerit dispositio, cineris seu pulveris seu sicci subiecti, unde metalla prodeunt, lapides, gemmae et universum rerum genus diversas | **44v** animae atque spiritus differentias explicans.

In summa, comparatione ipsius aquae reliqua corpora

4.5 vibrarum *M*[1]   5 videlicet (*in abbreviazione*) *M*   13 *f.* quo ?
22 supra] *p. 515, 1 sqq.*

(quae ad atomos seu ad aridam reducuntur, quae sunt indissolubilia prima et minima, per se incoibilia, per aquam vero in unam compagem convenientia) in rerum compositione parvam molem constituunt, ut patet ubi procera arbor seu immensa silva per ignem resoluta in exiguum cinerem resolvitur subsidentem, cadavera animalium in exiguum pulverem; reliquum enim, quod evolavit in spiritus et vaporis speciem, aqua est. Unde totam compositorum substantiam ⟨aquam⟩ iudicarunt plurimi sapientes. Ita si terrae globus universus igne absumeretur, ut igne absumendum plerique arbitrantur (quod etiam nos minime impossibile iudicamus), nimirum, quod post combustionem subsideret aridum, siccum, indissolubile, ultimum, levissimum (omnis enim gravitas est a spissitudine partium multarum coëuntium et agglutinatarum, quae non est sine aqua aut praeter aquam), esset mire modicum, idque aëris spiratione quamlibet exigua facilius in ventos spargeretur, quam spargi videamus ea corpuscula quae ad solis radios per fenestras immissa sunt conspicua.

Principium ergo, medium et effectus omnis differentiae et numeri in rebus compositis est aqua, iuxta varias complexionis species atque numeros. Ad istas sane respicere oportet eum, qui naturae secreta et interiora cupit investigare, imitari et in actum producere; per hanc enim tum corpora corporibus agglutinantur, uniuntur, vinciuntur, tum etiam spiritus spiritibus et spiritus corporibus, animaque ipsa tandem hoc principio agglutinativo aedificat, confabricat sibi atque format paucis, ut dictum est, atomis tam mirabile architectum et carcerem arcanum; per

---

1 quae * * * ad atomos *M*[1]   3. 4 * *(in) * rerum compositione, reliqua * * * * parvam *M*[1]   9 aquam *om. M*   12 q (?) nimirum *M*

hanc corpora corporibus integra inseruntur, immiscentur, congrediuntur, consistunt, cohaerent, apponuntur; et in eius seminibus est efficacia, qua unum corpus curvatur in aliud, et mas universaliter ad foeminam et foemina ad marem et simile ad simile percontrahitur. An non videmus ea quae tanto impetu corpora invicem penetrare vel ebibere et tota in totum se transmittere concupiscunt, hoc totum ex virtute exigui humoris contrahere, qui ubi primum fuerit emissus, ardor ille et impetus ille extinguitur et usque ad novi humoris instaurationem seu accessionem non resurgit? Hinc ex illis commixtionibus seminis cum semine, excrementi cum excremento, partis cum parte et diversis heterogeneorum combinationibus potentissima illa pharmaca, | benefica, efficacissima, unde et medicina tota **45r** practica et maxima magiae pars tanquam propriis elementis est conflata.

De terra.

Terra est elementum solidissimum, simplicissimum, unde soliditatem habere corpora communiter existimantur. Hic non accipimus terram pro hoc globo animali, unde vitam, nutrimentum et corpus nacti sumus, quam unum ex astris atque planetam intelligimus partibus consistens proportionalibus partibus omnium animalium. Huius participatione et unione omnia vivunt, in cuius partes omnia resolvuntur, unde mater rerum merito appellatur, et non minori ratione ipsa vivit quam alia per ipsam et in ipsa vivant; ideoque matrem Deorum, Cybelem, Cererem et plerisque

---

4 faeminam et faemina *M* 5 *forse* pertrahitur 11 commistionibus *M* 15 practica *in marg. M*, *con richiamo*

aliis nominibus, Isim, sapientissima inscripsit antiquitas atque coluit; itaque communi et proprio nomine tellus appellatur. Hîc vero non de illa disserimus, sed de eo quod proprie terra dicitur, elementum ab aliis distinctum, nempe secluso igne, secluso aëre, secluso spiritu et aqua secundum omnes eorum species, haec est corpus rarissimum, levissimum per se. Sicut enim dictum est in sententiis de aqua, omnis densitas et gravitas et pondus est a numero partium coëuntium plurium vel pauciorum, arctius vel latius, in unam massam; omnis autem coitus, unio et mixtio et adhaesio est per agglutinans et annectens humidum; terra igitur seu arida per se est rarissimum, subtilissimum corpus. Huius partes ita sunt discretae, ut altera cum altera minime sine aqua possit cohaerere. Quocirca est insensibile corpus, utpote individuum; omne enim quod sentitur, est aliquod quantum sensibili qualitate praeditum; quae sensibilis qualitas non nisi in dimensionibus seu mole quadam est fundata, omnis autem moles est a compositione et a coitu partium primarum multarum, et omne sensibile consequenter seu visibile, tangibile, in innumeras, licet non infinitas, partes est divisibile. Itaque penitius consideranti est manifestum terram seu aridam per se nihil aliud esse praeterquam atomos seu corpora illa insecabilia, quae nulla virtute naturali vel alia potentia sunt divisibilia. Quae enim activa potentia illud dividet, cuius non sunt partes, cui videlicet potentia passiva non respondet? Huiusmodi prima corpora si coëunt et simul tenaciter consistunt, nimirum hoc ipsum non habent a se sed ab aqua, et propterea nobis non sufficit atomos principia materialia adducere,

---

1 Isim *da trasporre dopo* Cererem ? 7. 8 *cf. p. 529, 14 sq.* 10 mistio *M* 24 *dopo* divisibilia *cancella* * * * * * dividere *M*

sed ad compositionem seu nexum adiicimus aquam; ad vivificationem, ordinationem et regimen adducimus spiritum; ad sensum, motum, ornatum, digestionem, amorem et litem adducimus lucem seu ignem primum elementum. Nec propterea aliorum sentiendi modum de principiis improbamus, qui, ut unum tandem elementum faciant, et spiritum et aquam et lucem ad atomos referunt; secundum quem modum inter atomos et aridam esset distinguendum. Praetermittimus autem illum philosophandi modum, tanquam magis contemplativum et minime activum; eam quippe resolutionem, licet rationi consentaneam magis, minus autem naturae et praxi accommodam in|venimus, a 45^v sensu quoque valde remotam. Aridam ergo et atomos, seu terram elementum, eam substantiam intelligimus, quae a compositis separato spiritu, vapore et humido subsidet, et vel ultimo resolvitur non tanquam in substantiam continuam, sicut humor, vapor, spiritus, lux, sed discretam; proportionaliter se habens ad alia elementa, sicut cinis et pulvis ad aquam et fumum, non autem pulvis est et cinis, quia isti sensibus offeruntur propter partium hypostasin et consistentiam, a quibus ideo omnino humidum non est separatum. Magis enim ad atomorum similitudinem accedunt corpuscula illa, quae non subsident et consistunt seu iacent, sed in radiis solaribus per foramina immissis conspiciuntur, praesertim aëre quiescente, quae aequali pulsu sursum moventur et deorsum et ad omnes locales differentias, idque velut a principio intrinseco admittunt, quandoquidem inter millia vix videbis unum et alterum eodem impetu ferri, ne possis credere quod a continuitate aëris commoti deferantur. Quicquid tamen id est, hoc tantum in praesentia-

6 tandem M^b: *f.* tantum *M?* 12 autem] *f.* tamen

rum concludimus, terram elementum per se omnino ab humido absolutum nihil aliud esse praeter eiusmodi corpuscula, atque ea quidem quae ad solem ita sunt conspicua, composita sunt, non atoma, et consequenter non sine aqua; imitantur tamen simplicium motum propter partium coëuntium paucitatem, ideoque non multae contrarietatis participatione. Ne ergo quispiam terram elementum appellet grave respiciendo ad composita, ut ad lapides veros, et mixta quae in tellure apparent; figmentum enim hoc ex admodum modica consideratione profectum est.

Officium terrae seu atomorum huiusmodi in rerum natura, ut diximus, est soliditatem corporibus elargiri atque terminum, idque non per se sed cum aqua; aqua enim istis tribuit consistentiam, ut fluida, evolantia, discontinua seu discreta ipsa mediante unum corpus constituant, vicissim vero terra seu atomi dant terminationem. Propterea hoc bene dixit Aristoteles (more enim, sicut ipse exemplificat de aliis, imperitorum digladiatorum, qui interdum optimos ictus faciunt, idque non prudenter) a terra seu a sicco rationem esse termini; id enim in compositione proprio termino, humidum vero alieno terminatur. Et hic quamvis bene dixerit, non tamen tam bene intellexit. Aqua enim seu mare seu flumina seu fontes figuram accipiunt a vase seu continente tellure, aër item continetur in meatibus suscipiens figuram lacorum seu fistularum. Simile debuisset intelligere de igne, qui subtilior est aëre, tantoque magis quanto maio-

---

9 veras *M*^{b} 18 enim] *forse* autem 20. 22 *Arist. De gen. et corr. B2. 329*^{b} *30 sqq.* (*cf. Meteor.* Δ*4. 381*^{a} *29 sqq.; sopra p. 382, 1 sqq.*) 26 lacorum *M*^{f}: locorum *M*^{b}. *Il Bruno adopera anche* meatorum *per* meatuum (*v. a 'Medicina Lulliana' f. 56*^{v})

rem humiditatis rationem habet, ex eo quod magis subtile minus terminabile est proprio termino, quanto aqua, cum sit magis illi crassa quam aër, magis terminabilis est quam ipse. Ad elementa vero prima respicientibus nullum apparebit in sua simplicitate non terminatum proprio termino, sicut prima et minima corpora et individua, sive ad haec more Democriti et Epicuri reducas omnia composita, sive haec distin|guas veluti nos distinximus. In his autem **46r** quae respexit Aristoteles, nempe compositis et sensibilibus, haec nimirum se mutuo conterminare constat; in tellure enim non est terra sine aqua; figuram illam et soliditatem, consistentiam, duritiem certe non habet terra sine aqua, ut patet ex his quae diximus. Vas enim quod terminat aquam, non est pura terra, neque plus habet terrae quam aquae; quia nullus atomus aliis atomis adhaeret nisi circum undique ab aqua comprehensus, quo fiat agglutinabilis; et ipse minimum quid est et individuum, quandoquidem si esset dividuum, adhuc pluribus constaret partibus, quae eadem ratione non sine aqua coniungerentur. Ecce quemadmodum in corporibus his, quae siccissima et durissima videntur, mirae .... aquae praedominatur. Ad sensum ergo seu ad specierum sensibilium consistentiam terminus et figura non est a terra plus quam ab aqua actualiter, quamvis principaliter terminabilitas aquae tribuatur in compositione per terram, sicut terrae unibilitas seu partium disgregatorum contiguitas (ex quo fieri potest et dictum est modo) per aquam.

---

1 *dopo* magis *cancella* rerum (?) minus terminabile est proprio *M* 8. 9 autem quae] atque M^f: a que M^b 15. 16 nullus atomus *etc.*] *sic* 21 miraè * moles (?) M^f: mirae moles M^b 24 * * * * aquae M^1 25 *forse* disgregatarum 27 *in marg.* Huic sententiae adstipulatur (?) Plato et Timaeus, qui astra etiam non sine terra soliditatem et figuram habere di-

Et de terra iuxta rationem qua distinguitur ab aliis elementis iuxta praedictam doctrinam nihil habes amplius quod magice consideres; omnis enim virtus pulverum, cinerum ad efficaciam spiritus, humidi, lucis et ignis inexistentis refertur. Quibus vero atomi sunt substantia omnium, ut et spiritus ipse et lux ipsa et quidlibet ex partibus minimarum dimensionum maxime ab omni sensu remotarum consistunt, omnis vis ad atomos refertur. Sed ex hoc principio progredientibus caput, ut dictum est, nimis remotum a praxi naturae et artis sibi assumunt; neque id temere faciunt, cum eorum contemplatio non sit ordinata ad opus, sed in se ipsa conquiescat.

---

cunt; omnem enim huiusmodi (?) merito (?) terrae esse concludunt. Et Plotinus dicit in iisdem vel terram vel terrae proportionale aliquid, ut densitatem illam habeant. Haec (?) vero corpora ...... aliam omnino substantiam ab istis (?) corporibus et elementa non habere satis alibi convincimus. *M. Cf. Opp. ital. p. 347 sqq. Lag.*

5 refertur.] refertur. qui *M*[1]

DE TEMPORE.


Primo de dominio elementorum.

Ad complementum istius pertractationis maximum et praecipuum negotium et, ut videtur, totius rei forma est, temporis habere rationem; actiones enim tum naturales tum voluntariae certa quadam vicissitudine et ordine veniunt, ut sensibus ipsis est manifestum, in quatuor anni tempestatibus, quae sunt iuxta dominium quatuor qualitatum a vulgo receptarum seu quatuor temperamentorum, qui subinde aequalibus quibusdam temporibus in duodecim differentias distribuuntur, unde duodecim dicuntur menses, quasi huius mensurae partes, quibus multiplicantur quatuor differentiae praedictae, dum singularum consideratur principium et adolentia, medium et consistentia, declinatio atque finis. Est enim in uno signo principium, in alio medium, in alio finis cuiusque tempestatis. Ita annus seu circulus solis seu telluris distribuitur; supra quem est annus caelestis, qui proportionaliter in quatuor et subdividitur in duodecim partes aequales: infra quem est annus lunaris, qui etiam sub eisdem signis subdividitur, primo in quatuor, secundo in duodecim consimiles partes, tertio subdividitur in 48. Unde observantia 48 mansionum et figurae non sine magna doctrina et momento a Chaldeis sapientibus adductae primo et ab omnibus pro sufficientia capacitatis perse-

---

2 p° dedominio Elementorum, *di altra mano (probabilmente del Bruno, come sembra anche al Lutoslawski p. 515)*, *M*   10 *l.* quae   17 seu telluris *in marg. con richiamo M*

quutae. Consimili pacto et annus revolutionis diurnae seu circulus diei dividitur et subdividitur. | Primo enim distin- **46v**
guitur in quatuor partes: ver, aestatem, autumnum et hiemem. Ver enim est a mane seu a puncto orientis usque ad meridiem, aestas a meridie usque ad occidentem, autumnus ab occidente usque ad medium punctum noctis, hiems ab hoc puncto usque ad primam diem. Vel ver magis ad sensum capiatur a puncto medio inter medium noctis et principium diei, nempe a diluculo usque ad punctum medium inter principium diei et meridiem, quod anteprandium appellamus. Similiter et aliae partes successivo ordine capian-



6 Hyems *M* 11 Antecen. *nella figura, ma* Antecaenium *e* Antecaenio *p. 538, 1 sq. M*

tur, ut ab anteprandio ad antecenium sit aestas, ab antecenio ad conticinium sit autumnus, a conticinio ad diluculum sit hiems. Itaque omnes anni seu circuli ita distribuantur, ut in anno caeli, quem motum octavae spherae appellant proprium, aliis ad 36000 annorum, aliis circumcirca extensum, sit haec distributio primo, deinde anno seu circulo telluris aut solis; nihil enim interest, sive haec circa illum, sive ille circa istam eisdem spaciis decurrat; et annus circumferentiae telluris circa proprium centrum vel motus diurni, quo imaginantur universum circa terram rapidissimo motu circumferri. Nobis consideratio primi anni videtur magis facere ad vicissitudinem tempestatum et fortunarum, quibus haec inferiora non annuis sed secularibus vicissitudinibus permutantur atque disponuntur; secundus annus, qui vulgariter annus appellatur, facit ad transmutationem elementorum in genere, ad vicissitudines quae fiunt in his quae generantur et corrumpuntur in vicissitudine telluris; tertius annus, qui dies vulgo dicitur, facit ad proportionalem vicissitudinem, quae est per singulas noctes atque luces seu tempus tenebrarum et luminis, | frigidi et calidi, quae ita mutantur in singulis diebus **47r** sicut et annis. Proportionalem divisionem differre a diebus ad quartas dierum et ad duodenas, est vanum et falsum; unde si distinctio facierum signorum, quam faciunt astronomi, est ad rem aliquam, certe non est ad istam et ad eas quae ex ista proficiscuntur et eodem ordine currunt, de

---

3 Hyems *M*   4 ut sub * * in anno *M*[1]   4 *sqq. in marg.* (*di altra mano*) I. Annus Caeli. II. Annus Telluris. Solis. III. Annus circumferentiae telluris. Diei. *M*   20. 21 *dopo* luminis *cancella una parola* (calidi ?) *M*   21 *in marg.* Haec distinctio etiam pertinet ad tempora vitae animalium (*sic M*[b]) 4 et 12 incipiendo a vere et finiendo in hieme; item profundius speculantibus ad tempora fortunarum, aegritudinum et aliarum dispositionum et habituum. *M*

quibus infra dicemus. Neque enim volumus in augmento, principio et fine cuiusque tempestatis per singula inspicere haec tria membra, ut et augmenti sit principium, medium et finis, quia summum adolentiae atque principium consistentiae et summum declinationis non est ipsum medium ipsius sed extremum, consistentiae principium, medium et finis, et decrementi principium medium et finis. Et rursum omne principium subdividamus iterum atque iterum in principium, medium et finem; item medium in aliud principium, medium et finem; item finem in aliud principium, medium et finem iuxta suas latitudines, more vulgi geometrarum in infinitum vel indefinitum accipiendo primas proportionales primis, secundas proportionales secundis, et ita deinceps. Diem vero lunae et annum, quae pro eodem accipimus, quia ubi de lunae motu considerabimus, annum illum quem menstruum appellant seu 28 dierum, diem lunae esse indicabimus, ad nihilum facere nisi ad significandum, atque hoc maxime et utilissime infra demonstrabimus.

***De tempore et dominio planetarum septem seu septem principum.**

Quod attinet ad ordinem* et vicissitudinem dominii quatuor elementorum seu quatuor qualitatum, quae vulgo activae et passivae dicuntur, iuxta universalia et communia principia dictum est; quod vero ad dominia occultarum qualitatum attinet et impressionum magis profundarum,

---

4.6 quia—sed extremum *in marg. con richiamo M* 18 secundas] $\overline{\text{III}}^{as}$ *M* 15 *in marg.* Alibi de motu ☽, ☿, ♀ et (?) Telluris *M*, *dove più giù* (*di altra mano*) Dies ☽^{ae} 18 atque hoc] *come se precedesse* Dies vero lunae et annus—ad nihilum faciunt nisi *etc.* 23.24 *in marg.* Occultas qualitates appellamus eas, quae non ad corpus sed ad animam (animal *M*^{b}) seu animae et fortunae casus et revolutiones atque series spectant, et ita conducunt etiam ad fortunas alterationum quae fiunt in corporibus, ut mortem, vitam, brevitatem et longaevitatem etc., quia animae immutant corpora immutatae, sicut et e converso corpora immutata animas mutant. *M*

sunt ex radice septem capitum sicut illa ex radice quatuor, qui dividunt sibi diem et noctem in duodecim partes aequales, ita ut tempus quod per duodecim signa in duodecim partes per istos in viginti quatuor, ita ut quilibet illorum sub uno signo complectatur de triginta gradibus quindecim, et sicut pro illorum tempore arcus diurnus, qui et quantuscunque sit ille, sex habet partes, ita pro tempore istorum duodecim. Hic non est mentio de vicissitudine qualitatum seu virtutum unius generis, quale dictum est, sed multorum generum, sicut planetarum singuli diversos habent titulos et numeros virtutum, et sunt diversarum praerogativarum, bonorum et malorum promotores, de quorum effectibus et potestatibus cognoscendis remitto te ad astrologos principes, penes quos haec pars intemerata videtur et ea in integritate vel prope illam integritatem consistens, ut virtutes septem principum a Chaldaeis olim fuerunt annotatae.

Septem principes apud diversas gentes sunt diversis **47v**
inscripti nominibus; apud Graecos nomine planetarum, qui primo recipiunt dominia seculorum; et haec quibusdam sunt aequalia, quibusdam inaequalia. Illi qui ponunt aequalia in diversas abeunt opiniones et sensus, sicut diversa etiam sunt circa tempora motuum primorum. Petrus Aponensis haec tempora facit inaequalia, et de ipsis definivit in quodam capite, cuius caput Trithemius Abbas in unum


---

1 *sopra* illa ex radice, *di altra mano* puto in priore Cap. *M* 4 *nel margine inferiore* (*con richiamo dopo* partes) *calcolo aritmetico*

30 36 (?) (3
12
—— 360 (* 51 $\frac{3}{7}$ Post inventum cogita an mens haec sit Nolani
60
30 77 (?)
——

di altra mano M 13. 14 *in marg.* ∸ (= hoc est) de qualitate et virtute et ratione (*sic* M^b) planetarum, signorum, domorum. *M*

volumen extendit pluribus verbis et minori sensu, quod volumen De septem secundariis, si recte memini, nominavit. Sed de hoc videant prophetae. Qui vero ad magis proprios actus spectant, primum tribuunt illis vicissitudinem annorum solarium, ut primi dominus sit ♄, secundi ♃, tertii ♂ et ita deinceps. His ordinibus succedit dominium annorum motus diurni, qui sane motus denominationem dominii et veritatem non eodem distribuit ordine, sed planetas ita ordinatos ut sunt in circulo **A**.



2 secundariis *sopra una parola cancellata* (primitivis ?) *M* 3 *in marg.* Quia hoc facit ad prognosticationes statuum (?) et imperiorum, regionum et climatum (clym. *cod.*), et vicissitudines regnorum, ut certo convincitur in his quae apparent, quod (?) ita certo ordine et serie mutantur imperia, ut ex memoria hominum a quibus (?) perierunt iterum non sunt recuperata, siquidem ordo ipse successivus, antequam ad eosdem revertatur ...ē (*forse* necesse) est ut reliquos omnes numeros percurrat, et interea memoria deletur per magnas mutationes quae accidunt et linguarum et characterum (caract. *cod.*) et locorum, mores, desolationes, cataclysmos (cataclismos *cod.*) etc. *M* 5.6 primi—secundi *etc.*] I—II *etc.* *M* 6 *dopo* His *cancella* suc *M*

Quorum primus est ☽, secundus ☿, tertius ♀, quartus ☉, quintus ♂, sextus ♃, septimus ♄. Alternatim succedit eorum ordo in secundo circulo B, ut posito primo dominatore ☽ relicto ☿ succedit ♂ secundo, et ita deinceps. Et hic ordo est necessarius et ordinarius et valde vulgo manifestus in effectu, in causa vero manifestus est | sapientibus et ipsis **48r** numeratoribus, quia diviso die in duodecim partes et in totidem divisa nocte, quarum singulas singuli planetarum septem iuxta ordinem primi circuli suscipiunt, necessario eveniet ut ordo dominii dierum sit iuxta seriem secundi circuli.

Et haec denominatio et ordo a planetis seu septem principibus est valde rei et rationi consona. Experiuntur enim operatores quod ex eorum temporum observatione res proprie dictorum planetarum perficiuntur, ut sub ♀ quae ad orationem, amorem, pacem; sub ☿^{io} quae ad deceptionem, fraudem, furtum; sub ♂ quae ad litem et odium; et ita de aliis, quorum facultates sunt vulgatae et probatae.

Alii viginti quatuor horis diei viginti quatuor adscribunt diversos praesides, quorum nomina sunt in p r i m a m a g i a e p a r t e, quae potius ad superstitiosum aliquid quam ad physicum negotium, quod nos inquirimus et curamus, pertinet.

Ad planetas istos pertinent reliqui etiam casus, qui sunt circa vitae humanae accidentia, ut aegritudines, sa-

---

2 *in marg.* respondentes secundo ordine (*sic*) ut appareat in lineis ab uno planeta ad alterum productis, ita ut in eodem circulo per gyrum habeas ordinem dierum dominorum, per rectum vero ordinem dominorum horarum. *M* 4 et ita] relict et ità *M*¹ 7. 8 et ^{in}totidem *M* 20 Alii (22 *cancellato*) 24 horis diei 24 asscribunt *M* 21. 22 *cf. p. 499, 8* 23. 24 et * * * * curamus *M*¹

nitates, fortunae etc., studia, geniorum mutatio et reliqua; et in his non sufficit adnotare planetarum seu dominorum huiusmodi statum duntaxat, sed et mansiones lunae et signa duodecim et quadraginta octo imagines, quae ad signorum duodecim etiam numerum referuntur; iuxta enim zodiaci divisionem in duodecim partes universum etiam caelum in totidem partes dispescitur.

Instituerunt Babylones et Chaldaei imagines septem, in quibus virtutes septem planetarum explicantur, quadraginta octo in quibus virtutes signorum et imaginum a stellis fixis, imagines item viginti octo ad virtutes mansionum lunae significandas. Ad illas respicere oportet eum qui virtutis et efficaciae uniuscuiusque temporis rationem habere concupiscit.

Hisce perspectis ille qui vult succinctam, claram et apertam et certam scientiam dominorum istorum habere, respiciat horas et in horis signa et in signis planetas et cum planetis lunae mansionem et imaginem fixarum stellarum currentium cum signo facile ex ipsius imaginis circumstantiis malitiam vel benignitatem temporis considerare; ubi vero ista sunt mixta, nempe mala cum bonis, utilia

---

8 Babilones *M* 8 *sqq. in morg.* in libro De umbris idearum (idaearum *cod.*; *p. 144 sqq. Imbr.*) ex .... (*non pare* Teucro; *cf. sopra p. 502, 22*; *De umbr. idear. p. 135*) Babylonico (Babilonico *cod.*); vide Cornel. Agrip. de occulta * * * philosophia. *M* 15. 17 ille — respiciat] *in seguito continua la costruzione, come se fosse qui* illum — respicere oportet 18 *in marg.* ..... de subiectis etiam considerandis, quibus talis virtus applicatur. Sol enim homoque generant hominem (*Arist. Phys. B9. 194^b 16*; *De Monad. p. 398, 13 Fior.*), et sicut aliud est semen tritici, aliud semen siliginis, ita et eodem tempore et in eadem terra, * * * (*parola cancellata*) et eodem caelo alius fortunae (*sic M^b*) filius nascitur (pascitur *M^b*) a servo, alius a rege; simile iudicium est et .... (ratione *M^b*) seminali aegritudinum, sanitatum (*M^f?* statuum *M^b*), geniorum et ingeniorum ex diverso (*sic M^b*) hominum complexione et habitu, et praeter haec educatione et nutrimento. *M* 21 mista *M*

cum inutilibus, respicere quae praedominentur et vincant, quae nempe plures habeant numeros, quae pauciores. Mihi persuadeo efficaciam istorum et figuram non fuisse alteratam, dum per diversas manus et diversa ora et diversos authores delata fuerunt, quod est principium saltem, nempe ipsa figura est antiqua. Quod attinet autem ad theoriam et considerationem planetarum et dispositionem eorundem in illis orbibus cum illis aspectuum variis differentiis et facierum, omnino videntur et sunt inutilis considerationis; ipsae enim stellae, quod ad particularia attinet, neque aliquid causant neque significant, et isti planetae, de quibus nunc dicimus, cum istis nihil habent commune | nisi nomen; quae communio forte fuit evertendae **48v** scientiae causa et deveniendi ad illas fictiones, ut quod dictum fuit et intellectum ab antiquis in annis istis diurnis et circuitibus, fortasse ad confundendum et occultandum verum data opera et ad multiplicandum studia inutilia et vana fuit relatum ab aliquo deceptore ad ordines illorum planetarum, hoc est stellarum; qua persuasione semel ab uno recepta facile fuit hanc ignorantiam usque adeo propagare quo propagata est. Forte etiam fuit eodem studio hoc ipsum comparatum, quo a nobis etiam fieret, siquidem indignum esse arbitramur, ut haec cognitio et philosophia sit vulgaris, quae tantum apud sapientes et probos locum debebat habere. Interea tanquam in tenebris palantes et palpantes relinquantur alii cum suis theoriis planetaribus et sine iudicio iudiciariis.

---

13 forte] *incerto M* 16 circuitibus fortasse *M* 25 pallantes *M*

De inveniendo arcu diei et noctis.

Arcus diei sumitur a puncto orientis ad punctum occidentis, et ab istanti quo centrum corporis solis est in linea horizontis ascendens et in eadem linea descendens, arcus ille quantuscunque sit regiones sex caeli distinguet, si in sex partes aequales distribuatur, et definit terminum sex verarum germanarum domorum. Ita quippe domus consequuntur mensuram signorum et cursum planetarum et distinctionem partium caeli ad perpetuum signorum ordinem et vicissitudinem lucis et tenebrarum, caloris et frigoris, et aliarum qualitatum et virtutum consequentium. Neque est quod cum vulgo decipiaris, sed ipsum in sua caecitate relinque, et hoc reconde; non patitur enim Deus et natura hanc confusionem, ut eaedem sint praerogativae et idem gradus lucis bonorum et malorum. Ita de arcu noctis accipiendo residuum et complementum cum subtractione vel additione illius differentiae, qua sol ad unum vel ad alterum tropicum accedit, ab uno vel ab altero recedit. Quomodo per arcus ipse in sex partes aequales sit dividendus, definitum est a nobis in nostra Geometria. Itaque non secundum distinctionem aliam incertam, inconstantem et nulla supra ratione fundatam distributionem capienda est domorum distinctio, sed vulgo praecipienda; nefas enim est quemlibet scire quaelibet.

---

15. 18 *sic M* 20 ***Artic. adv. Mathem. p. 62 ? De Minim. p. 261, 15 sqq.***
23 sed] q sed (?) *M* 24 quemlibet] q̃mlibet *M*


De distinctione aspectuum.

Hac stante doctrina nulla sequitur coniunctionis, oppositionis et aliorum aspectuum differentiae ratio inter planetas, quandoquidem eorum perpetuo unus et immobilis ordo est; ideo nunquam sub eadem linea cadet unus cum pluribus vel unus saltem cum altero; | atqui perpetuo cer- **49r** tis definitis ipsis intervallis, qui in circulo praecedenti sunt designati, suas ad invicem habent propinquitates et elongationes.

Caeterum illud hîc est animadvertendum, quod ea doctrina, quae de aspectibus est, secundum hanc viam non solum vana non est, verum etiam necessaria et convenientissima, dummodo autem suo modo huic praxi applicetur, quod facile est vel mediocri praedito ingenio invenire; ad cuius noticiae praxis elucidationem et complementum animadvertendum est unum principium pro theoria cosmimetricum et alterum pro iudicio astrologicum, nempe ad distinctionem domorum partium earundem: primo duobus arcubus praedicta ratione divisis ratio aspectuum trinorum quadratorum et aliorum, qui sunt infra et circa istos, non sumatur ex aequali circuli divisione, sicuti faciunt vulgares domifactores, sed proportionali divisione, ut principium ♈ nectatur principio ♊, medium medio, et quod est in principio istius eius quod est in principio illius etc. Ita singuli singulis, reliquis reliqui gradus gradibus, sicut est in trino, ita in quadrato aspectu iudicium, sicut in istis, ita in omnibus partibus, sicut patet in praesenti figura.

---

7 *sic M* 11 quae *corr. M*: non solum vana est *M*[1] 12 n̄ vana est *M* 20 quadratorum] □datorum (*sic*) *M*



Secundo animadvertendum quemadmodum et signa et reliquae imagines caelestes et mansiones lunae et reliquae item omnes circumstantiae, sicut et omnia rerum genera, suis ita partibus et membris distinguuntur, ut alia referant naturam huius, alii referant naturam alterius planetae. Itaque mitto quaedam quae simul plurium planetarum naturam exprimunt, sicut imago Herculis naturam Iovis propter dominium, victoriam et triumphum; naturam ♂ propter vim, violentiam, impetum et vastationem: caput Gorgonis propter violentiam, mortem, sanguinis effusionem naturam ♂; propter vim veneni, destructionis, accusationis, invidiae naturam ♄^{ni}: Cythara naturam ♀ et ☿^{ii}, Corvus naturam ☿^{rii} et ☉^{is}; ut facile colligere est ex collectis fabulis seu historiis, quibus gesta quorundam hominum nobilium et heroum cum eorum nominibus relata sunt ad cognatas stellas, unde ♃ rex Cretae mortalis dicitur translatus in caelum, quia propter eius facinora datum est

5 alii] *l.* alia 16 *cf. Opp. ital. p. 531, 1 sqq. Lag.* 17 *in marg.* NB. rationes denominationum Planetarum. *M*

nomen illi stellae et illis astris, in quibus ipse recepisse influxum creditur; ♄ ergo in domo, | in mansione, in ima- 49v gine ♂^{tis} naturam habentem dicitur hoc pacto illi coniunctus aliis loci differentiis illi vel aliis, vel in propria domo. Simile iudicium de reliquis notatis iuxta antiquum morem adhuc magna ex parte intaminate declaratum, sicut dictum est, virtutes ipsarum differentiarum. Similiter ubi iudicium de re aliqua faciendum est, ut de morte, de vita, sanitate, aegritudine, coniugio, divitiis, de paupertate, considerandum est haec etiam ad naturam certorum planetarum referri; divitiae enim ad ☉, paupertas ad ♄ et mors et aegritudo in genere; in specie vero aliae ad ♂, ⟨ut⟩ calidae et siccae; aliae ad ♄, ut frigidae ⟨et⟩ siccae; aliae ad ☽, ut frigidae et humidae. Morbi item spiritales alii ad ♂, ut ira, rabies, ad ♃ atra bilis, ad ♀ zelotypia, et omnia quae ex amore. Ita consideratis subiectis, qui sunt sub tempore et motu et conformitate caeli et temporis, facile est videre favorem et contrarietatem, et ut res in adolentia vel in decremento, ut varia sunt principia rerum istarum agendarum dispositarum, unde sequuntur varii ordines atque casus. Frumentum enim, quod sub sole tenente ♊ vel ♋ nascitur, non adolescit: ita omnibus certae sunt rationes et primordia, quibus prodeundo vident augmentum et finem seu perfectionem. Idem est in omnibus aliis accidentibus et casibus iudicium, ut principium ditescendi, principium aegrotandi, placendi vel displicendi populo, non quodlibet tendit ad finem; sed de istis exactius dicere et

---

3 naturam (? neutram ?) habentem] *sic M* 7 *forse* virtute ? *in marg.* NB. Ptolomaeus, Iulius Firmicus, Guido Bonatus, Alcabitius significationes .... (subministrant ?) e ....o (lib. *legge Noroff, dove il codice ha* nro *o qualcosa di simile*) planetarum etc. Aratus, Cusanus, Thomas. *M* 14 sprales *M* 16 qui *corr. M*: *l.* quae 27 *sic M*

considerare non est hic locus, ubi tantum universalem rationem rerum debemus indicare, ex qua quilibet vel mediocris ingenii per se ipsum fragmenta veritatis, quae sunt sparsa in medio tot vanitatum, quibus referti sunt libri astrologici et iudiciarii, perfacile possit colligere, experiri, corrigere et complementum invenire; cuius rei viam commonstramus eam, quam novimus per intelligentiae superioris solis favorem, de particularibus periculum et experientiam facere hactenus non est concessum nobis propter magis urgentes occupationes et plurima impedimenta quibus obligamur. Haec sunt quae plus quam ad medietatem negotii facere quilibet per se potest videre, crebra et iugi experientia hoc huc ambulantibus facile sine aliorum librorum studio etiam rerum particularium ratio se illi insinuabit.

DE VIRTVTE ET VITIIS SIGNORVM ET PLANETARVM SINGVLORVM, NEMPE LVCE ET TENEBRIS, QVIBVS SINGVLI DOMINANTVR. 50r

Ad hanc doctrinam spectat considerare quemadmodum ubique sunt in mundo corporeo, et in his quae circa corpora sunt, bona admixta malis et mala bonis, sicut nusquam est materia sine forma neque forma sine materia in physicis, actus sine potentia, potentia sine actu, lux sine tenebris et tenebrae sine luce. Bonum enim est tantum unum absolutum super omnia, separatum ab omnibus; itaque non est malum sine bono neque bonum sine malo, et in planetis et in signis et in universis speciebus. In summis vene-

---

14 se illi ratio *M*[1]   21 admista *M*   mala bonis] malis bona *M*

nis summae medicinae, in maxime mortiferis non mediocria vitae semina, prorsus etiam contrariorum principium videtur esse unum, una radix, sicut pluribus ostendimus in libro de dialogis: Causa, Principio et Uno. Principium exaltationis est materiae depressio, et ultimum depressionis idem est exaltationis principium; idcirco cum nihil sit stabile et omnia incerta circulari vicissitudine consistant vel modo circulo simili, ut alibi declaravimus, summum malum non datur neque summum bonum, quod in quadam notabili duratione consistat; hinc illud 'peior est morte timor ipse mortis'.

Verum ut ad propositum redeamus, habet ♂ suas virtutes, ♄ suas non minus quam quicunque alius, licet quibusdam respectibus seu relationibus ad quaedam huiusmodi dicantur, quandoquidem ad bona ♃^{vis} ♄ adducit, ut ad sublimitatem humilitas, ergo bonus; ad mala ♄^{ni} ♃ adducit, ut ambitio, gloria vana, tyrannis ad egestatem, egestas accendit studium, studium comperit artes, artes divitias, divitiae honorem et gloriam, honor et gloria superbiam et tyrannidem, haec bella, bella desolationes, paupertates, paupertas rursum studia. Itaque ex omnibus aditus est ad omnia, et eadem respective bona sunt et mala, principium bonorum et malorum et finis bonorum et malorum; talis vicissitudo est in ordine planetarum, talis est in vicissitudine regnorum et fatis. Mitto circulum Pythagoricum et Platonicum de Diis et heroibus descendentibus usque ad profundum tenebrarum, et ex illo rursum rota temporis et aeviternitatis discurrentes ad superna re-

3 sicut * * *M*[1] 4 libro de dialogis] *cf. a p. 510, 10 Opp. ital. p. 285 sqq. Lag., specialmente p. 288, 32 sqq.* 5 materiae] *sic M*[b] 10. 11 *Opp. ital. p. 716, 7 Lag.* 12 Verum] v̂ *M* (?) 19 divitias, divitiae *nell' interlinea M* 28 discurrentes *etc.*] *sic M*


vocari. Unde illud Pythagorici poetae de inferno: mediantibus Lethaei fluminis epotatis undis rursus incipiunt per portam corneam prodire de tenebris ad lucem, quibus per portam eburneam ad inferna factus est ingressus:

> **Hos omnes, ubi mille rotam volvere per annos,**
> **Supremam ad sedem Deus evocat agmine magno,**
> **Rursus ut incipiant in corpora velle reverti.**

Istud pro rei capacitate in subsequenti figura aperimus, in qua suo ordine planetarum circa fortunas distribuendas ordo insinuatur, in cuius circuli peripheria quinque planetarum nomina con|tinentur, quam perambire intelligi- **50v**
tur pro significatione, quam prae se fert, ☽^{a} in vicissitudine et gradibus sui decrementi, augmenti, plenitudinis et inanitatis, quae ordinem fortunae circularem insinuat; in centro vero ponimus ☿^{ium}, qui est omnia cum omnibus, lucidus cum lucidis, clarus cum claris, bonus cum bonis, malus cum malis, virtutem augens et malitiam, idemque mas cum maribus, foemina cum foeminis. Distinctio bonitatis et malitiae per singulos est satis considerata ab astrologis, et manifesta in moribus horum numinum per indicationes fabularum, sicut Iovi et Apollini promiscui amores, ♀^{neris} in varias formas mutatio et variae fortunae, concubitus cum ♂^{te}, coniugium cum deformi Vulcano et similia. Omnia plena sunt significatione et naturali quadam profunda philosophia.

---

1 *in marg.* Virgil. 6. Aeneid. (*cioè vv. 893 sq.*) *M*   2 Laethei *M* * * * * * * epotatis *M*[1]   4 est * * *M*[1]   5. 7 *Vergil. l. c. 748-51*; *cf. Opp. ital. p. 585, 5. 618, 35 Lag., e anche De Monad. p. 465, 24 Fior.* (*dove parimenti* Hos, *non* Has)   18 faemina cum faeminis *M*



De consideratione subiectorum, fortunarum et seminum quatenus sunt composita vel incomposita ad caelum, in quibus etiam est distinctio planetarum.

Huc spectat materialiter considerare fomenta, illecebras, quae sunt in subiectis istis sensibilibus, quibus disponimus nos ad virtutes ex anima mundi supernis, nempe efficientibus, participandas. Ut sunt quaedam plantae quae pertinent ad ♃^{vem}, sicut abies, quercus, quaedam ad ♂^{tem}, sicut piper, quaedam ad ☽^{am}, sicut salices, quaedam ad ♀, sicut palma, quedam ad ☉^{lem}, sicut lauri; ita in herbis, ita

in mineralibus, ita in animalibus. Et nos aliquando ordinavimus istorum hortos, pomeria, sylvas, officinas, thecas, cum suis differentiis et gradibus, quod non est difficile etiam cuique desumere; nihil enim, ut supra innuimus, a caelo communicatur rebus inferioribus et particularibus, nisi mediante aliquo semine, loco et tempore certo, virtutem illam generalem et universalem definiente, applicante, appropriante et ad individuum contrahente. Sic res facimus, perficimus, servamus, et de iisdem pro possibili divinamus, praecognoscimus, ut non minorem habeamus rationem subiecti iuxta sua principia passiva et receptiva, quam causarum iuxta cognitionem activam et impressivam. Sicut enim pater sine matre non generat, ita caelum sine materia disposita nihil producit in inferioribus; ergo distinctio qualitatum, quam facimus in istis, mini|me **51r**
omnium erit praetermittenda.

---

5 *in marg.* ad ♄ frigid. et sic., ad ☽ frigid. et humid., ad ♂ cal. et sic. etc. *M*

DE VIRTVTE LOCI.

Non modicum principium peragendarum rerum locum esse, multis rationibus et exemplis est manifestum; diversis enim diversae inprimuntur virtutes a caelesti synodo. Sunt enim quaedam eius naturae, quae in omnibus locis producuntur, licet non ubique similiter, aequaliter et secundum easdem dispositiones et qualitates; hinc variae patriae varios hominum mores referunt. Omnino quippe suis regionibus et suo caelo spiritus hominum gubernantur, ut videre est ubi immite caelum immites homines, licet hoc accidentaria et extranea educatione, bonitate principum, legum, institutionum et religionum valeant moderari, semper tamen radix illa naturae insita est in profundioribus. Naturaliter inde est et ex more undique confirmatur, ut malae patriae quamvis omnes sint amantes, quos naturale trahit solum, plerosque tamen pudet, et vilitatem originis suae dissimulant apud exteros. Hinc ubi Calabri, item pravi Vandali, Gothi, Longobardi, Getae, Tartari habentur tales

1 *in marg.* Etiam notandum est in actibus magicis et etiam sacris, quemadmodum conversiones ad regionem hanc vel illam et relationes sunt valde observatae. Templa antiqua Christianorum, licet hodie hoc non considerent (quia rationes illas magicas seu divinas hoc tempore non habent), omnia habent altaris conversionem versus orientem, quaedam versus meridiem, sed sunt posteriora his; versus occidentem vero et septentrionem nulla. In sacris etiam observant, quid in medio altaris, quid ad cornu dextrum, quid ad sinistrum sit perficiendum, quid sacerdos conversus ad populum, quid aversus a populo. Hac (*forse* His ?) tota lex Moisis ceremonialis est referta. *M*   3 diversae inp̄ inprimuntur *M*[1]   5 quae et in *M*[1]   17 Calabri item pravi *in marg. con richiamo M*

quales revera sunt, nomen meliorum propinquarum regionum sibi usurpant et universae gentis; unde illis sufficit se Italos dicere, aliis Germanos, alii ex insulis Germanici Oceani, alii Britones. Patria enim sicut dat speciem, ita et modum speciei. Itaque in eodem genere principii, puta efficientis, patria ponitur atque pater, ut refert etiam Porphyrius in cap. De Genere: 'patria', inquit, 'generationis principium quemadmodum et pater'. Quod in hominibus, item in aliis speciebus licet affirmare, ut in equis, bobus, serpentibus, ovibus, asinis; excellentissimae enim equae celebrantur in Epiro, in Hispania, equi in Apulia, Calabria, asini magni Hydrunti, parvi et fortes ⟨in⟩ Sardinia, boves magni et pugnacissimi in Campania, parvi et imbelles infirmi in Germania, mediocres in Gallia. Simile iudicium de aliis speciebus. Sic etiam complexiones hominum in diversis locis diversae. Germani habent corpora generaliter proceriora, fortiora, bene colorata, sed tarda et gravia; Hispani generaliter breviora, sicciora, decolora, sed agilia. Ingenium quoque diversum est, quod hanc corporis | di- **51v**
versitatem consequitur. Similes Hispanis hi qui habitant regiones magis australes, ut Mauri, Arabes; similes Germanis omnes qui ad septentrionem magis vergunt; hi qui in medio parallelo versantur, Galli, Itali, et hi qui ad

---

3 *e* 4 alii] *sic* 4 *innanzi a* Britones (*corretto da* Britannos) *cancella una parola* (C.... llos ?) *M* 6. 7 Porphirius *M* 7 *Porphyr. Isag. p. 1ª 25 Brandis* 9 item] *forse* idem 11 epyro *e* Hyspania *M* 12 Hitrundi *M*; *del resto cf. Opp. ital. p. 20, 37. 562, 9 sq. Lag.* *innanzi a* boves *cancella quattro o cinque parole M* 16 *in margine* (*con richiamo dopo* diversae; *piuttosto dovrebbe essere il richiamo dopo* speciebus *al v. precedente*) non tamen sicut est in specie una (est *cancell.*), ita est in aliis speciebus; boves enim in Germania sunt exiguioris (? exiguae M^b) staturae hominibus, procerioris e contra in Italia, et in Affrica (*sic cod.*) homines sunt magis exiguae staturae quam in Germania, boves vero ⟨et ?⟩ oves procerioris quam in Germania. *M*

orientem magis, secundum diversas locorum rationes hi quidem magis hi quidem minus Germanis aut Hispanis sunt similiores. Non obest propterea ut, qualescunque sint mores gentis in genere, ut in particulari propter alias circumstantias (quia locus non est totum rei momentum, neque facit) homines pauci, ubi minime speratur, singularissimi evadant; unde in effectu illud quod toti genti non est commune, quibusdam particularibus individuis potest esse proprium. Germania enim circa has regiones, quae sunt in Helvetia et Suevia, talia hominum ingenia protulit, qualibus a multis aetatibus ingenia particularium exterorum non sunt comparabilia. Hoc difficilius est ita succedere in aliis animantium speciebus et plantis; plus enim potest variare hominis ingenium, quam naturae ordinarium. Sunt praeterea quaedam, quae in una regione nascuntur vel pluribus, aliis vero denegantur, ut de balsamo fertur et cedro, quod in monte Libani et in Palaestina tantum, in aliis locis solum communi nomine aliud inveniri posse autumant; olearum nullum vestigium in Germania neque in frigidioribus partibus, in Libya mirabilis copiae et foecunditatis; similiter de pipere, de cinamomo et aliis multis, quae promit Asia et negantur Europae et Affricae.

Hoc quod dicimus generaliter de hisce speciebus iuxta distinctionem regionum, idem intelligendum est in partibus cuiusque regionis, nempe in locis propriis, propriissimis usque ad individua; sicut uni homini similis omnino alter homo inveniri non potest, ita virtus in uno loco secundum unam eandemque dispositionem est incommunicabilis.

---

3. 4 *da cancellare il primo o piuttosto il secondo* ut 5 non * * * est *M*[1] 18 communi] co͡i * * * *M* 20 Lybia *M* 20. 21 faecunditatis *M* 22 Affricae] *sic, cf. a p. 555, 16* 26 *forse* sicut ⟨enim⟩

Hoc idem quod dicimus de qualitatibus istis vulgaribus et sensibilibus, intelligendum est de qualitatibus occultis, unde diversis locis diversi tribuuntur genii, diversi lares, diversi praesides seu numina particularia; neque enim sine ratione et veritate dictum est unum esse omnia, unum super omnia et totum, cui subsunt primo pauca principia et capita, quorum singulis subsunt multitudines et exercitus eorum qui adhuc singuli plurium sunt gubernatores 52r et principes. Ita a monade descensus est ad multitudinem infinitam per finita et indeterminata, et rursum infinitorum est ascensus ad monadem colligendo plura in unum; sic unum est universum, infinitum spacium, in quo innumerabilia astra seu mundi, in quorum singulis innumerabiles principes, si ad innumerabilia loca particularia, quae sunt tum in superficie cuiusque globi, ut huius telluris, tum in profundo eiusdem. Et qui hoc ignorat, nihil potest intelligere; ⟨qui⟩ secundum haec principia non practicat, nihil potest nisi casu operari.

Rerum successus et eventus hoc comprobat; et ad medicinam et ad magiam et ad fortunam et ad vitam mutatio loci interdum plurimum conferre, imo totum videtur; in uno loco infortunati, ingrati, infirmi animo et corpore, in in alio vigescunt aut secundum horum aut alterum, aut secundum plura; quod efficit principatus diversitas. Homerus celebravit montem Parnassum, in quo dormiens dicit se repente in poetam quodam numine afflante conversum, neque hoc est fabula, quamvis omnes versificantes etiam id ore ipsi assumant de Parnasso et de fonte Caballino seu Pegaseo. Idem de se protestatus est Hesiodus. Moises in

---

13 *dopo* singulis *cancella* infiniti *M* 14 *per es.* particularia ⟨respicias⟩ ? 23 *forse* horum ⟨unum⟩

monte Horeb accepit ducatum, in monte Sinai legem, et multa cum difficultate cum vastissimo populo illuc pro ea accipienda commigravit, tanquam non ubique idem liceret; Balaam, cum malediceret Israeli, inducitur lustrasse loca seu colles septem; Abraham, ut offerret filium, ambulavit ad montem designatum atque certum, quem Deus illi monstravit; Helias sub iunipero recubans confortatus est a suo numine, et ut acciperet oraculum, praeceptum est illi ut quadraginta dierum et noctium iter perageret; Deus Hebraeorum locum in quo sibi sacrificaretur certum et unum instituit montem Sion; Iacob cum in Mesopotamiam peregrinaretur, cum esset lux post occasum solis, supposito lapide sub capite mysticam illam scalam somniando vidit, et virtutem retulit ad lapidem, quem 'erexit in titulum', oleo sacravit et dixit 'vere locus iste sanctus est; | non est 52v hîc aliud nisi domus Dei'. Huc pertinet etiam considerare, quod cum magno sacramento Abraham locum suae sepulturae statuit in Sichem loco (qui) dicitur Hebron; ibidem Sarae coniugis requiescebant ossa, ibi Isaac et Iacob; Ioseph in Aegypto cum moreretur arcto praecepto iniunxit suis, ut eius ossa post longa tempora transferrentur in eundem locum; quod sane significat apud illos non valuisse illam indifferentiam Diogenicam, cui sufficit caelum pro tecto, et universum spacium pro sepultura, et caeli lampades pro solennitate funebri. Haec religio locorum non solum Hebraeis, sed et Romanis et Graecis et Aegyptiis fuit optime observata. Non sine loci auspicio Romulus prima fundamenta iecit et diversa templa diversis collibus intra eadem moenia instituit, Caesar auspicia futuri belli, victoriae et

13 schalam *M*   14.16 *Gen. 28, 17 sq.*   18 *dopo* Sichem *cancella* quem appell *M*   22.23 illam differentiam *M*

triumphi ad undas fluvii Rubiconis, Aeneas ad undas Tiberis recepisse dicitur. Ad undas Euphratis seu ad ripas fluvii Cobar Daniel vim prophetandi pro sua parte retulit.

In summa, nulla est actio physica, medica et magica, quae divinam circa haec inferiora actionem non meditetur. Ideoque suo modo in omnibus non unius generis loci ratio est inspicienda, ut videas in quo utero, in quo agro, in quo vase, in quo aëre, in quali aqua, in qua complexione, in quo corpore quidque fiat.

---

1. 2 Tyberis *M*

DE VIRTVTE NOMINVM.

Ad haec etiam principia pertinet considerare vim magnam insitam esse in nominibus, cum quorum virtute fortunam et statum rei nominatae currere existimant, praetereaque cum nominum mutatione convenire mutationem fortunae vel genii plurimi affirmant. Hoc credidisse Hebraeos, Graecos et alias gentes, per edita est valde manifestum; primum vero hii qui magis religioni et fidei sunt addicti, et qui Deum nihil perperam facere habent pro principio et axiomate, non sine causa pluribus patribus nomina mutasse concionantur. Mutatum fuit enim nomen Abrahami, et dicunt Cabalistae in virtute unius litterae ה illum acquisivisse facultatem generandi. Idem dicunt quod cum deberet Iacob praeesse fratri et gentibus per benedictionem et primogenituram, mutatum fuisse eius nomen in Israëlem. Item de Isaac, de Sarai in Saram. In volumine item Christianorum invenimus Christum Simonem Galilaeum appellasse Petrum, item Cepham; | Saulem quo- **53r**
que cum in vas electionis vellet promovere, mutato nomine appellavit illum Paulum. Observant hoc plurimae Christianorum sectae, ut cum de laicis recipiuntur in numerum cucullatorum, vel de clericis in numerum Pontificum, perperam nomina mutant, solum sequendo consuetudinem

---

8 *sqq. cf. Agripp. De occult. philos. p. 371* 11 concionantur *Noroff*: conciōantur *M* 11. 12 *Gen. 17, 5* 12 ה *Noroff*: ח *M* 13 generandi ra * * * *M* 15. 16 *Gen. 32, 28. 17, 15* 17. 18 *Matth. 16, 17 sq. Iohann. 1, 42 etc.* 18 Gallilaeum *M* 19 *Act. Apost. 13, 9*

nominis, non rationem. Romani pontifices sorte quadam proiecta, ut referunt, nomina sibi deligere ex decreto debent; prohibitum ne quis nomine Petri intituletur; metuunt enim sub illo nomine exitium. Hoc non solum Cabalistae et sacristani istius generis, verum etiam astronomi confirmant, arte observârunt Platonici et inter eos princeps Plotinus, in cuius vita refert Porphyrius eius discipulus eum plerisque suorum discipulorum nomina mutasse, utpote qui Chaldaicis et Persicis disciplinis erat imbutus etiam. Et refert de se ipso Porphyrius, quod ab amicis suum etiam nomen fuerit immutatum; dicebatur enim primo Malchus.

Inter experimenta referunt ex paritate et imparitate litterarum, quae conflant coniuncta nomina viri et uxoris, posse praecognosci uter eorum prius moriatur; item ex paritate et imparitate huiusmodi, duorum qui in monomachiam veniunt, volunt praedici posse uter illorum debeat succumbere, et exemplificant in pluribus: Achille et Hectore, Aenea et Turno, Antonino Faustina, Cleopatra Antonio. Et ego ipse in pluribus ita observavi, perpaucis aliter inveni. Hincque ipsa est difficultas propter differentiam nominum translatorum de Graeco in Latinum, de Latino in Italicum, et Italicis quae diverso idiomate diversimode proferuntur; sic nomen Ioannis alii scribunt Gioanni, alii Giovani, alii Ioanni, alii Zuanni, alii Zanni, alii Zani, alii Ioan, alii Iohannes, quorum omnium vis mihi videtur esse

---

1 nominis] *aveva cominciato* ra M^1: *forse* mutationis? 6 observârunt *corr.* (*da* observaverunt ?) *M* 7 *e* 10 Porphirius *M* 10 *Porph. Vit. Plotin.* § *17* 12 *sqq. in marg.* Haec non scribimus quia harum disciplinarum multam vel mediocrem habeamus rationem, sed ut concludamus propositum quod est pars istius considerationis, nempe quod in nominibus est quaedam virtus occulta et eorum consequens mutationem; ideoque presagire vel alia opera physica (physica *due volte* M^1) facere volentibus, non esset vana ratio inquirendi eius quod ex hoc principio vero deducitur. *M* 18 Thurno *M*

in eius nominis numero, qui est iuxta eam formam qua illi est impositum. Et circumfertur rota Pythagorae; huius circumferentia dividitur in quatuor classes, continens elementarium litterarum divisum in quatuor partes, et singulis litteris est ascriptus proprius numerus, ut ex collatione numerorum cum numeris concludatur divinatio multarum rerum. Scripsit Beda, habitus inter clarissimos et maturos authores, etiam de hac materia, definiens numerum convenientem diebus mensium, stationibus lunaribus, litteris latinis, negotiis, et per haec prophetasse et mirabiliter praedixisse fertur. Et hodierno tempore novi hominem ex facie, qui admodum particulariter ex alphabeto hebraico de genere mortis multorum principum et mutationes statuum quorundam praedixit, licet interdum in quibusdam fallatur, et ipse fatetur hoc esse ex eo quod non omnino assequitur intelligentiam | illius. Magna mysteria Cabalistae **53v** habent super numero litterarum et mysteriis quae sunt circa ea, ut in virtute nominum et cognitione eorum summam omnium operationum et intelligentiarum intelligant esse sitam, quod dicunt de Messia, de nomine dato illi supra omne nomen, sed addant quasdam rationes occultas, quae illi nomini graphico intelligibiliter adiiciuntur. In prophetiis etiam Danielis rationes multorum successuum referuntur ad numeros et nomina. In prophetia libri Apocalypsis mentio fit bestiae illius vastatricis, cum virtute numeri nominis illius.

---

1 nomino (*corr. in* nominis, *e in marg. con richiamo* numero) quod est iuxta (*queste tre parole cancellate*) qui est iuxta eam *M* 5 asscriptus *M* 11 *sq. in marg.* Brocardus Noribergae *M*; *v. Fabricius 'Biblioth. med. et inf. latin.'*, *e il Dizionario del Bayle* 17 habent super M^b: *illeggibile* M^f 18 virtutem *e* cognitioū (*o* cognitioñ ; cognitionis M^b) *M* 19 intelligent M^b 20 *dopo* quod *cancella* de *M* 24 *Apocal. 13, 17 sq.*

DE VIRTVTE GESTVS.

In gestu etiam multa est et maxima ratio et non mediocre principium prognosticandi seu praecognoscendi, stante illo principio quod ex omnibus circumstantibus et concomitantibus possumus accipere principia huiusmodi, quia res rebus respondent et omnia naturalia et quae sunt in gremio naturae et in facie sensibilium, ut sunt coordinata, ita habent etiam quandam correspondentiam et consignificationem, licet exacte omnia cognoscere ex omnibus non possumus propter mediocrem experientiam, et quia pauci animum advertunt, observant, notant. Hinc vidi a quodam medico compilatum libellum, in quo prudens ille hoc stante principio ad artem suam applicaverat titulum huius considerationis, De virtute gestus, considerando videlicet habitum, statum, solum, locum, verbum circumstantiasque alias, cum aegroto cum primo illi occurreret, subindeque casus et successum, ut quae haec erant differentia in diversis, casus etiam aegritudinis erant differentes, ut quaedam convenientia, quidam convenientes; itaque ex iugi usu et applicatione collegit quaedam universalia, nempe verificata in plurimis vel pluribus vel omnibus, ut hac sola parte habitus fuerit summus medicus.

Habent venatores quaedam universalia ex occursibus, quibus usque eo progrediantur ut domum revertantur et

---

7 graemio *M*   14 De virtute gestus] *in marg. con richiamo M*
16 *sic M*   17 ut quae] ut q̃ *M*: *forse* utque   22 *forse* arte ?

ab instituto abstineant. Vulgatum est malum omen ex occursu monachi, sed bonum ex occursu pulchrae puellae, praegnantis foeminae portantis hydriam aquae, unde pluvia, claudicantis, mendicantis, rerum penuria, impedimentum, feram cum prole negotii sterilitatem praesagit. Idem omnes in suo ordine possunt observari, quandoquidem stultum est et vanum credere in omnibus non esse significandi virtutem, ut dictum est, propter certam affectuum correspondentiam et coordinationem. Tametsi voluntas particularium sit non coacta, non definita ad unum con|tra- **54r** dictoriorum absolute, tamen libertas et electio certo quodam ordine currit et definit. Et nimirum nihil absolutum est fortuitum, porro fortuna et casus sunt nomina incertorum eventuum, qui collati ad nostram cognitionem sunt huiusmodi, ad eum vero qui particularia omnia ut sunt disposita sub causis universalibus intelligit, de singularibus et individuis exactissimam habet rationem; et nobis pro his, quae ad nostrum statum sunt necessaria, inquisitione, inventione et observatione haec cognitio non est difficilis, licet ingenio obtuso, torpenti et inanibus

---

2 bonum *in marg.* *M* (*dopo* sed *lo colloca il Bartěnew*; *non distinguiamo in* M^{f} *dove sia il richiamo*) 3.4 unde pluvia *in marg.* (*con richiamo dopo* aquae) *M*, *ma nell' interlinea fra* aquae *e* claudicantis *è cancellato* unde aqua 4 *sq. sic* M^{b}; *non tentiamo neppure di restituire la sintassi* 5 Idem (?)] Indem M^{b} (*sic*) 13 *in marg.* Ad hanc doctrinam pertinet considerare, quod plena experientia est compertum, ut folia hellebori sursum divulsa evacuant per vomitum, deorsum vero evacuant per secessum. Sic (?) ego expertus sum in herba quae ab Olibano monte prope Salernum nomen habet, et ibi particulariter multa copia nascitur, et ad purgandum quemlibet noxium humorem omnis (?) vicinia eadem utitur sine laesione et aperto iuvamine. Et hoc ad doctrinam gestus diversi facit. Rursum differentia est si quis evellat herbam cum radice et sine radice, mortuam vel vivam, sicut et in tonsura vitium et in ordine caedendarum plantarum non solum tempus, sed et gestus observatur cum dispositione subiecti. *M* (*in gran parte secondo* M^{b}) 17 et M^{b}: v M^{f} (?): *che sia da indicare una lacuna dopo* intelligit?

studiis attentiori. Nihil est boni quod etiam sit impossibile, hoc tamen si iudicio, luce, arte et genio nemo aggrediatur, nempe ut aiunt invita Minerva, sed inspiciat an instigatio quaedam et hilaritas naturalisque appulsus vel alius quidam novus impetus aut furor ad hoc exagitet et invitet.

Itaque plus quam satis quod ad hoc propositum attinet monstrasse sufficiat: species mantiae seu divinationis quibusdam sunt numeratae, porro nobis sunt innumerabiles, quandoquidem nihil est ex quo significatio eventuum non possit desumi. At vero significatorum alia sunt propinqua, alia sunt remota, alia longinqua, alia proxima. Ideoque cum selectiora nobis undique sese offerant et particularium particularia, quid opus est in omnibus vel ad astra tantum vel ad remotos numeros? Ideo medicus signa praeter ea vulgaria quae ex partibus et excrementis, ex coloribus rerum, principia divinandi habet etiam alia proximiora ex occursibus et circumstantiis, ut dictum est, sed haec non sine respectu temporis et loci et ordinis mutationum et alterationum, quibus cognoscat quomodo concordet vim subiecti inferioris cum partibus lucis, seu diei et tenebrarum, ut dictum est supra in parte, et in parte dicetur inferius sequenti tractatu.

---

1 *abbiamo interpunto dopo* attentiori 2 si] *forse* sine ? arte M^f (?): *om.* M^b 19 vim *M* (?): *forse* vicissitudo ? 21 *sopra p. 536 sqq.* 22 *Medicin. Lullian. f.* 56^r *sqq.* 61^v

DE NVMERO ET MENSVRA.

Praeter rationem temporis, quo omnia distribuuntur, elargiuntur, quod Salomon etiam ad septem capita redegit, cum dixit 'omnia tempus habent, et suis spaciis transeunt universa sub sole', subdidit septem contradictoria cum quatuordecim membris: tempus gaudendi, tempus tristandi, tempus colligendi, spargendi etc. Et Christus dixit se 'plenitudine temporis' venisse; cum premeretur ab adversariis, dixit 'haec dies vestra et potestas tenebrarum'; cum aufugisset a volentibus eum lapidare nec multo post ad eos iterum | redire vellet, obiicientibus discipulis **54v** 'nunc volebant te lapidare et vis reverti?', respondit 'nonne duodecim horae sunt diei?' — ubi nihil apertius quam quod non omnis hora dat omnia et eadem, sed varia variae. Mitto ut in ceremoniis duarum famosissimarum legum vel trium festa, cultus ad certa tempora praecipiuntur, neomeniae, sabbata, scenopegiae, paschata, item fasta et nefasta tempora sunt notata, de quibus particulariter alibi a nobis; ita et numerus certus, certae vices requiruntur in multis, in variisque variae, et nos notavimus quibus debeatur monas, quibus binarium, quibus ternarium usque ad decadem et praeter haec ad duodenarium. Subindeque facile est colligere quomodo numeri isti componantur ex digitis et articulis vel digitis cum digitis, ... ex

3 *sqq. Ecclesiastes 3, 1 sqq.* 8 *per es. Paul. ad Gal. 4, 4* 9 *Luc. 22, 53* 12 *Iohann. 11, 9 sq.* 17 schenophegiae *M* 20 *sqq. cioè nel De Monade* 24 ......] sic (?) ut *M*[b]

istis elementis seu primis partibus omnia componuntur, notatum est. Serpens semel arundine percussus rumpitur, verum denuo ad binarium resolidatur. Si quis iterato e domo exeat ad aliquid .... faciendum, vix unquam felicem inveniet et ad libitum quod quaerit. Unde consulitur in symbolo Pythagorae, licet occulte, cum exieris e domo, ne redeas, vel reversus mane. Orationes maxima ex parte ternarium, similiter et adiurationes requirunt etc., quinarium cautelae adversus malos daemones, in septenario vulgata est certa virtus posthumi ad curandas scrophulas. Mitto alia exempla quibus referti sunt experimentarii libri.

Quod dicimus de numero, item de mensura intelligimus, quae nihil aliud est nisi numerus in continuo vel liquido vel arido vel qualitate activa vel passiva et caeteris.

Et haec sunt praecipua capita, circa quae oportet meditari, aggregare universalia, exercere actum contemplationis et applicare praxes eum qui plene magiam vult in pristinum et nobilissimum statum instaurare. Et de his satis.

---

4 ....] idem M^b felicem] *sic* M 5 ad libitum] *sic* M^b 8 etc. M^f(?): *om.* M^b 12 *forse* idem

MEDICINA LVLLIANA.

Della 'Medicina Lulliana' esistono nel codice di Mosca due redazioni, una più breve e completa a f. 162-180 (segnato erroneamente 181 nel codice), un' altra più estesa e incompleta a f. 55-69; la prima di mano del Bruno (= Br) fino a tutto il cap. IV 'De Febre quottidiana' (f. 167ᵛ) e nel resto di mano d' ignoto copista (= X), la seconda di mano del Besler. Cf. Lutoslawski in 'Archiv. f. Gesch. d. Philos.' II (1889) p. 560 sqq. Noi riproduciamo la seconda redazione (= M) e la completiamo con la prima (= Br + X). Si avverta però che di Br + X diamo la collazione intera solo nella seconda parte (dal punto cioè dove finisce M), mentre per la parte per cui abbiamo M, le varianti Br o X fanno testimonianza soltanto per i luoghi espressamente citati. Della prima redazione inoltre diamo un saggio nella prefazione a questo volume. Qui basti accennare che la prima redazione è più breve: vi manca per es. tutto quello che la seconda redazione ha nelle note marginali. Alcuni luoghi di M furono gentilmente collazionati dal signor Barténew (= M^b). Delle annotazioni marginali riproduciamo solo quelle che sulla fotografia di M (= M^f) abbiamo potuto leggere con qualche sicurezza.

MEDICINA LVLLIANA 55r

PARTIM EX MATHEMATICIS PARTIM EX PHYSICIS PRINCIPIIS EDVCTA.

Fideliter collecta per nos,
nihilo praeter et extra intentionem adducto,
addito, neque diminuto.

§ I. Intentio nostra est non tam vulgari more principia medicinae, quae praxi proxima sunt, adducere, quam artem Lullii illam generalem ad omnes scientias et facultates ita limitare et modificare iuxta eius intentiones, ut quilibet facile in verae medicinae totius cognitionem venire possit.

§ II. Subiectum adaequatum medicinae est corpus humanum, quatenus sanabile et aegrotabile. Sanitas autem in corpore humano est proportio quaedam consistens in qualitatibus activis et passivis quatuor elementorum, vel saltem proportio illi proportioni similis.

§ III. Elementum seu elementativa duplicem habet essendi modum: obiectivum et subiectivum. Elementativa in esse obiectivo est aequaliter gradata ex praedictis quatuor elementis; quia vero ab aequali proportione (ut inquit Aristoteles, et ratio ipsa dictat) non sequitur actio neque

---

11 veram *Br*

passio, idcirco elementativa quoad huiusmodi esse est ingenerabilis et incorruptibilis, et hoc pacto dari potest aequale pondus, mensura, symmetria etc.

§ IV. In esse vero subiectivo item habet adhuc duplicem modum essendi: unum in qualibet sphaera seu in regione propria, et sic elementa in ea sunt inaequaliter gradata quoad qualitates, quia substantia non recipit magis neque minus (unumquodque enim in sphaera sua habet praedominium ratione proprietatis loci, reliqua vero in eodem loco communi, ut ignis dominatur in concavo orbis lunae, et aër magis assimilatur igni in suprema regione, magis retinet propriam formam in partibus contiguis mediae, in aliis locis magis assimilatur aquae propter eius proprietatem vel con|versionem a frigore inspissante vaporem; 55v simile iudicium est de caeteris); alium in elementatis seu in his quae generantur et corrumpuntur, in praedictarum sphaerarum tribus, nempe terra, aqua et aëre. Medicus motum elementorum investigat in istis tantum, horum vero maxime et proprie in homine.

§ V. Tamen quia medicus non sanat hominem in communi, sed Socratem, ideo modum talem essendi subiective post generalia artis principia investigare debet in singulari homine, cuius sanitatem introducendam vel conservandam intendit.

§ VI. Ergo inspicere debet primo cuius qualitatis et complexionis proprie sit ex naturali potentia vel impotentia iuxta secundum qualitatis genus; secundo qualitatis et complexionis appropriatae vero quae ex prima et tertia qualitatis specie. Ignoratis enim huiusmodi qualitatibus,

---

1. 2 ideo est ingenerabilis et incorruptibilis (ut inquit idem Aristoteles) *Br* 3 simmetria *M* 8 sua] sua enim *M*[1] 19 proprie *M*: praecipue *Br* 25. 29 *cf. Br nella prefaz.* 26 ex (?)] nec *M*[b] 27 *dopo* genus *cancella* propri... *M* secundo ⟨cuius⟩ ? 28 vero] *sic* (*scritto* .v.) *M*

omnino tum medicina curativa tum conservativa ignorabitur.

§ VII. Quot modis complexio cognosci possit. — Multiplex ratio est per quam complexionem dignoscere possumus, quarum aliae sunt remotiores, aliae sunt propinquiores, aliae proximae. Et ut a remotioribus incipiamus, complexio cognoscitur primo investigando interiorem nativitatem, quae fuit in instanti introductionis animae rationalis in corpus dispositum ab agentibus naturalibus ad animae receptionem, in quo instanti (naturae enim actio nihil differt, sed statim et necessario patienti bene disposito ingeritur) regnavit spiritalis influentia; cuius gratia in cholerico praedominatur ignis, in sanguineo aër, in phlegmatico aqua, in melancholico terra. Inquisitio nativitatis extra uterum, qua foetus producitur in lucem, ad nihilum valet, nisi ut per ipsam in noticiam possimus primae et verae nativitatis devenire.

§ VIII. Porro cum huiusmodi nativitas sit irregularis, utpote indefiniti temporis, impossibile videtur eius rationem cum profectu investigare; ideoque non est mirum si tum astrologi tum medici in eorum iudiciis ut plurimum praevaricantur. | Ergo aliâ via inquiratur oportet, siqui- **56r**
dem in conceptione seu conceptionis instanti sunt quaedam accidentia, quibus mulier certe agnoscere potest cum ipsis huiusmodi nativitatem convenire. Signa quae sunt in muliere et in viro nolo narrare, generalia tamen sunt vulgata; nam in conceptione crura mulieris dolent et menstrua cessant fluere.

§ IX. Secunda ratio investigandae complexionis. — Legitur subinde complexio in physiognomia homi-

---

12 spr̄alis *M*

num et in actibus eorum, ut patet de cholericis, qui leniter moventur et nolunt dominari aliis, quemadmodum ignis; sanguinei sunt alacres, ioculatores etc.; phlegmatici tardiores; melancholici tardi, cogitabundi, suspiciosi etc.

§ X. Tertia ratio. — Cognoscitur tamen veriori modo complexio in febricitantibus, in quo est animadvertendum quemadmodum vulgatum est corpus humanum ex quatuor elementis constitutum a corporibus caelestibus iuxta diversos eorundem aspectus regi et gubernari, qui sane secundum duos motus, primi caeli diurnum videlicet, et proprium planetarum, variantur, ex quorum tum duorum generaliter tum specialiter diversorum reliquorum pro varia obviatione et occursu diversi in istis inferioribus generantur aspectus. Medicum ergo, nisi casu velit curare, rationem, qua continuus iste motus continue diversificatur, diversas edit operationes et producit effectus, cognitionem habere ⟨oportet⟩; a diversis quippe aspectibus superne et dispositionibus inferne diversi sunt appetitus, motus et passiones aegrotantium infirmorum, item et eorum circumstantiarum.

§ XI. Notandum item est iuxta motum huiusmodi continuum singula elementorum singulis diebus naturalibus suam habere regionem, et, ut dictum est in praecedenti tractatu, caelum seu ambitum universi in quatuor partes sibi dividere, iuxta mensuram supra dictam, ut igni tribuantur tres horae iuxta supra dictam rationem

---

3 *in marg.* Vide planetarum proprietates. *M* 9.14 Et tales aspectus variantur secundum duos motus, primi mobilis videlicet ab oriente in occidentem ducendo secum alios orbes, et planetarum qui ab occidente variantur et sic ex diversa eorum obviatione ac diverso aspectu diversi generantur aspectus in istis inferioribus *Br* 15 *f.* rationis? 17 oportet *om. M*, *ma Br ha* Oportet ergo medicum habere cognitionem omnium praedictorum, nisi casu velit curare *etc.* 19 item (?)] sic (?) M^b 23.24 *vedi sopra p. 536 sq. 565 extr.* 25 * * * * iuxta M^1

ante meridiem et tres post meridiem, nempe iuxta dierum rationem inaequalium inaequales; terra habeat tres horas ante occasum solis et tres post, quae sunt IV^a noctis et IV^a diei continue; aqua tres horas ante mediam noctem et tres post; aër tres horas ante et tres post ipsum ortum solis. Hîc si febricitat cholericus in meridie et est sanus in media nocte, melancholicus febricitat in occasu solis | et **56v**
est sanus circa principium diei, phlegmaticus febricitat in media nocte et est sanus in meridie, sanguineus febricitat in aurora diei et est sanus in occasu solis.

§ XII. Quarta ratio. — Legitur etiam complexio in urina sana, quae licet communiter dicatur subrufa, secundum diversas tamen complexiones quodammodo variatur: in cholerico est subtilis et lucida, in sanguineo bene aurea, in phlegmatico declinat ad albedinem, in melancholico quodammodo ad nigredinem, nempe cum est subviridis seu subatra.

§ XIII. Habita noticia complexionis cuiuslibet et sanitatis secundum iustitiam distributivam investiganda est complexio infirmitatis in camera quartae figurae DIK, per quam principia primitiva inquirere debet medicus in medicina, et quomodo se habeat ad inferiora; ibi inveniet eam constare ex quatuor activis et quatuor passivis qualitatibus, unde procedat ad cameram EIK, EFG, FGH, GHI.

In camera considerare oportet qualitatem primo ipsius D, ipsius I, ipsius K, iuxta doctrinam rotae subiectorum; subinde, ut nos declaravimus, procedendum est ad .... quae constat columnis, cylindris et aliis partibus et variare terminos huius considerationis docet iuxta diversam ipsius I situationem. Ita in aliis

---

3. 4 quae — continue *om. Br* 6 Hîc M^b: *forse* Hinc ? 10 et est *Br*: est et *M* 21. 22 medicus, ita (?) aliis cameris in medicina M^1 24 EIK *Br*: ELK *M* (?) 25 p. 576, 8 *in marg. M*

cameris est iudicandum. Unde potes videre hunc tractatum in substantia esse maiorem omnibus tractatibus aliorum medicorum singulorum circa idem propositum.

§ XIV. In ultima camera GHI investigatur primo per H, quia videt medicus primo in homine aegrotante virtutem vegetativam debilitatam in suis potentiis, quoniam non habet appetitum dispositum diiudicans dulce, amarum etc.; item retentivam, digestivam et impulsivam potentias laesas, impeditas vel alteratas habet. Potentia vero vegetativa non haberet defectum, si elementativa non deficeret. Talis vero defectus provenit aut ratione repletionis, quae impedit motum elementorum et regulam illam, qua humores in nostro corpore ita habent suam vicissitudinem, cum sunt bene dispositi, sicut et vicissitudo certa est in caeli motu; aut ratione vulneris vel inanitatis, per quae meatuum continuatio perditur et continuitas fluxus detruncatur, unde causatur dolor, conqueritur subiectum, contra instinctus et appetitus clamat per dolorem; et causa illius doloris est subiectivum H, quod suos actus exercere non potest; et huius causa est substantia I, quod motum suum continuum non habet, siquidem in corpore humano in 24 horas | quatuor haec elementa in sua regione ita motum 57r
habent, sicut et in universo, nempe megacosmo.

§ XV. Ad istas praedictas regiones bene cognoscendas pro morbi causa adinvenienda et profundiori speculatione, et ut pro tempore congrue medicina, nutrimenta et caetera patienti administrentur, subsequens figura proponitur.

---

16 meatorum (*sic*) *Br*   19 est vegetativa H, quae actus suos *etc. Br*
20 est elementativa, quae motum *etc. Br*   26 ut] huc *M*

IGNIS cal. sic.
Meridies

TERRA frig. sic.
Occidens

AER cal. hum.
Oriens



Media nox
AQVA frig. hum.

A Aër	E Calidum et humidum
B Ignis	F Calidum et siccum
C Terra	G Frigidum et siccum
D Aqua	H Frigidum et humidum.

CAPVT II. 57v

§ I. Medicus etsi in astrologia non sit peritus, habebit ex hac figura rationem investigatam causarum, mediorum et effectuum propositi. Figura ergo duobus circulis constituitur, quorum maior motum diurnum seu mundanum, minor vero motum proprium septem planetarum significat; maior movetur ab oriente in occidentem, minor e contra.

Hic motus proprius planetarum non est quod aliter perquiratur quam a nobis in superioribus est ostensum; et secundum illum causae fortunae, motuum et alterationum, vitae et mortis sunt inquirendae.

§ II. Secundum duos hosce motus tum naturaliter et elementariter, tum voluntarie seu fortuite, nempe tum ex principiis materialibus seu corporeis, tum ex principiis minus materialibus et quae non corporea existimantur, est motus corporis humani et dispositionum animae in ipso; inferiora siquidem naturaliter et elementariter sub influxu superiorum veniunt constituta, seu, ut proprius loquamur, particularium lex et compositorum sub lege universalium et principiorum et elementorum et causarum subordinatur.

Hîc potest applicari circulus zodiaci seu signorum vitae seu mortis a capite hominis, in cuius vertice ver constituit transiens per pedes, per quos constituunt hiemem. Hic enim zodiacus est

9. 12 *in marg. M* 10 in superioribus] *p. 538 sqq.* 12 investi inquirendae M^1 22 subordinantur *M* 23. p. 579, 11 *in marg. M* 23. 21 seu mortis M^f (?): qui circuit M^v 24 constituit] constituitur M^b 25 hyemem *M*

proprius huic arti; in hoc enim mundo parvo, nempe homine, applicatio istius circulationis est contemplanda, quae sane circulatio nullis extrinsecis rationibus pro suo appulsu naturali impeditur, sed extraneas suscipit causas et principia, quibus adiuvatur, servatur, laeditur, impeditur, tollitur; et in his, quae dicta sunt in libro De generatione, distinximus calorem animalium vitalem, naturalem, internum a calore externo, adiecto et alieno. Ideo etsi aliquis locum calidum in hieme vel quocunque tempore incolat, vel locum frigidum, quatenus aequalem temperiem ab extrinseco experiatur, non ea ratione tollitur ordinaria ratio circa iudicium motus, circa qualitates vitales et internas.

§ III. Duo isti circuli suo motu sibi invicem occurrunt, atque ex diversa obviatione et suarum partium combinatione diversam in inferioribus mixtionem, compositionem, seriem, ordinem, symmetriam et asymmetriam causatam et effectuatam indicant.

§ IV. Quilibet circulorum in se tanquam proprias partes iuxta praesentem Lullianam methodum octo domos continet, quae quatuor constituunt regiones, ipsaeque significantur per duas litteras; singulae enim domorum unam sibi litteram adsciscunt. Ibi A significat aërem, B ignem, C terram, D aquam, E humidum et calidum (quae est qualitas aëris), F calidum et siccum (nempe igneam qualitatem), G siccum et frigidum (nempe terream), H frigidum et humidum (nempe aqueam).

§ V. Istae regiones significant ver, aestatem, autumnum, hiemem. Regio prima, nempe ver, se extendit ab A circuli superioris et E circuli inferioris, usque ad B circuli superioris et F inferioris, quod spatium constituit primam domum, cui regioni respondent tria signa in circulo

---

2 contemplandum *M*[b] 6 animalium *poco chiaro M* 14 diversum *M* mistionem *M* 24 terrea *M* 30 regioni *Br*: regione *M* circulo *due volte M*[1]

maiori, quibus respondent tres menses veris, et signorum singulis respondent 30 gradus. Tres menses, martius, aprilis, maius; 90 gradus signantur in circumferentia circuli minoris aeque distantes, continent iuxta .... 91 dies, | 7 horas 58r
cum dimidia praecise. Notavit Lullius ☉ esse in ♈ 18 martii, in ♉ 17 aprilis, in ♊ 18 maii; et in his tribus mensibus regnat aër et sanguis, qui habent suum dominium in oriente a medio martii usque ad medium iunii.

§ VI. Secunda regio vocatur aestas, et est ex B circuli maioris et F circuli minoris usque ad C circuli maioris et E circuli minoris, cui respondent tria signa ♋, ♌, ♍ et 90 gradus, ut supra; et ferebantur tempore Lullii ♋ a XVIII iunii, ♌ XIX iulii, ♍ 18 augusti, in quibus regnat ignis et cholera, a medio iunii usque ad medium septembris in meridie habens vigorem.

§ VII. Tertia regio vocatur Autumni, et durat ex CG usque ad DH. Haec regio constat pariter suis signis et gradibus: ☉ in ♎ 18 septembris, in ♏ 19 octobris, in ♐ 17 novembris, in quibus regnat terrae et melancholiae dominium, et vigor est in occidente a medio septembris usque ad medium decembris.

§ VIII. Quarta regio est hiemis, et durat a domo DH usque ad domum AE, quod spacium pariter continet reliqua tria signa et menses etc. ☉ 19 decembris in ♑, 18 ianuarii in ♒, 17 februarii in ♓.

§ IX. Istae quatuor regiones causant annum, subinde supra circulum maiorem immobilem constituendus est circulus minor mobilis, in quo signantur regiones et horae diei

---

2 aprilis *Br*: April (*cancellato*) Aprillis *M* 4 iuxta ....] iuxta horum (?) *M*[b] 5 ♈] arieto *M* 11 et E] et et *M* ♌ *Br*: ad *M* 12 et 90 gradus] et 90° *M* 18 septembris] *sopra una parola cancellata M* 22 hiems *Br* 27 * * (im) mobilem *M*

naturalis 24, distantes aequaliter, incipiendo a meridie et terminando ad meridiem, et notantur in eodem circulo tempora seu intervalla diei et puncta intervallorum, oriens, meridies, occidens, septentrio.

Lullius hunc extremum circulum intelligat oportet praecipuum in hoc negotio, quandoquidem, veluti nos notavimus in tractatu **De magia** circa finem, dies seu annus revolutionis diurnae proportionatur anno revolutionis solaris. Subinde animadvertendum quod convenientissime praecipit diem exordium capere a meridie, quandoquidem linea horizontis propter mille rationes est occulta vel difficillima perpetuoque incerta, propter inaequalitatem superficiei terrestris, item quia instans, quod centrum corporis tangit eam lineam, non facile est definibile, umbra vero meridiei, ut vulgo capitur, a puncto praeveniente meridiem et altero succedente, est exactior et certior. Exactissimam vero rationem meridiani inveniendi illa .... tanquam non ad amussim tum physicam tum geometricam, sed crasso modo acceptam instituimus oculis aversis a meridie et conversis ad polum in suo loco, nempe in quatuor partes diviso circulo cuiuslibet stellae perpetuo apparentis, sublimi imoque punctis notatis, et perpendiculari linea super horizontis plano demissa.

CAPITVLVM III. **58v**

§ I. Ubi figura constructa fuerit, in distinctis eius regionibus causae infirmitatis et sanitatis eo qui sequitur modo sunt investigandae; in ipsa siquidem figura perficiuntur septem circulationes ex motu circuli interni et minoris sub externo et maiori, procedendo ab uno domus cardine ad alium, nempe ab A ad E, ab E ad B, a B ad

---

1 et * * M^1 5.21 *in marg. M, ma in* M^f *quasi tutte parole svanite* 7 De magia] *sopra p. 536 sqq.* 11 difficiliora M^b 11.12 propter inaequalitatem] quia inaequalitatem M^b 12 quod (*forse* quo?) centrum *etc.*] *sic* M^b

F etc., quae septem circulationes septem hebdomadae dies causant et a septem planetis causatae dicuntur.

§ II. **Prima Circulatio.**—Prima circulatio fit ascendendo ab E circuli minoris ad domum ipsius A circuli maioris, et inde de B ad F, sic de B ad E, F ad B, C ad F, G ad C, D ad G, H ad D, A ad H.

Istae circulationes subsequentes alibi a Lullio dicuntur sanas, alibi partim sanas partim infirmas, alibi autem infirmas constituere domos, circa quod est animadvertendum sanam iudicari regionem ex eo quia ex significatione litterarum duarum, nempe altera circuli maioris, altera circuli minoris, sequitur constitutio conformis regioni caeli, ut videlicet circa orientem sit aër et aërea constitutio, circa meridiem ignis et ignea constitutio, circa occidentem similiter terra, circa punctum mediae noctis aqua cum suis constitutionibus, et tunc motus naturalis est ordinatus utpote conformis ad normam universi secundum totum. Domus partim sana, partim vero non, sed ex maiori parte sana est, quando significatio litterae circuli inferioris secundum unam partem concurrit cum significatione circuli superioris, secundum aliam vero non; unde virtus una venit duplicata et confirmata et praedominans, altera vero propter hoc dominium remissa. Domus vero infirma magis quando e contra, nempe secundum alteram qualitatem quae servit. Domus autem infirma ex toto est, ubi ambae qualitates litterae inferioris sunt contrariae qualitatibus litterae superioris qualitatis. Quam quidem doctrinam applicantes ad propositum dicimus circulum inferiorem significare constitutionem microcosmi, nempe corporis humani et individui subiecti, circulum vero superiorem significare constitutionem megacosmi seu circuli diurni; circulus diurnus nempe constitutionem quatuor elementorum, nempe in suo esse subiectivo simplici; circulus vero microcosmi constitutionem in elementato seu composito, quod supra dictum est in esse subiectivo secundo modo.

---

7. 32 *in marg. M*: *om. Br* 21 propter] quod propter *M*[1] 22 * * alteram *M*[1] 31 *dopo* quod *cancella* diximus *M* supra] *p. 572, 15 sqq.*

§ III. De domibus primae circulationis et primo de quatuor primae regionis. — Domus AE, BF, CG et DH sunt sanae, et regio ex istis domibus sana est, quod indicant litterae in eis concordantes iuxta qualitates in alphabeto significatas. E enim, quod est humidum et calidum, concordat cum A, quod est aër; F, quod est calidum et siccum, concordat cum B, quod est ignis; G, frigidum et siccum, cum C, quod est terra; H, frigidum et humidum, cum D, quod est aqua.

§ IV. De quatuor secundae regionis domibus. — Domus regionis secundae, quae sunt etiam quatuor, nempe BE, CF, DG, AH, sunt partim sanae partim infirmae; sanae quatenus litterae concordant, infirmae vero quatenus discordant.

§ V. Regnum ignis. — In domo enim BE B et E concordant per caliditatem, quia tum B tum E sunt calida, et discordant per humiditatem et siccitatem; et quia plus valent duae caliditates per concordiam quam humiditas et siccitas per contrarietatem, ideo domus BE magis sana est quam infirma; et quia ignis est per se calidus, aër vero per accidens, consequens est ignem in huiusmodi loco dominari, aërem vero subiici; et quia ignis, qui est | domi- 59r
nus, est siccus (siccitas enim est cum caliditate, quae est qualitas ipsius), ideo siccitas in huiusmodi domo est domina, et humiditas ancilla.

§ VI. Regnum terrae. — Domus quoque CF partim sana partim infirma est, sana propter duas siccitates concordantes, infirma propter caliditatem et frigiditatem discordantes. Itaque terra per siccitatem est regina; et quia

---

1 domibus *corr. M* 2 Domus *corr. in* Regio *e di nuovo in* Domus *M* *dopo* AE *cancella* est sana regio *M*

frigiditas est qualitas reginae, ideo ipsa est domina, et caliditas in huiusmodi domo est ancilla.

§ VII. Regnum aquae. — Domus DG partim sana partim infirma, sana propter duas frigiditates concurrentes, infirma propter humiditatem et siccitatem; unde aqua est regina, humiditas domina, siccitas ancilla.

§ VIII. Regnum aëris. — Domus AH quoque partim sana est partim infirma, sana propter duas humiditates concordantes, infirma propter frigidi et calidi discordiam; et sic aër est rex, caliditas domina et frigiditas ancilla.

§ IX. Per hanc primam circulationem causatur prima sanitas in corpore humano, et sensus est actualis; et quia infirmitas est remissa, sanitas vero in hac regione intensior et fortior, ideo infirmitas est insensibilis actualiter, sensibilis vero potentialiter.

CAPVT IV.

§ I. Regnum caliditatis. — Secundae circulationis domus sunt AB, EF, BC, FG, CD, GH, AD, quae fit in figura volvendo circulum minorem sub maiore et ponendo B sub A.

Domus AB partim sana est partim infirma, sana per duas caliditates, scilicet per B et A, et adhuc magis sana per B quia per se calida, quam per A quia per accidens calida; et quia siccitas ipsi B appropriata vincit A se ipsam ipsi communicando, nempe suam caliditatem propriam, ideo caliditas ibi est regina, siccitas domina, humiditas ancilla.

---

10 caliditas] humiditas *M*[1] 16 IV.] * * * *M*[1] 18 AD *Br*: *in M sembra corretto* AB *in* DA

§ II. Regnum siccitatis. — In domo EF F est dominus, E subditus, ubi sunt duae caliditates, una propria per F et alia propriata per E; et quia proprium plus dicit quam appropriatum, ideo caliditas est regina, siccitas (quae est propria qualitas ignis) est domina, humiditas (quae est appropriati) est ancilla; et ita in ipsa domo domina et ancilla minus consentientes causant infirmitatem, caliditas vero ignis et caliditas aëris causant sanitatem per concordantiam quae est proprii cum appropriato.

§ III. Regnum siccitatis. — In domo BC C est 59v dominus, B subditus, et quia C causat siccitatem in B et B nihil causat in C, hinc siccitas est regina; et quia frigiditas causat se ipsam in C et C vincit B, frigiditas est domina et caliditas est ancilla, supposito tamen quod C sit in sua regione, quandoquidem in meridie B est regina.

§ IV. Regnum siccitatis. — In domo FG G vincit F per duas siccitates, unam propriam et aliam appropriatam; unde sequitur siccitatem esse reginam, frigiditatem esse dominam et caliditatem ancillam.

§ V. Regnum frigiditatis. — In domo CD D vincit ipsum C, quia D est frigidum per se et C per accidens; et ideo cum sint duae frigiditates, sequitur frigiditatis regnum, ubi humiditas domina et siccitas ancilla.

§ VI. Regnum frigiditatis. — In domo GH H vincit G, quia H est per se frigidum, G vero per accidens; et ita H est dominus per duas frigiditates, humiditas domina et siccitas ancilla.

---

3 *l.* appropriata 4 caliditas est regina *in marg.* (*con richiamo*) *M* 13 in C et C] in se et se (*questo secondo* se *cancellato*) | C *M* 18 siccitatem esse reginam *in marg.* (*con richiamo*) *M*: *om. Br.* 24. 27 *in marg. cancellato* (*cf.* 586, 7 *sqq.*) Ignis calidus primo et per se, Aër per se (*cancellatura*) humidus, Aqua primo frigida, Terra primo sicca *M*

§ VII. Regnum humiditatis. — In domo AD A est dominus per propriam humiditatem, D vero subditus per appropriatam; ideo humiditas est regina, caliditas est domina, frigiditas ancilla.

Notandum hîc quod quatuor qualitates singulae duobus conveniunt elementis uni proprie, nempe cui convenit primo, alteri appropriate, cui convenit secundo et in gradu remisso. Ignis autem primo calidus, aër humidus primo, aqua primo frigida, terra primo sicca; ideo secundum huiusmodi (sunt reginae) qualitates regnant, secundum alias dominantur aut serviunt.

§ VIII. Regnum humiditatis. — In domo HE humiditas eadem serie est regina, caliditas domina, frigiditas ancilla.

CAPVT V.

§ I. Tertia circulatio. — Tertiae circulationis domus sunt AF, EC, BG, FD, CH, GA, DE, HB.

Patria ipsius aëris. — In domo AF F est dominus, A subditus propter caliditatem quae convenit ipsi F per se et ipsi A per accidens, unde sequitur siccitatem esse dominam, quia convenit cum frigiditate quae est caliditas activa; ibi humiditas est ancilla eo quia convenit cum A, A tamen non est admodum subditus quia est in sua regione, F vero non est in sua regione, et ideo extenuatur eius dominium.

§ II. Patria calidi. — In domo EC sunt aequaliter contraria, et secundum quod E est in sua regione et C in regione aliena, ideo E est dominus, C vero subditus.

---

5. 10 *in marg. M*   16 EC] CEC M^1 26 quod ^{E} est *M*

§ III. Patria ipsius ignis. — In domo BG B est dominus et G subditus, quia B est in sua domo et G peregrinus.

§ IV. Patria calidi et sicci. — In domo DF est 60r
aequalitas contrarietatis per caliditatem et frigiditatem, humiditatem et siccitatem; veruntamen quia F est in sua regione, D vero in aliena, ideo F est dominus, D subditus, frigiditas non est admodum domina, neque humiditas admodum ancilla.

§ V. Terrae patria. — In domo CH est C dominus et H subditus, quia C est per se ipsum siccum et in sua regione, et H est peregrinum, frigiditas est domina, humiditas ancilla.

§ VI. Patria frigidi et sicci. — In domo AG aequaliter est contrarietas per humidum et siccum, calidum et frigidum, sed G dominatur quia est in sua regione, A vero peregrinatur; unde frigiditas non multum dominatur, neque caliditas ancillatur.

§ VII. Patria calidi et humidi. — In domo DE E est dominus naturaliter, non autem per fortunam, quatenus videlicet est peregrinus; ibi E habet humiditatem propriam, D vero per accidens seu appropriatam.

§ VIII. In domo BH est aequaliter contrarietas per frigidum, calidum, humidum et siccum; sed quia H est in sua regione, B vero non, H dominatur, B servit, nec admodum humiditas dominatur, neque admodum siccitas ancillatur; et hoc ideo est, quia dominium suum non est satis efficax, cum sit duntaxat ex proprietate regionis.

---

4 * * * * * Patria *M*¹ 10 * * * * Terrae *M*¹ 11.12 siccum—peregrinum] *sic M*; *cf. p. 588, 19* 24 calidum ‖ humidum ‖ et siccum *M*

CAP. VI.

Quarta circulatio regionum et domorum aequalis contrarietatis. — Quartae circulationis domus iuxta suas regiones distinctae sunt AC, EG, BD, FH, CA, GE, BD, HF.

§ I. In domo AC est aequalis contrarietas per caliditatem, humiditatem, frigiditatem, siccitatem; sed quia C non est in sua regione, A dominatur, C servit, sed non multum, ratione proxime dicta.

§ II. In domo EG est aequalis contrarietas per calid., humid., frig. et sic., veruntamen quia E est in sua regione, G peregrinus, hic servit, ille dominatur, non tamen multum.

§ III. In domo BD est aequalis contrarietas per cal., humid., frig. et sic., sed quia B est in sua regione, dominatur, D vero peregrinus servit; siccitas est domina, humiditas ancilla.

§ IV. In domo FH est aequalis contrarietas per cal. **60^v** et frig., humid. et sic., sed quia F est in sua regione, H vero est peregrinum, ideo F dominatur, H vero servit.

§ V. In domo CA est aequalis contrarietas per cal., frig., hum. et sic., sed quia C est in sua regione, A vero non, quia est stella errans (peregrina), C est dominus, A servus, sed non multum.

§ VI. In domo GE est aequalis contrarietas per cal., frig., hum. et sic., sed quia G est effectus octavae spherae et E Iovis (hoc est G est fixum et ut in proprio loco, E

---

8 sed sed M^1 11 quia est in sua quia E est in sua M^1 12 G] C M 14. 15 dominatur * * M^1 20 est aequalitas contrarietas M 25 G] GE M^1

vero erroneum et aliena in patria), ideo G dominatur, E servit, sed non admodum.

§ VII. In domo BD est aequalitas contrarietatis per cal., frig., humid. et sic., et per D tendit ad naturam ♂^{tis}, est D dominus, B vero servus, ratione nobilitatis regionis; dominus tamen et servus non sunt admodum contrarii propter aequalitatem supra dictae contrarietatis.

§ VIII. In domo HF est aequalis contrarietas per cal., frig., hum. et sic., sed quia H est de natura ♋^{i} (hoc est fixe humidi et frigidi) et F ♂^{tis} (hoc est mobiliter et vage calidum et siccum), ideo H est dominus et F servus, ratione nobilitatis regionis (seu mobilitatis in regione), sed servitus non est magna, quia est per patriae privilegium tantum.

CAP. VII.

Quinta circulatio regionum et domorum partim aequalis et partim inaequalis contrarietatis. — Domus quintae circulationis sunt AG, ED, BH, FA, CE, GB, DF, HC.

§ I. In domo AG est aequalis contrarietas per humid., sic., calid. et frigid., sed quia A est in sua regione nobilius quam G, ideo A est dominus, G servus, non tamen multum.

§ II. In domo ED E est dominus per suam humiditatem, D vero servus per appropriatam; caliditas est domina, frigiditas ancilla, ut in tertia circulatione dictum est.

§ III. In domo BH est aequalis contrar. per cal., humid., frig. et sic., ut in tertia circulatione est ostensum.

4 per *MBr*: *forse* quia? 10 fixaò *M*, *dove* humidi et frigidi è *in marg. con richiamo* 12 (seu mobilitatis in regione) *om. Br* 13 patriam patriae *M*[1]

§ IV. In domo FA F vincit A, ut in tertia circulatione. **61r** In domo CE est aequalis contrarietas, ut dictum est, et C ratione altioris regionis est dominus, E servus. In domo GB G vincit B, ut in tertia dictum est. In domo DF est aequalis contrarietas, ut dictum est, sed hic ratione altioris regionis D est dominus. In domo HC C vincit, ut in tertia dictum est.

CAPVT VIII.

Sexta circulatio. — Sextae circulationis domus sunt AD, EH, BA, FE, CB, GF, DC, HG.

In prima domo AD A vincit D, ut dictum est in secunda circulatione. In domo EH E vincit H, ut in secunda circulatione dictum. In domo BA B vincit A, ut in secunda circulatione. In domo FE F vincit E, ut in secunda circulatione. In domo CB C vincit B, ut ibidem. In domo GF G vincit F, ut dictum ibidem. In domo DC D vincit C, ut ibidem. In domo HG H vincit G, ut in secunda circulatione dictum.

CAPVT IX.

Septima circulatio. — Septimae circulationis domus sunt AH, EA, BE, FB, CF, GC, DG, HD.

In prima domo AH A vincit H, ut in prima circulatione dictum est. In domo EA est aequalitas, ut in prima circulatione dictum. In domo BE B vincit E, ut dictum ibidem. In domo FB est aequalitas, ut ibi dictum. In domo CF C vincit F, ut ibi dictum. In domo GC est aequalitas,

---

17 HG] GH M^1

ut ibidem. In domo DG D vincit G, ut ibi dictum. In domo HD est aequalitas, ut ibidem dictum est.

Circa istiusmodi revolutiones animadvertendum est circulum medium, quamvis a Lullio fuerit designatum mobile, ut in exemplaribus reperimus, tamen secundum actum est immobilis; maneat igitur parvo duntaxat circulo (sicut etiam in ipsa praxi est perspicuum) circumvoluto. Verum ne dubium sit secundum quam dispositionem figi debeat, respiciendum est ad partes circuli diurni, quae sicut in superioribus ostensum est, aliae referunt aërem, ut partes circa orientem, quae sunt vernales; aliae ignem, ut partes quae sunt circa meridiem, quae sunt aestivales; aliae terram, ut partes circa occidentem, autumnales; aliae aquam, ut partes circa punctum mediae noctis, quae sunt hiemales. Itaque sic disponendae sunt partes istius secundi circuli, ut signa aërea, quae sunt ♈ ♉ ♊, aequa parte sint ante punctum orientis, aequa vero post punctum eiusdem, sicut praeceptum aërem sanguinemque dominari tribus horis ante ortum ☉lis, tribus post ortum. Similiter de tribus signis aliis sequentibus aestivis est faciendum, ut XVus punctus ♌ sit finis designatarum trium horarum ante meridiem, et XVIus gradus sit principium trium reliquarum post meridiem usque ad finem ♍, siquidem singulis horis debentur 15 minuta temporis. Ita nostro ordine distribuendae sunt partes aliae terrestrium et aquatilium signorum referentium constitutionem autumni et hiemis; sed illud iuxta nostram doctrinam est retinendum, quod **61v**
horae istae non sunt aequales, sed sunt in duplici aequalitatis ordine, ubi videlicet aequaliter arcus diei divisus fuerit in se ipso secundum partes minores, arcus vero noctis aequaliter quoque divisus secundum partes maiores, extra tempus aequinoctiale, ubi nox diem superat, e contra vero extra tempus aequinoctiale, ubi dies noctem superat, nempe ad tropicum ♋ vergente ☉c. Itaque non caeco et logico, sed claro, evidenti et physico ordine progrediendum, et hanc artem Lullii promovemus quo tendit, a quo non modicum habemus et recognoscimus, si universalia principia nacti

3. p. 593, 30 *om. Br* 9 aerem aliae ut M^1 19 desig * * * * | designatarum M^1 21 ♍ *sic M?*

sumus, quae consistunt in enumerata combinatione, quae sequitur ex diverso ordine quatuor regionum iuxta octo domos sub duodecim signis multiplicatas in septemplici revolutione, quae dominium septem planetarum seu regum septem dierum suo ordine insinuant; quam sane viam inveniendi et iudicandi, etiamsi secundum ipsam neminem hactenus potuisse proficere facile credamus, quamque etiam ne Lullius quidem ipse ad praxin revocarit, siquidem sine distinctionibus a nobis allatis non esset facile, lucem tamen ipsam veluti a longe ita indicavit, ut compar erat in principiis universalibus et communibus, quae sunt proxima principiis universalissimis et communissimis suae A r t i s i n v e n t i v a e seu c o m b i n a t o r i a e seu m a g n a e seu b r e v i s seu alio quovis nomine intitulatae; quibus deinceps praebere maiorem limitationem et applicationem operi proximam seu propinquiorem saltem, iuxta tantum momenti non omnibus datum fuit neque pluribus neque alteri quem viderim, ideoque non est mirum si tantus thesaurus ad hoc usque tempus brutorum pedibus conculcatus et foedatus extiterit.

Proinde illud etiam in memoriam est revocandum, quod ad iudicium et cognitionem propriam infirmitatis et sanitatis iuxta metas temporis, qualitatis et quantitatis non sumitur totaliter ex istis, sed tantum secundum eas rationes quae consistunt in principiis et qualitatibus activis et passivis, penes eas rationes quae constant in elementis subiective in genere et subiective in particulari, nec deest ratio qua maxime referant r a t i o n e m ipsam o b i e c t i v a m quam Lullius appellat. Itaque constat evidentissime nos hanc artem ita perfecisse, ut non minor pars inventionis relicta fuerit quam praemissa, licet sane plus et valde plus primo indicatori sit tribuendum. Adde igitur quae nos in ultimo tractatu D e m a g i a praecepimus, erige inquam iuxta canones caeli et regulas quaestionum astronomicarum nativitatem morbi, nativitatem medicinae et revolutiones eorundem maiores quae sunt de hebdomada in hebdomadam, et minores quae sunt de die in diem naturalem, et mini|mas quae sunt de planeta in planetam, et observa **62r**

---

2 iuxta * * 8 domos M^1 5 *sqq.* quam *etc.*] *sic M* 29. 30 *cf. sopra p. 492 nota 2* 33. 34 quae sunt in diem de die naturalem *M*

iuxta canones vulgatos, aspectus, sidus ad signa zodiaci et ea quae sunt circum circa in eorum latitudine ad utrumque polum, ductis sex illis circulis distinctoribus, tunc exactissime poteris iudicare et sine errore de singulis usque ad minima perpendere, quandoquidem et ex ipso rerum eventu nativitas an recte fuerit constituta poterit iudicari et corrigi et reparari, et ex praevaricatione ipsius subiecti medicabilis iuxta formas suae alterationis exacte poteris distinguere de partibus, quantitate et qualitate humorum, temperamentorum, ut augentur, ut diminuuntur, intenduntur et remittuntur, ut possunt tendere ad corruptionem seu exitium, vel reparari seu instaurari. Principiis vero universalibus sufficiebat Lullio ita communia veluti crasso modo respicere ad differentias regionum, qualitatum in regionibus, mobilium et stabilium, consistentium in propria vel in aliena domo; unde talis qualis sequitur ratio dominii et servitutis, exaltationis et depressionis. Verum autem ad pauca respicientibus evenit non de multis et propriis posse iudicare; sufficit ergo illi viam monstrasse, nobis verum eam stravisse, distinxisse, expurgasse. Quod vero ultimo loco requiritur circa definitionem singulorum in speciali, in institutione astronomica nisi nobis datum fuerit expendere, ex ea quae a probatissimis seu probatioribus edita est requiratur. Demum tamen singularibus hanc doctrinam applicare practicantium erit.

Quod vero ad complementum artis attinet, sufficiet praesenti nostrae Lullianae institutioni colligere proprietates et virtutes domorum, aspectuum, planetarum, signorum, imaginum, mansionum lunae et diversorum synodorum, quibus solent concurrere simul variae virtutes, quae omnia nos aptissime et luculenter, si tempus dabitur, adducemus sub specie imaginum minori quam centenario numero contentarum, iuxta canones in Triginta sigillis explicatos.

---

2 utrunque *M* 26 diversorum] *sic M*

DE FEBRIBVS. 62v

Postquam perfecimus tractatum de regionibus sanitatis et aegritudinis, in quarum latitudine omnis sanitas et infirmitas constituitur; corpora enim caelestia seu universalia naturae, ultra ipsas et extra, sanitatem et infirmitatem non inducunt; quocirca si infirmus est curandus, infra eas curabitur. Proinde horae diurni circuli motum nullum extra istas admittunt. Et quemadmodum corpus diaphanon pro diversorum colorum obiectione diversimode coloratur, speculum idem diversis figuris rectis et obliquis informatur, aër similiter a luce et tenebris idem actuatur; sic praedictae eaedem regiones iuxta diversas corporum externorum influentias diversimode disponuntur, et dispositionem corporis humani indicant, designant et definiunt. Ideo medicus eas tanquam speculum coram oculis habere debet, et iuxta earum indicium morborum causas, principia et elementa investigare.

Quatuor generaliter febris species adducuntur, secundum quod in homine quatuor sunt qualitates, nempe continua, quotidiana, tertiana, quartana. Quaelibet ipsarum suam habet regionem, sicut tertiana tractatur per domum BF, continua per domum AE, quotidiana per domum DH,

---

2. 7 *sic M*: Dictum est de regionibus sanitatis et infirmitatis, praeter quas nulla sanitas et infirmitas esse potest, eo quia sunt ad omnes regiones generales atque corpora coelestia non possunt causare infirmitatem neque sanitatem ultra istas; ideo si infirmus curari debet, infra eas est curabilis *Br*   5 ipsas * * et M^1 7 * * horae * * *M*   14 *innanzi a* designant *cancella* et designant definiunt *M*   15 semper tenere debet *Br*   15. 16 iudicium *Br*: iudicium *M*   16 investigare ⟨quod fieri potest per artem modo qui sequitur⟩ *Br*

quartana per domum CG. Et dicimus possibile esse febrim continuam et acutam esse de domo BF.

De tertiana.

Tertianae regio tendit de BF usque ad AE et CG, et habet unum triangulum, cuius duae lineae concordant et una contrariatur; concordant enim de B usque ad A per caliditatem, et de B usque ad C per siccitatem, et de A usque ad C per contrarietatem. Et in isto triangulo B est dominus et causat tertianam, si B nimis influat caliditatem in A et minus recipiat siccitatem ab ipso C, quoniam linea A in C non potest ferre illam nimiam intemperiem, et mutata est secundum substantiam, et alterata in infirmitatem et corruptionem. Itaque B causa est tertianae. Et dicitur tertiana, quia in una die est intensa infirmitas,
in sequenti vero est extensa seu remissior. Et si B abundat **63r**
nimis in A per caliditatem, tertiana intensa habet vim a caliditate, et extensa seu remissa a siccitate.

Sed si multiplicatur tertiana per domum BF, sequitur duplex tertiana; tanta enim potest esse multiplicatio, ut domus BF habeat dominium super omnes alias domos et regiones; nam tertia die mutatur in CG, et quinta die in domum BF revertitur; et ideo in quinta die patientem fortius molestat quam in tertia, et in nona quam in septima, et ⟨in⟩ decimatertia quam in undecima, et sic de aliis; et in tantum multiplicatur tertiana per domum BF, quod duplex tertiana in continuam alteratur.

---

1 CG *Br corr. M*: GC M^1 et dicimus *M*: dicimus tamen *Br* 3 *sqq. cf. Raymundi Lulli, Princip. Medicin.* (*Opp. edit. Mogunt. 1721, tom. I*) *p. 34 sqq.* 11 A in C *corr. M*: de AC *Br* M^1 non potest substentare illam nimiam abundanciam *Br* 21 in ⟨domum⟩ CG *Br* 23. 24 in (*innanzi a* nona *e* decimatertia) *Br*: *in M è cancellato il primo e omesso il secondo*

Si tertiana prima die est sensibilis in domo BF, malum signum est, quia minus fortis B contra D et C quam H.

Itaque per ea quae diximus de tertiana infertur doctrina de omnium aliarum regionum febribus.

Ipsae enim eodem ordine iuxta suos numeros si procedant, augeantur, roborentur, tendunt in augmentum versus subiecti corruptionem; e contra vero, si aliter.

Quamvis autem ex dictis de progressu febris tertianae potest de caeteris ferri iudicium, de reliquis tamen aliquid suo ordine dicemus.

Sicut in febre quotidiana, quae est in domo DH, omnino ex opposito ad ipsam domum BF, et quae habet triangulum adversum DAC duas lineas concordantes, nempe DA per humiditatem et DC per frigiditatem, et unam contrariam CA, ut dictum est, quia CG et AE sunt contrariae; ita de aliis.

De febre continua lenta et acutissima.

Differt continua febris et lenta ab acutissima, quia haec triumphat in omnibus regionibus et aequalis apparet in illis naturalem operationem inculcando, continua vero lenta in quibusdam regionibus maior est, in quibusdam vero minor; acutissima sua fortitudine frequenter naturam molestat et vincit ubique, ita ut veluti animae dominium impediatur, ut neque corpus tanquam proprium instrumentum exagitare queat. Inde fit ut et patiens a tali febre indistincte loquatur. Propterea quando quis patiens tertianam vel quotidianam temere loquitur et absque causa, signum est transmutationis tertianae vel quotidianae in continuam; videtur enim natura succumbere morbo.

3.4 data est doctrina de regionibus omnium aliarum febrium *Br* 5.7 *in marg. M* 11.15 *in marg.* (*con richiamo dopo* iudicium *v. 9*) *M* 12 apposito *M* (?) habet habet *M*[1] 13 ⟨habentem⟩ duas ? 14 DC] D*C *M*[1] 28 videtur — morbo *M*: ut contra naturam vigorosius esse posset *Br*

De quotidiana febri.

Quotidiana febris tractatur per domum DH, quotidie
patientem invadit, differens a duplici tertiana. Nam ipsa
quotidiana causatur a phlegmate, a quo non potest causari
duplex tertiana; item quia ipsa quotidiana fortius dissolvit
materiam et propter perseverantem continuationem naturae
magis contrariatur (quandoquidem cum non intermittat
agonem inter naturam et morbum, instaurandarum virium
seu naturalium | virtutum facultatem eadem continua ener- **63v**
vat et tandem supprimit, nisi aliquid favorabile accedat).
Unde per pulsum, urinam et diversitatem diei et noctis,
quae in quatuor partes, ut supra dictum est, dividuntur,
videri potest quomodo per singulas et omnes praedictas
regiones atque domos discurrat.

De febre quartana.

Febris quartana tractatur per domum CG, cuius quidem et aliarum febrium ut perfectam habeamus cognitionem et contemplationem, mittit nos Lullius ad secundam

---

12 supra *M*: in praecedentibus *Br*; *cf. p. 574 sq.* 14 discurrat] *finisce Br e comincia X*; *v. a p. 570* 17 ut *cancellato M* 18 *sqq.* mittit *etc.*] recurrendum est ad secundam figuram Artis, videlicet ad triangulum viridem, rubeum et croceum; nam principia et causae cuiuslibet morbi investigantur per angulum principii, ut videbitur in cap. De gradibus elementorum; nam per talem cognitionem revelatur qualiter gradus quartus, qui erat agens per appettitum (*sic*) et formam *etc.* (= *Lull. Princip. Medicin. p. 32ª, con varianti di nessun conto*) Cum autem CG causae sint mortis, et AE sint causa vitae, et mors et febris simul conveniant, et CG in malencolia (*sic*) a praedominio sint, ergo febris causata a malencolia (*sic*) periculosior, cuiusmodi est febris quartana. § II. Est enim febris quartana in regione CG tractanda, quae de quarto in quartum diem patientem invadit. § III. In domo CG gradus quartus simplex *etc.* (*più giù p. 600, 26 sqq.*) *X*

figuram *Artis generalis*, nempe trium triangulorum, ut scilicet consideremus eius principium, medium et finem, hoc est a qua domo seu regione exordium sumat, ubi vel per quam ascendat, ubi desinat, per secundum triangulum; * * * maioritatis, aequalitatis et minoritatis, in qua domo seu regione intendatur, roboretur seu maiorem habeat vim, in qua mediocrem seu temperate habeat, in qua diminuta consistat; item per alium triangulum viridem, qui primus est in ordine, considerando differentiam, concordantiam et contrarietatem, hoc est in quibus domibus seu regionibus differenter habeat, in quibus similiter, in quibus contrarie, ubi quoque easdem vires resumat, sub quibus terminis revertatur, quibus etiam temporibus an praeveniat an subsequatur horas praecedentis revolutionis seu diei, et alia quae ex diversis iudiciis et coniecturis, quas indicant tum simplices trianguli termini, sicut modo explicavimus, vel compositi, sicut multis modis complicare possumus, nempe considerando concordantiam principii unius cum principio alterius termini seu diaetae, vel principium cum medio vel principium cum fine, item principium differentiae, principium convenientiae, principium contrarietatis, et ita iuxta diversas inquisitiones et iudicia aliter atque aliter iuxta *Artem generalem* indagando.

Cuius triangulus CDB habens duas lineas ex parte concordantes et aliam omnino discordem, nempe DB.

Triangulus virens Lullii est I[us]: differentia, concordantia, contrarietas, vel ABC; triangulus rubeus II[us]: principium, medium, finis; triangulus croceus: maioritas, minoritas, aequalitas.

---

5 *indichiamo una lacuna (per es.* ⟨per tertium triangulum⟩) 15 *e* 22 *f.* indiciis *e* iudicia? 21. 25 *in marg. (a p. 597, 16) M* 25 et al * * * * m aliam *M*[1] 26. 28 *in marg. (a v. 8) M*

Nota subinde, secundum hanc artem quatuor terminos esse praecipuos seu puncta praecipua, tum in revolutione diurna in mundo maiori, tum in revolutione elementorum seu qualitatum in mundo minori, sicut quatuor sunt elementa et quatuor sunt trianguli ad eiusdem febris species pertinentes, quae significantur per ABCD et per EFGH. Similiter in febribus sunt quatuor puncta: principium accessus, fervor, principium recessus et exinanitio; et considerandus est quomodo hic ordo internus currit concordando vel discordando cum ordine externo, unde rationem praesagiendi et curandi accipias.

Dicit ergo Lullius principia et causas cuiuslibet morbi investigare per angulum principii, quod specialiter facit de gradibus elementorum. Nam si gradus quartus, qui | agit per appetitum, corrumpitur et tollitur a febre, **64r** alii gradus subordinati ipsi quarto et ad unum finem tendentes non consistent, quodlibet elementorum finem sibi convenientem appetit et unum non per alterum regitur neque ordinatur; singula enim habent naturam propriam ab aliis distinctam vel alteri contrariam; idcirco ubi una forma est destructa, sequitur inordinatio informis aliorum elementorum, quae, ut ostendimus in libro De generatione, simul coordinantur et concatenantur et uniuntur, ut circulus quidam possit esse inter illa. Migrat enim terra in aquam, aqua in aërem, aër in ignem; ut terra, quae est frigida et sicca uniatur aëri, qui est calidus et humidus, per aquam, quae pro frigiditate concordat cum terra et pro humiditate concordat cum aëre. Similiter et aqua per aërem migrat in ignem; aër enim mediat, ut nectat utrumque, concordans cum aqua in humiditate et cum igne in caliditate. Ad hanc harmoniam et connexionem elementorum

---

1. 10 *in marg.* (*con richiamo dopo* indagando *p. 598, 23*) 8 ordo currit extern internus currit *M*[1] 21 De generatione] *si può confrontare anche p. 343 sqq.* 28 utrunque *M*

dissolvendam seu tollendam sufficit ablatio seu destructio unius primae qualitatis, quandoquidem cum illa sit uni elemento propria, per reliqua elementa non instauratur, quandoquidem uni eorum non est unquam appropriata, nisi consistat et regnet illud cuius est proprium. Ergo elementa absque aliqua ordinatione miscebuntur, cuius mixtionis et inordinationis causa est destructio quarti gradus qui sub se alios gradus tenebat, et ita finis istius fert secum illorum finem.

Quarti gradus. Sicut quartus gradus ipsius frigiditatis est D seu H, tertius gradus est C seu G, et inter ipsum et quartum mediat GD; secundus gradus est AE, et inter ipsum et quartum mediat HA; primus gradus est B seu F, quia calor ipsius B non est omnino intensus seu infinitus, sed finitus, ... est per participationem contrarii; et ideo dicitur in eo consistere primus gradus contrarii. Ita iudicandum est supra quarto gradu, quod est A, quod est B, ergo est C. Itaque intelligitur quomodo quarto ablato gradu reliqui gradus auferuntur, quia si frigiditas non erit in media nocte, nunquam amplius erit.

Cum vero CG (frig. et sic.) causent mortem et AE (cal. et hu.) vitam, mors et febris simul conveniant et C G consistant in praedominio melancholiae; consistit enim in occidente in domo terrae; et febris pertinens ad hanc domum est periculosior omnibus aliis. Talis est febris quartana, quae de quarto in diem quartum patientem invadit.

[In domo CG gradus quartus simplex naturalis ipsius C disordinatur propter superfluentiam trium punctorum

7 mistionis *M* 10. 19 *in marg. (con rimando da v. 7 sq.)* ***M*** 11 C] * *M*[1] G] G, II[us] gradus *M*[1] 12 II[us] * * * gradus *M*[1] 13 est B] est BF *M*[1] 14 ....] q̄ finiendo (?) *M* 15 seu contrarii *M*[1] 16 sup̄ *M*: *forse* super 20 *e* 21 frig. et sic. *e* cal. et hu. *nell' interlinea M* 21 *e* 22 convenient *e* consistat *M*; *per X v. a p. 597, 18* 26. p. 601, 10 ***cancellato in M e, come sembra, in X***

ipsius C et trium ipsius D, quae quidem puncta tria materiae ipsa CD subiecta miscentur, quae superfluentia in sex punctis praedictis comprehendi non potest, et ideo destruit duo puncta ex G et | unum ex D, propter de- **64v**
structionem quorum GD, ⟨quae⟩ ex operatione naturali privantur, materia ipsorum corrumpetur, propter quam corruptionem omnes gradus quarti disiunguntur et appetunt aliam formam esse in materia, propter quam dissolutionem et divisionem corrumpuntur, ideoque in die illa generatur et formatur febris quartana.]

Quartanae febris (sicut et aliarum febrium) natura et ratio quaerenda est ex Hippocrate et principibus medicis, et ad hanc rotam subinde referenda, considerando ea quae supra dicta sunt, et quomodo in diversis regionibus et domibus varietur sumendo vires et perdendo, ubi natura vincit supra morbum seu .... actu .... seu morbus supra naturam, et quo ordine natura acquirat contra suum numerum et ad victoriam procedat vel ad perditionem. Ubi natura vincit supra morbum et perfecte morbi materiam dissolverit, non redibit in quartum diem, et completa est victoria; si dominentur e contra vires morbi propter attenuationem crassioris illius materiae, signa ex istis effectibus capientur; nam ubi materia febris quartanae est crassior, ipsa febris tardius revertitur in quarta die, siquidem natura minus habet spacii et temporis in regionibus CB et AD.

---

1. 2 tria materiae ipsa *M*: in materia ipsis *Lullo op. cit. p.* 32^a: materiae ipsis *X*, *dove anche* subiecte (?) 5 quae *X Lull.*: *om. M* 6 materiae *M* 7 gradus quarti] gradus quatuor *Lull.* 8 materiam *M* 11. 26 Quartanae febris — CB et AD] *invece X ha* In domo BC natura quantum potest concordat duo puncta ipsius B, ut materia subiecta *etc.* et illud sequeretur idem in aliis, *cioè Lull. p.* 32^b *con varianti di poco conto* 13 referendam *M* 19 vincit supra morbum et *nell' interlinea M* 22 crassioris *due volte M*[1] 24 * * * * tardius *M*[1]

Quemadmodum hebdomada in septem diebus peragit cursum suum, ita quartana in quatuor domibus peragit cursum suum, quae continent melancholiam; unde sicut prima dies et octava sunt principia hebdomadae, ita C et D sunt principia quartanae, et sic erit prima dies, sicut fuit ante octavam; ita C ante D ad incipiendum quartanam existit, quia C est in gradu quarto, D in tertio.

Quia est in ipsa domo melancholiae occidentis D in tertio gradu qui est proximus quarto, qui plus concordat cum frigiditate D quam cum siccitate B, quia in hoc triangulo frigiditas est regina, siccitas domina, humiditas ancilla; ideo quartus gradus in C, tertius in D, secundus in B, primus in A sic progressum signant rotae aspectuum quadratorum in figura.

Cum igitur hoc ita sit, hinc haberi potest cognitio quod quartana incipit a camera CD et usque ad quartam diem vadit | ad cameram AD et in septima die mutatur in **65r** cameram BD, in decima in cameram CB et in decimatertia domum revertitur in CD, et in illa die est fortior quam in praecedentibus, quia ista domus est composita ex CD, ex quibus febris ista causatur. Et ex praedictis cognosci potest qualiter morbus et natura in uno puncto et in una die concurrunt, obviant et repugnant. Unde cognosci potest dies crisis laudabilis sive illaudabilis; nam sicut morbus in diebus in quibus est fortior seu domibus, et in quibus natura

---

4 octava *X*: VII *M*[1]: $\overline{\text{V}}$III[a] *corr. M* hebdomadae *due volte M*[1] 6 incipiendum *M*: incipiend. *X*: incipiendam *Lull.* 7 D] *M Lull.*: et D *X* 8. 13 *in marg.* (*con richiamo dopo* in gradu quarto *a v.* 7) *M* 8 D *nell'interlinea M* 16. 17 septima die — in decima — in 13[a] *X*: VII[am] diem — in X[am] — in XIII *M* mutatur in * * * * * in cameram *M*[1] 19 praecedentibus *due volte M*[1] 21. 22 concurrunt *tre volte M*[1] 23 sive illaudabilis *M*: sive mortis *X Lull.* (*p. 33*[a]) nam *X*: *om.* (*svanito?*) *M* 24 fortior seu domibus *M*: fortior, habet maiorem intentionem ad non esse, ita naturam oportet habere maiorem intentionem ad esse illa die quam in aliqua alia die. Unde si natura non vincatur in accessione maio-

est fortior, maiorem habet efficaciam vel minorem; facile enim iudicatur, si vigor morbi remittitur vel intenditur contra naturam. Item quando natura suam vim totam contra morbum non ponit, signum est quod naturae totam vim vincere non potest morbus, quia natura totum vigorem in actu non extendit, quem habet in potentia. Ideo natura et morbus tandiu discurrunt per istas regiones et domos, quousque contingat ut eorum alterum omnes vires in actum expromat, quibus nihil amplius maneat in potentia. Ideo medicus curando discurrere debet per istas domos figurae et per artis huius triangulos, et toto studio naturae succurrere, ne omnes vires, quas illa habet in potentia, reducantur in actum antequam illae, quas morbus habet in potentia, sed adaequando vires naturae actuales viribus actualibus morbi semper faciat remanere aliquid potentialitatis in ea; vires enim potentiales sunt radix et fundamentum actualium.

De febre quartana duplici. 65v

Quartana duplex incipit in camera CD et mutatur in cameram BD et ex BD revertitur ⟨ad⟩ CD, et ideo est peior in CD quam in BD. Unde intelligi potest qualiter morbus habet [actus] maiores vires in actu et in potentia in CD quam in BD, et natura maiores vires in actu in BC et maiores ⟨in⟩

---

ri, et tamen morbus facit in ipsam maiorem et totam violentiam quam potest, et si vigor naturae sit maior quam violentia morbi, tunc non est periculum, ac etiam quando natura totam vim suam *etc.* *X*; *cf.* *Lull. p. 33*[a]

1 hñt (habent) *M* 4 naturae *sopra parola cancellata M* 5. 6 *in marg.* amissa potentia amittitur totum *M* 7 discurrunt *due volte M*[1] 9 in po in potentia *M*[1] 16. 17 fundamentum *M*; iuvamen *X*: auxilium *Lull.* (*p. 33*[b]) 18 p. 604, 27 *così M*: *X si allontana dal Lullo anche meno* 20 *e* 23 ⟨ad⟩ *e* ⟨in⟩ *Lull.*: *om. X M* 22 [actus] *om. X* vires] in pote vires *M*[1] et in] et p in*M*[1]

potentia in BD; nam quantum morbus maiores vires de potentia in actum contra naturam deducit, tantum natura conatur maiores vires de potentia in actum deducere, conservando vires in actualitate sua.

Veruntamen quia febris est duplex, ideo natura a morbo tam saepe vexatur, quia propter longam continuationem subiectum eius corrumpitur et istum ordinem contra morbum servare non potest.

Illud autem, propter quod quartana simplex differt a duplici, est quia media sunt plus mixta et parata in quartana duplici quam in simplici, quando ex quibusdam humoribus ad alios humores fit transitio; et quia naturae non concedunt tantum spacii et quietis, quanto vires suas et morbos reparare * * *, ideo febris duplex est maior et molestior simplici, et quanto est maior, tanto natura maiores vires in actu et minores habet in potentia. Unde plus est parata natura in duplici quam in simplici, ut a morbo devincatur; natura enim conservat medium, propter quod C B similiter conveniunt, et idem facit de medio ipsorum A D et de mediis C D.

Morbus non facit totum contrarium illius quod facit **66r**
natura. Unde in destructione subiecti qualitatum multiplicatur morbus, et ideo in duplici febre humores plus miscentur et dividuntur quam in simplici: miscentur plus, ut possint esse melius contrarii; dividuntur plus, quatenus materia ipsorum magis corrumpitur et minus obtemperat propriae formae.

---

1 nam in quantum *X*   4 vires * * * * in *M*[1]   5 natura *M Lull.*: nam (*sic*) *X*   10 mixta *X*: mista *M*   *in marg.* Virtus (?) plus in actu | minus in actu est *M*   14 reparare *in marg.* (*con richiamo*) *M*: *indichiamo una lacuna* (*per es.* ⟨possit⟩): *X non differisce da Lull. p.* 33[b]

DE VRINIS.

Ad maiorem febrium et morborum evidentiam contemplatur medicus urinam, cuius sicut quatuor sunt elementa, ita quatuor sunt colores; et sicut ex quatuor elementis diversimode graduatis et concurrentibus diversae proveniunt complexiones rerum, ita sub potentia quatuor colorum principalium colores omnes alii continentur, quorum differentiaé iudicantur ex praedominio unius vel alterius, prout ad certos colores datur accessio maior et minor per maiorem et minorem unius vel alterius elementi participationem.

Differentiae colorum omnes causantur ex una prima, quae est inter album et nigrum, obscurum et clarum, lucis et tenebrarum.

Praecipuae differentiae et cardinales: lucidum, obscurum; album, nigrum; spissum, rarum; tenue, crassum.

Subinde accedunt differentiae iuxta perspicuitatem seu claritatem atque subtilitatem ex una parte, ex alia vero obscuritatis, crassitiei et confusionis. Itaque multae sunt speciales colorum urinae differentiae, sicut etiam humorum. Ad quarum specificationem et magis propriam considerationem qui accesserit, distinctius iudicabit et operabitur.

---

2 *sqq.* Ad maiorem evidentiam febrium et morborum praedictorum videndum est hoc loco de urinis, et secundum quod sunt quattuor elementa, quattuor sunt colores generales, sub quibus continentur potentia plures compositi; nam sicut unum elementum in actu continet alia in potentia, sic et eius color omnes eorum colores, et multi sunt alii qui ex dissolutione humorum apparent in speciali ad significandum aegritudines particulares; et quia per universalia potest ad particularia condescendi (*p. 606, 1*) *etc. X*; *cf. Lull. p. 36*[a] 4 sunt| et sunt *M*[1] 15. 16 *in marg. M*

Porro quoniam ad particularia descensus patet per universalia, idcirco de quatuor primis urinarum differentiis dicendum est, quae in quatuor domibus seu regionibus inveniuntur.

Proprius color ipsius A est diaphanitas, ut patet in aëre illuminato, qui cum luce per se praeter albedinem nihil repraesentat.

Advertendum diaphanon non esse colorem, sed corporis translucidam materiam (idem enim est diaphanon et transparens), quae sane convenit tum aquae tum aëri tum crystallo tum his omnibus corporibus quae interiecta speciem ultra positam non intercipiunt, quominus a visu percipiatur; a Lullio tamen communius capitur, ut diaphanon significet confuse et indistincte album. Neque id temere, quia sicut albedo est receptaculum omnium alium colorum, ita diaphanon.

Color ipsius B est lux, et ratio est quia | luce illuminat **66v**
aërem; quod facere non posset, nisi esset ei proprius color. Color vero est nigredo, ut patet in umbra; propter absentiam enim lucis aër recipit colorem, nempe propter terrestrium vaporum praesentiam.

Lucem appellat colorem iuxta communiorem coloris acceptionem, ut est subiectum adaequatum potentiae visivae, sicut sapor est subiectum adaequatum gustus. Colorem item appellat nigredinem; visibile enim, in quo non licet aliquid umbrae inspicere, lux est pura, quae non color, sed colorum indicatorium proprie est.

Color vero D est albedo, et patet per lilium et nivem, hoc est per aquam inspissatam, concretam in composito in quo dominatur, perfecto vel imperfecto. Color autem in

---

8. 15 *e* 21. 25 *in marg.* *M* 10 cristallo *M* 28 do̅iatur perfecto (dicit per lilium ex per nivem quia ibi videtur tm̅ 4. elementis | vel imperfecto terra *M*: Color vero D est albedo, patet per lilium et nivem. Color autem in compositis est gradatus secundum gradationem qualitatum, ut patet in figura medicinae (*p. 607, 2*) *etc.* *X*

compositis habet gradus iuxta gradationem qualitatum, quam ostendit figura medicinae, discurrendo videlicet et circumeundo patet primo per primam circulationem; nam domus AE [est sana,] sanam causat urinam, ut legitur in eius colore; ita enim color urinae suam regionem et causam repraesentat, sicut omnis effectus suam causam et locum. Est enim color eius lucidus et aureus per colorem ignis et aëris, in quibus neque aquae colores neque terrae apparent, ratione distantiae quam habet domus AE a domo CG sibi opposita.

Sed si per infirmitatem alterata est illa domus ex praedominio sanguinis, cognoscetur in colore sanguineo. Urina enim est rubra et spissa in substantia, et quia A est contra C, non potest C esse subiectum repraesentativum splendoris ipsius B, nec B potest manifestare nigredinem ipsius C; ideo in rubedine demonstratur A in colore et in materia, B vero demonstratur tantum in materia. Unde, si id bene percipiatur, invenietur A habere B sub se, quatenus in urina ⟨A⟩ per colorem et materiam demonstratur, B vero demonstratur solum per materiam * * * ex dominio ab ipso B causata, manifestatur B in materia et virtute, D vero demonstratur solum in materia, quae est spissa et est subiectum ipsi A. Ideo talis urina est rubra et spissa. Ex quo intelligitur qualiter elementa diversificantur tum materia tum virtute. Urina quanto magis rubra est et spissa, plus continet de materia cuiuslibet elementi. | Ve- **67r**

---

4 [est sana,] *om. X* 9 AE] DAE M^1: domus de AE à domo de CG, *come suole, X* sibi *X*: sive *M* 18 *sqq. Lull. p.* 36^b 18 *in marg.* (*con richiamo dopo* invenietur) quia in materia et colore, aërem esse regem, ignem esse dominum; quia tantum in materia, ideo A regnat et B dominatur. *M* 19 ⟨A⟩ *om. M X, ma cf. Lull.* 20 materiam ex *etc. X M*: *indichiamo una lacuna* (*per es.* ⟨In urina, quae est⟩, *cf. Lull.*)

runtamen A et B sunt ibi in maiori virtute quam C et D, et infirmus egerens talem urinam curari debet cum materiae subtilitate et multiplicatione virtutis C et D. In privatione enim virtutis C et D destruitur virtus, in destructione virtutis corrumpitur materia; et materia quanto magis est spissa, tanto amplius per eam cordis motio impeditur et virtus operativa ipsius AE. Ideo per phlebotomiam debet minui materia, ne cesset motus per quem A et B operantur, qua virtute maneat virtus operativa ipsorum CD.

Non turberis in hoc quod interdum regionem accipimus pro domo et domum pro regione, item aliquando ponitur A pro E, B pro F, C pro G, D pro H; non enim in hoc proposito facimus differentias inter qualitates proprias et subiecta propria seu elementa.

Ad propositum redeuntes dicimus domum BE significare urinam lucidam auream in parte intensam et umbrosam, ratione terrae infundentis in B siccitatem suam, cum qua ignis colorat diaphaneitatem urinae infirmi, quia diaphanitas est ancilla, nigredo domina, luciditas regina.

Si vides urinam lucidam auream, noscas eam pertinere ad domum BE et esse de natura ignis et aëris.

In domo BF est urina infirma propter abundantiam siccitatis et caliditatis, et luciditas est multum intensa eo quia diaphanitas recipit umbram terrae pro nigredine, do-

---

2 egerens *M*: faciens *X* 5 et materia *M*: ex quo potest intelligi quod materia *X* (*cf. Lull. p. 37*[a]) 8 ne *M*: ut non *X Lull.* 10. 14 *in marg. M*: *invece* et non turberis in hoc quod aliquando regionem pro domo et cameram pro domo et regione ..... idem .... accepimus. § VII. Item aliquando A pro E et B loco F et C loco G et D loco H. Ideoque fit quia tunc solum qualitates proprias accipimus et non A proprietas (?) *X* 18 infirmantis *X* 20. 21 *in marg.* (*con richiamo dopo* auream *v. 16*) *M* 23 eo *X*: et *M*

mus tamen sana est per regionem quoad se; sed si per nimiam choleram erit alterata, urina sana facit colorem clarum, sicut si cum albo misceret croceum colorem.

In domo CF est infirmitas, ut dictum est in prima circulatione; et sicut domus est infirma, ita etiam urina apparet, quia aqua vincit terram sua frigiditate et terra vincit ignem sua siccitate; sed per accidens ratione infirmitatis sequitur alteratio in contrarium per nimiam abundantiam quam habet in ipsa domo, expellendo cum caliditate frigiditatem et cum siccitate humiditatem; et sic urina remanet non multum clara nec aurea, sed contra albedinem nigra et extra diaphanitatem spissa.

In domo CG est urina nigra propter terram, sed per **67v** albedinem clara; sed quia terra est regina, nigredo contra albedinem repugnat tanquam contrarium. Sed si haec albedo habet magnam concordantiam cum diaphanitate, regnat brunus color in ipsa domo, nempe compositus ex albedine et nigredine.

Per diaphanitatem intellige subtilitatem seu raritatem et claritatem quae opponitur crassitiei, densitati, viscositati etc.

In domo DG urina est alba per aquam, nigra per terram; unde sequitur color brunus admodum intensus. Sed quia diaphanitas concordat cum albedine et luce, ideo albedo vincit nigredinem, cum ipsis tamen non omnimode, quandoquidem nigredo cum luciditate concordat per siccitatem.

---

2 urina sana (inf *cancellato*) infirma facit *X* 3 si cum *X*: siccum *M* 5 etiam *M*: et in *X* 6 quia *M*: quoniam *X* 6.7 sua — sua *M*: cum — cum *X* 9 habet ⟨B⟩ *X* 12 et *om.* *X* 15 tanquam contrarium *M*: cum albedo et nigredo contrarii sint colores *X*, *e così in seguito le varianti di X non sono in generale che di pura forma* 17 e 22 prunus *M*[1] 19.20 *in marg. M*

In domo DH alba est et clara urina per aquam et aërem; sed si per infirmitatem est alterata, abundat nigredo contra albedinem cum luciditate et siccitate contra humiditatem inalbando diaphanitatem.

In domo AH A regnat per humiditatem et H patitur per frigiditatem; et quia A agit in H et non econtra, alteratur domus per infirmitatem. Colores CF intrant domum colorando, unde urina est confusa, utpote quae ex contrariis coalescit; et contraria cognoscuntur per colores bonos interiectos malis, et omnino per varietatem consistentiae et formam heterogeneam.

De urinis in speciali.

Sicut diximus de urinis per primam circulationem, ita dici potest per alias suo modo; ad maiorem tamen earum evidentiam ulterius de ipsis in speciali dicendum est.

Dictum est supra de urina significante dominium sanguinis: nunc videndum est de urina significante dominium cholerae. Nam sicut per tactum pulsus demonstrantur et cognoscuntur duo humores per duas diversas percussiones quas facit pulsus in digitis, ita in fe|bre tertiana simplici **68r**
ignis et terra suos colores demonstrant in urina. Nam in eo quod urina est clara et rubra, demonstratur ignem habere magnam claritatem, quae sensibilis est in nigredine terrae, sicut patet in eo qui extrahitur a lapide, qui non est sensibilis nisi in tenebris. Melius igitur in obscuro ignis demonstrat suam claritatem quam alibi; unde revelatur se-

---

8 colorandum *M*[1] 8. 9 est confusa, ex contrariis, quia contraria *etc.* *X* 10 interiectos *M*: interpolatos (*om.* malis — heterogeneam) *X* 15 *innanzi* *ad* ulterius *cancella* vid *M* 22 *e* p. 611, 16 rubea *X* 24 in eo qui exhitur (?) à lapide *M*: in igne qui ex lapide ignito in obscuritate excutitur *etc.* *X*, *cf. Lull. p. 36*[a]

cretum coloris ignis cum terra, quia claritas eius cum nigredine terrae illustrior est.

Color autem rubeus in urina apparens demonstrat sanguinem, qui convenit cum aëre; aër enim in colore sanguinis demonstratur. Aqua vero demonstratur in materie, sicut contingit in vino, in quo multa est aqua, propter quam multitudinem color vini ad colorem album declinat. Et sicut quatuor elementa in suis operationibus demonstrantur, sic etiam in urina operationes eorum per colores praedictos. Quanto autem color rubeus maior est in urina, tanto in ea est minor claritas. Cuius ratio est, quia ipsius subiectum fortius impletur materia ipsius C; ideo ignis non habet in quo tam fortiter suam claritatem manifestet, nec terra nigredinem manifestat nisi in claritate ignea. Ideoque in urina spissa et rubra significatur magis corrupta materia, quam in urina rubra simplici et clara; de ipsis enim quatuor elementis demonstratio habetur per eorum opera, quod manifestatur per triangulum viridem, nempe primum, in quo diversificantur, concordantur et contrariantur eorum operationes. Ita in urina demonstratur per colorem significatio phlegmatis dominantis.

Ubi vero in urina causabitur color ex praedominio ipsius DA, latebit color ipsius BC, itaque erit alba et spissa cum aliqua rubedinis parte, in similitudinemloturae carnis crudae; si vero sit alba et spissa absque participatione coloris alterius, demonstratur tunc dominium ipsius D non esse mediocre sed multum; si vero sit

1. 2 ignis et terrae, videlicet quod ignis habet claritatem et terra nigredinem *X*; (= *Lull.*) 5. 6 materie *M*: materia *X Lull.* 10 Quanto *X*: qn̄ (= quando) *M* 11. 12 ipsius — materia ipsius C *M*: ipsius C — materia *X*; *cf. Lull. p.* 36^b 12 * * fortius *M*[1] 14 Ideoque * * *M*[1] 20 per colorem significatio *M* : per colorem de urina significante *X* 21 dominantis *M*: dominium *X*

alba et spissa tendens ad nigredinem, tunc D cum C concurrit in materia et convenit, differt autem seu disconvenit ab A in virtute, et quanto fortius disconveniat, manifestat illud quod per suam actionem sequitur melius et efficacius, quam illud quod per suam passionem.

Per colorem vero compositum ex multa albedine et **68v**
pauca rubedine, et per colorem compositum ex multa albedine et nigredine pauca, cognosci potest D, quod se habet cum A contra B, quia AC convenit cum B, propter quam convenientiam D est contra C, quando ostendit rubedinem, et contra A, quando ostendit nigredinem.

Ex istis colligi potest quemadmodum per CA potest aliquid existere cum D, causando in urina rubedinem sine albedine aut claritatem et citrinitatem sine nigredine, et qualiter etiam cura fieri debet per simile et per contrarium; per simile enim ⟨in⟩ quantum B convenit cum CA et CA cum D, per contrarium autem in quantum B per medium potest obstare ipsi D concordando se cum CA, ut per concordantiam ipsorum D A C possit destruere.

De urina significante dominium melancholiae.

Urina melancholiae significans dominium est alba et clara, alba propter D, clara vero est quia aqua continetur per terram, quae est ei siccum vas, ut A in aqua mortificat. Sic potest intelligi qualiter aqua continet terram con-

---

1 ad nigredinem trahens *X Lull.* 3.5 et quanto fortius manifestat illud quod per suam actionem sequitur quam illud *etc. X* (*cf. Lull.*) 6 vero *M*: autem *X Lull.* compositus *M* 11 et contra] econtra *M*: et est contra *X Lull.* 12 * * colligi *M* 13 aliquid *corr. M*: aliquis M^1: quis *X*: quid *Lull.* 16 in *X*: *om. M* 18 se cum *X Lull.*: secum M^1 21 melancholiam M^1 22 contine* M^1 23.24 mortificat *X M*: mortificetur *Lull.*

tra A; sicut enim sol illuminando aërem diem format, ideo concordantibus CD in materia nox formatur, quae colore est nigra, crassitiem habens seu spissitudinem, quae nigredo ita propter multitudinem materiae terrestris et aquae, quemadmodum cholera manifestatur propter multitudinem splendoris ignei. Unde si hoc perceperit medicus et recte velit infirmum curare, debet virtutem BA implere, ut possit intrare in materiam ipsorum CD.

Quia iuvanda semper est natura in potentia, non in actu.

Multoties vero contingit quod in urina propter aliqua accidentia veritas aegritudinis non demonstratur; tangitur enim aliquando vel per certorum ciborum et potuum qualitatem vel per alia plura, quae possunt alterationem facere in ipsis meatibus vel in ipsa materia; ideo cum ea consulendus est pulsus, color faciei et oculi infirmi, color item totius corporis, et ad alia signa quae possunt subtiliter perscrutari.

[Praecipuum autem signum dominii et affectus interni est appetitus.]

---

1 sol *X*: soli *M* 1. 2 ita concordantibus se CD *etc. X* 2 in colore *X* 3. 4 grossitiem habens. Ex quo manifestatur metaphorice in colore consilii (*sic*) in urina, quae nigra est et spissa, quae nigredo *etc. X*, *cf. Lull. p.* 37^b 4 aquae *X M*: aqueae *Lull.* 9 *in marg. M* 11. 14 tangitur—materia *om. X Lull.* 16 ad *etc.*] *sic M X*, *ma X* (*come Lull.*) *aveva innanzi* ideo recurrere debet (*cioè* Medicus; *cf. Lull.*) ad pulsum, ad colorem faciei et oculorum *etc.* 18. 19 *in marg. cancell. M*

DE PVLSIBVS. 69r

Species pulsuum in generali sunt potissimum quatuor ad demostrandum operationem quatuor elementorum. Operatio incipit in corde, quod quatuor ipsa elementa mittit per omnes partes corporis, dando maxime ipsis partibus B, ut fortificet in ipsis calorem naturalem, et servando et retinendo sibi D, ne maxima abundantia ipsius A ibi existentis ipsum cor possit destruere.

De pulsu significante dominium cholerae.

Quando BC dominatur in corpore aliquo, pulsus ipsius facit in omnibus quatuor digitis tangentibus ipsum duos ictus, [hoc est] et illud ideo quia in compositione cholerae existunt a praedominio ipsa BC, quorum quodlibet facit ictum unum, unus vero ictus praecedit alterum et est maior altero, et unus non percutit in loco quo percutit alter; maior enim est percussio ipsius B, et ante fit quam percussio ipsius C; ambae vero ipsae percussiones immediate et subito fiunt una post aliam, et sunt acutiores et velociores, et etiam cum maiori vacuitate arteriae, quam percussiones factae in pulsu corporis aliarum complexionum. Per motionem enim cordis B dat percussionem unam ipsi A ut transeat ad D, A vero facit unam percussionem ipsi D ut usque ad ipsum possit transire B, et D facit unam percus-

---

6 causa fortificandi *X Lull.* 12 hoc est] ÷ *M*: *om. X* 15 in loco in quo *X Lull.* 16 et p*ante *M*[1] 18 aliam *X Lull.*: alia *M*

sionem contra C ut transeat ad B, C vero dat unam percussionem ipsi B ut ibi ponat D. Unde ex omnibus istis percussionibus non sentiuntur nisi duae supra dictae, nempe B C, quia sunt maiores percussiones aliis in ipsa cholera, quia secundum quod cor magis indiget ipsa D ad refrigerandum B, properat percussiones praedictas. Unde per frequentiam et velocitatem percussionum et per triangulos secundae figurae Artis potest haberi cognitio certa de pulsu. Et quando urina significat calorem in maxima actione existere, et tamen pulsus est debilis, tunc significatur quod cor quasi suam virtutem et suas vires amisit, et quod B C destruxerunt subiecta A D. Cum enim aliquis febrem patitur tertianam, tam saepe transeunt A D per B C,| quod B corrum- 69v
pit materiam ipsius D, et D corrumpit materiam ipsius B, et A corrumpit materiam C, et C corrumpit materiam A, et propter corruptionem materiae corrumpitur forma, et sic punctum septimum ipsius B in materia ipsa aliam formam appetit, ut ordinate sine impedimento sub se alia puncta ⟨possit⟩ tenere. Veruntamen si punctum simplex contra morbum habet potentiam, tunc tam saepe percutit una littera contra aliam, quousque quaelibet virtutem suam recuperat, qualibet fortificante materiam suam per percussionem suam et etiam percussionem alterius.

De pulsu significante dominium sanguinis.

Pulsus hominis sanguinei est magnus, plenus, suavis, et facit duas percussiones; una enim est propter A, alia

---

3 nisi solummodo duae *etc.* et hoc ideo quia sunt maiores *etc.* *X Lull.* 5 quia secundum *M*: secundum enim *X* 6 properat *noi*: praeparat (p̄parat) *M X*: accelerat *Lull.* 9 calorem *X M*: choleram *Lull.* 15 *il secondo* corrumpit *è sottolineato* (*espunto?*) *in M* 19 possit *Lull.*: *om. M X* 22 qualibet *X Lull.*: qualia *M*

propter B. Et propter spissitudinem materiae percussiones non sunt tam veloces et frequentes, quemadmodum in pulsu cholerici. Ideo morbus causatus ex sanguine non est in tempore tam brevi curabilis, sicut morbus causatus ex cholera; nec etiam destruit tam cito subiectum suum quam cholera, percussio autem facta ab ipso A est maior quam ipsius B, veruntamen percussio ipsius B est acutior quam percussio ipsius A.

De pulsu significante dominium phlegmatis. Cap. 4[m].

Phlegma est fortius propter D quam propter A, cum ita sit quod D sit in ipso gradu quarto, et A non sit nisi in tertio, et ideo D in pulsu hominis phlegmatici facit maiorem percussionem et pleniorem ac duriorem quam A; percussiones vero D A non sunt ita veloces nec ita frequentes sicut percussiones A B, et illud ideo quia materia est ponderosior et spissior in pulsu hominis phlegmatici quam sanguinei.

De pulsu significante dominium melancholiae. Cap. V[m].

Melancholia, cum dominatur, facit in pulsu duas percussiones sensibiles; maior enim percussio est ex C et minor ex D, et percussio ipsius C est acutior, durior, prior quam percussio D; percussiones vero C D sunt frequentiores quam

---

3 colerici *qui M e, come suole,* X 5 quam *M*: sicut *X Lull.* 8 *qui finisce M: tutto ciò che segue è preso da X (f. 174ʳ sqq.); cf. a p. 570* 9 *manteniamo le divisioni in capitoli e paragrafi del codice, dove il* De pulsibus *è* tractatus sextus, *di cui il* Cap. I § I *comincia a p. 614, 2,* Cap. 2[m] *a p. 614, 9,* Cap. 3[m] *a p. 615, 24* 18 melanc. *X* 19 Melancolia (*e così* colera, colericus *etc.*) *quasi costantemente X*

percussiones A B in corpore sanguineo, sunt autem tardiores et rariores quam percussiones ipsius cholerae. Secundum regulam et dispositionem eorum, quae diximus de pulsu hominis cholerici, potest intelligi de pulsibus aliarum complexionum, secundum quod suis qualitatibus convenit; sed tamen adhuc pro maiori eorum evidentia volumus in speciali de ipso determinare sequendo regiones et domos positas in figura medicinae, et hoc in quattuor praedictis febribus.

De pulsu tertianae. Cap. VIm.

Pulsus tertianae habet illas quattuor regiones, quas habet ipsamet tertiana; et quia ignis superabundat in forma et habet minus comparative de materia quam alia elementa, causat pulsus ipsos ....rem et magis aërem quam alia elementa; et est durus per siccitatem, acutus per caliditatem; et habet duos motus, unum influxi- **174v**
vum tendentem ad manum, et alium refluxivum tendentem ad cubitum. Influxivus est maior, eo quia sua causa est caliditas; refluxivus vero minor, eo quia sua causa est siccitas. In ipso eodem pulsu sunt alii duo motus, unus per humiditatem, alius per frigiditatem; sed sunt insensibiles. Et si habent fortitudinem aliqualem, explanant angulum acutum et mollificant in parte duritiem pulsus, et significant sanitatem; et si hoc non fuerit, malum signum est.

De pulsu per febrem continuam causato. Cap. 7m.

Pulsus causatus per continuam febrem est ex parte aëris, et habet illas regiones quas habet continua, et habet

---

7 secundum eorum sequendo X^1 8 quattuor] *così costantemente* X 10 superabundatio X (?) 14. 15 causat — elementa *nell' interlinea* X 19 reflexivus X 23 molificant X^1 25 per febrem continuam causato *corr.* X: febris continuae (*om.* causato) X^1

motum plenum, longum, mollem, habentem angulum obtusum, plenum etc., ut patet in cap. De pulsu phlegmatis. Et ratio huius est, quia aër est impletivus et mollis contra duritiem terrae, et est tardus respectu motus in genere. Et si est compositus ex pulsu tertianae, de se ipso non est bonum signum neque malum; tamen si nimis tendit ad compositionem ignis et terrae, malum est signum ratione abundantiae et concordantiae inter ignem et terram contra domum DH.

De pulsu phlegmatico. Cap. 8m.

Pulsus phlegmatis habet illas regiones quas habet phlegma, et est tardus ratione gravitatis aquae et terrae, et est plenus quia phlegma humidum est, et est gracilis quia aqua restrictiva est, et facit angulum obtusum et longum contra angulum pulsus cholerae eo quia aqua est contra ignem.

De pulsu quartanae. Cap. IXm.

Pulsus quartanae, quae est de genere melancholiae, habet tot regiones quot habet febris continua, quia durat suus motus; et est gracilis per aquam, et longus per terram **175r**
quae est enervativa infundendo suam siccitatem igni, ut habeat materiam cum qua sit diffusivus et disgregativus; et suus angulus est obtusus et durus. Et per praedicta potest habere notitiam medicus de pulsu simplici vel composito, supposito tamen quod habeat notitiam de omnibus, secundum quod in capitulo circulationum in figura medicinae dictum est.

---

2. 3 Phlegma X^1 (?)   10 Phlegmatico *corr.* X: Phlegmatis X^1
18 malūcoliae X 26 *cf. p. 581 sqq.*

DE REGIONIBVS DIGESTIONVM.

Tractatus 7^{s}. Cap. unicum.

Digestiva fit in domo sana, indigestiva vero in infirma. In domo vero sana, sicut in domo AE, per humidum et calidum regnantibus contra domum CG. Sed si domus CG intrat domum AE, C alterat A et G E; et digestiva de AE est ancilla in sua domo, et per consequens indigestiva fit per domum de CG, sicut domus de DH calida per domum de BF. Et sic medicus debet conservare digestiones, impediendo quod una domus non intret aliam domum per modum contrarietatis, sed per modum concordantiae.

---

4 A*E X^1

DE CAVSIS DOLORIS

Tractatus 8ᵘˢ. Cap. I.

§ I. Doloris causae duobus modis fiunt, et ad istos duos modos concurrunt omnes domus talis circulationis.

§ II. Primus modus est respectu repletionis, quae repletio impedit domorum motus unius ad aliam; et sic clamant per dolorem instinctus et appetitus naturales, sicut in domo de AE est alteratio per domum de CG, quia clamat AE significativo modo per dolorem, sicut homo clamans adiutorium per timorem. Et sic medicus debet aperire poros, ut motus non sit impeditus.

§ III. Secundus modus est per scissionem circuli, destruendo continuationem motus per vulnera sive ictus; et ista cura pertinet ad cirurgicum, coniungendo partem cum parte, unam partem in aliam trahendo per concordiam qualitatum, contrarietatem removendo impedientem | con- **175**
iunctionem, sicut removere domum de CG a domo AE, multiplicando calorem in A contra frigiditatem CG et humiditatem contra siccitatem CG, ut revertatur linea continua in patiente per quam transeat motus qualitatum et subiecta eorum; et appetitus non dolent nec instinctus. Et ad hoc et similia opus est quod cirurgicus cognoscat complexiones omnium membrorum hominis, prout in consideratione philosophi naturalis superius deductum est. Nam

---

7 appettitus *X*, *e così quasi sempre in seguito* 10 porros *X* 15 * * * trahendo X^1 23. 24 in * * * consideratione X^1 24 *sic M*

ex eo quod elementa per illa loca propter scissionem et ictum transire non possunt, inflantur illae partes, et sunt plenae humoribus indigestis, et sic deperditur digestio, et secundum appetitum naturalem conqueritur humidum radicale de humido nutrimentali, quod non venit ut venire solebat, nec eo amplius destruit, et sic petit adiutorium a cirurgico, ut solidet illa quae separata sunt per scissionem vel ictum, expellendo omnes malos humores; et hoc facere poterit cognoscendo complexiones et virtutes rerum, principium, augmentum, statum et declinationem, et omnia quae ad ipsum pertinent.

---

1 scisionem *X* 6 *sic X*

DE APPETITV

Tractatus nonus. Cap. I.

§ I. Appetitus est potentia generalis sub se plures species habens, sicut appetitus extensus per regiones domorum. Et quia domus sunt diversae, causant diversos appetitus, sicut domus de AE causat unum appetitum et domus de BE alium, et sic de aliis, quoniam E sub A est in sua regione et B sub E non. Unde sequitur quod unus appetitus est in una domo, alius in alia. Unde aliquis appetitus est per delectationem, et ratio huius est quia est in domo sua; et alius est per modum tristitiae et passionis, sicut in domo de BD, in qua dolet D quia est in regione de B, et appetit esse in domo de H quae est sua regio.

§ II. Appetituum unus est propter potum, alius propter cibum, alius propter somnum, alius propter repletionem, alius propter evacuationem, alius propter quietem | sive **176r** statum. Et hoc apparet in conditionibus domorum, sicut in tertia domo significatum est quartae circulationis, in qua ancilla scilicet humiditas perpetuo appetit aquam, et domicella scilicet siccitas vinum, et sic de cibo et aliis suo modo; sed in domo BD in contrarium habet esse. Appetitus participat cum sensitiva forma et imaginativa, eo quia potentiae coniunctae sunt; et sic appetitus disponit species potentiae sensitivae, et sensitiva imaginativae.

---

6 *il primo* de *cancellato* (*o piuttosto macchiato*) *X* 12 appettit *X*, *cf. a p. 620, 7* (*ma* appetit *v. 19*, *p. 623, 1 etc.*) 16 *dopo* quietem *cancella* alius *X* 18 *cf. p. 588, 13*

§ III. Sicut in domo BD, in qua ancilla humiditas appetit plantas humidas, et sensus imaginativae species humidas et frigidas, sicut fontes et umbras, uvas, lactucas, et sic de aliis; sic calor est inordinatus et innaturalis quandoque.

§ IV. Sicut in domo BF, in qua abundat ignis per calidum et siccum, infirmus appetit vinum et res calidas et siccas, ut destruatur ancilla per domicellam, in contrarium appetitus.

§ V. In domo DA appetitus etiam destruitur, quando clauduntur pori aut nimis aperiuntur, et sic cessat motus nutrimentalis et consumitur vita.

---

6 BF (*ma* B *sembra cancellato*) *corr.* *X* : BD *X*[1] (?)   11 porri *X*

DE HVMORIBVS

Tractatus X^{s}. Cap. I.

Pro maiori evidentia supradictorum considerandae sunt quattuor complexiones in hominibus, ex quibus causantur diversi appetitus.

De humore cholerico. Cap. 2^{m}.

Est cholerica complexio, in qua ignis est a praedominio et consequenter terra; et sic homo cholericus ratione ignis est superbus et vult dominari aliis, quemadmodum ignis aliis elementis; ideo naturaliter cholericus appetit superare et non superari; et quia siccitas est consequutiva, ideo cholericus est etiam melancholicus aliqualiter; ideo cito movetur ad iram et est valde subtilis et cito obliviscitur, ratione evacuationis terrae.

De humore sanguineo. Cap. 3^{m}. 176^{v}

Humor sanguineus consistit ex aëre et igne, quae sunt nobiliora elementa, et humor ex ipsis per consequens nobilior. Et quia aër est subtilis et repletivus non dimittens aliquid vacui, et habet optimam formam, scilicet igneam, habet magnum appetitum proportionatum; ideo homo sanguineus est gulosus ratione magni appetitus, et per consequens fornicator ratione evacuationis terrae, et est valde alacer.

---

9 *bisognava dunque scrivere* volunt (*e così Br*) *sopra p. 574, 2*
12 malencolicus *X* 13 iram, est et est *X*[1]

De humore phlegmat. Cap. 4m

Humor phlegmaticus constat ex frigiditate aquae quae est valde restrictiva, ut patet in crystallo et gelo, et ex humiditate aëris qui est repletivus. Ideo homo phlegmaticus est avarus, gulosus, vagabundus et piger; et quia mulieres multum retinent de frigiditate, ideo naturaliter sunt tenaces sive avarae et otiosae.

De humore melancholico. Cap. 5m.

Humor melancholicus constat ex siccitate terrae, quae modicum habet de forma, ratione ponderositatis, ac etiam ex frigiditate aquae. Ideo homo melancholicus est valde mobilis, et infima cogitans et turpitudines et malum, et cito movetur ad iram, ratione parvitatis formae, et tarde habet placitum, et ratione frigiditatis est avarus et piger, eo quia non participat cum caliditate.

---

1 Cap. Xm. *X*[1] 3 cristallo *X*

DE GRADIBVS INFIRMITATVM.

Tractatus undecimus. Cap. I.

§ I. Antequam medicus accedat ad curandum aliquem patientem, opus habet non modo eius complexionem cognoscere et causam morbi, quae ex praecedentibus haberi possunt, sed etiam gradum infirmitatis; nam interdum dantur medicinae contrariae dispositioni seu complexioni hominis in tanto gradu caliditatis vel frigiditatis etc., quod ipsum hominem in corruptionem deducunt. Idcirco praedicta videnda sunt et adnotanda cum maxima diligentia.

De cognitione gradus infirmitatum. Cap. 2m.

⟨§ I.⟩ | Ad habendam enim cognitionem gradus infirmi- 177
tatis seu lapsus patientis, considerandum est illud quod in superioribus de complexione dictum est; nam diximus quod in die naturali sunt 24 horae in quattuor partes divisae, et quaelibet pars est appropriata illi elemento, quod est de complexione sua, sicut triangulus in sua regione de mane usque ad meridiem, qui maxime est de complexione aëris;

§ II. Et ille triangulus qui est de meridie usque ad noctem, est de complexione ignis;

§ III. Et ille qui est de occasu solis usque ad mediam noctem, est de complexione terrae;

§ IV. Et ille qui est de media nocte usque ad ortum solis, est de complexione aquae.

---

9 coruptionem *X, come suole* 12 ⟨§ I.⟩ *om. X* 14 *cf. p. 574 sq.*

De gradibus febris tertianae. Cap. 3m.

Regnat ergo infirmitas secundum triangulos ante dictos, secundum quos infirmitas incipit aut finitur in illis quattuor regionibus, medicus cognoscere potest gradum infirmitatis; veluti si febris incipit in prima hora diei, est in primo gradu humiditatis; et si in secunda hora diei, est in secundo gradu; et si in tertia, est in tertio gradu; et si in quarta, est in quarto gradu; et hoc secundum febrem tertianam, quae posita est inter calidum et humidum.

De gradibus aliarum febrium. Cap. 4m.

§ I. Et si febris sit contraria simpliciter per choleram, sequitur ordinem meridiei usque ad occasum solis, secundum ordinem quem diximus de mane in meridiem; et si tertiana sit duplex, sequitur ordinem ante dictum duplicem; et si cotidiana, sequitur ordinem ante dictum tripliciter; et sic continue sequitur per praedictum ordinem per totum circulum. Et idem est de quartana, secundum quod incipit in sua regione in circulo. Et si medico posset gradus | in- **177v**
firmitatum cognoscere et illos concordare cum gradibus electuariorum. Et talem ordinem medici antiqui non posuerunt.

De secundo modo investigandi gradus infirmitatum. Cap. Vm.

§ I. Est etiam alius modus investigandi praedictos gradus infirmitatum, videlicet secundum ordinem et modum generationis et corruptionis cuiuslibet.

---

4 *forse* ⟨et⟩ medicus? 13 in *corr.* *X*: usque ad *X*[1] 18 si medico *X*: *forse* sic medicus posset] *l'è non è chiaro* 20. 21 posuerunt. Est etiam *X*[1] 25 cuiuslibet. | Pro cuius evident *X*[1]

§ II. De homine cholerico. Pro cuius evidentia est notandum, quod in homine cholerico B per unum gradum excedit C, et per duos excedit A, et per tres D; ideoque in homine cholerico partitur B in quattuor partes, quarum prima existens suprema est in gradu quarto, secunda in quantitate aequali ipsi C, tertia pars est in quantitate aequali ipsi A, calefaciente igne in gradu secundo materiam subiectam ipsi D. Prima enim pars ipsius B est simplex, et est agens et non patiens, et habet naturalem appetitum ad conservandum speciem illius hominis cholerici. In principio enim generationis gradus quartus B generavit unum simplicem punctum, qui quidem punctus descendit (ut ita loquar) ad terram, causa recipiendi punctum unum ab ipso C. Ideo B proprius recipit ab ipso C siccitatem quam det aëri caliditatem, et prius quam sit contra D; secundum enim rationem naturalem ignis est magis in se ipso quam in alio, et illud idem sequitur de aliis elementis, ideo quia ignis prius appetit sibi quam alteri, propter quod in principio generationis ipsius hominis cholerici est ipse ignis in uno puncto simplici, postmodum autem appropinquatur terrae ex ea recipiens siccitatem, ut dictum est, qua recepta sunt ibi duo puncta quae faciunt lineam; et postea appropinquatur ipsi aëri cui praebet caliditatem, et tunc est linea cum latitudine; consequenter vero generatur quartus punctus ex D, et tunc est generatum et | completum corpus illius hominis cholerici, **178r**
habens longitudinem, latitudinem et profunditatem. Cum igitur hoc ita sit, ex eo revelatur punctus septimus, qui est in gradu quarto potens et dominus atque rector, ac etiam qui per influentiam septem planetarum movet alios gradus, et est in tali genito, in principio ad generationem, in fine

---

22 ipsi *nell' interlinea (di altra mano?) X*

autem totum ad corruptionem, ut patet per triangulum rubeum; nam in angulo principii apparet quomodo per regulam K, B est principium ipsis C A, per modum operationis, hoc recipiendo ab ipso C et dando ipsi A. Principium vero ipsius D existentis in cholerico sunt C A, et hoc per modum operationis et sustentationis. Per operationem enim, in quantum A datur ipsi D et ab ipso D recipit C; per sustentationem, quia ipsa C A ipsum D adiuvant contra B. Et quia B convenit in maioritate cum cholerico, in quantum est in gradu quarto, idcirco oportet ipsum esse principium ipsi C, quod non est nisi in gradu tertio, et ipsi A, quod est in secundo. Verumtamen non convenit ipsum esse principium ipsi D; nam est eius contrarium. Cui quidem D principium sunt C A, sed si D esset principium in cholerico ipsi C, tunc maius esset inceptum per minus in maiori quod est B, quod contrarium est minori quod est D. Hoc autem est impossibile, ergo etc.

§ III. De corruptione. Secundum autem quod dictum est de generatione, significatur corruptio; quemadmodum enim in appetitu naturali ignis prius convenit cum uno puncto quam cum alio, ita in corruptione prius incipit corrumpére punctum illius elementi cum quo minorem convenientiam habet, et sic gradatim.

De aliis humoribus. § IV. Et quemadmodum exemplificatum est in homine cholerico, ita suo modo et in aliis exemplificari potest, et omnia praedicta ex figura medicinae elici possunt.

DE CVRIS INFIRMORVM. 178v

Tractatus duodecimus. Cap. I.

§ I. Sicut significavimus in regionibus praedictae figurae infirmitates generaliter et sanitates, sic medicus potest facere curas generaliter tribus modis, videlicet per simile, per contrarium et per compositum.

§ II. Per simile. Per simile scilicet si infirmitas est in domo de AC primae circulationis, et patiens est de complexione CG, debet dare medicus medicinas de AE contra regionem CG, ut domus de AE convenientiam habeat suae regionis.

§ III. Per contrarium. Si vero fiat per contrarium, ipsa cura debet fieri isto modo, scilicet quod si infirmitas sit propter nimiam abundantiam, sicut si A E haberent nimiam abundantiam in regione in qua sunt, debet medicus multiplicare CG cum cibariis sive electuariis de regione eorum, ut in illa regione A E potestatem habere non possint transeundi ad alias domos contrarias.

§ IV. Per compositum. Tertius modus per compositum est de convenientibus et contrariis, sicut si supponatur quod infirmitas sit per domum de BE primae circulationis, et hoc per nimiam abundantiam siccitatis, debet medicus administrare per AE et per AH contra domum de EF, et domus de CH multiplicetur contra domum BF.

---

3 in regionibus *due volte X*

DE XVI ELECTVARIIS GENERALIBVS.

Tractatus XIII.[us] Cap. I.

§ I. Quattuor sunt elementa videlicet ABCD, et quattuor qualitates videlicet EFGH, ut patet in figura medicinae; ideo sexdecim electuaria possunt fieri generaliter isto modo.

Cap. II. De graduationibus sub dominio ignis.

Sub dominio ignis quattuor sunt species graduandi. Prima sicut piper, quod est calidum in quarto gradu | et 179r
in tertio siccum, in secundo humidum et in primo frigidum.

§ II. In cinamomo ignis est in tertio gradu caloris, et terra in secundo siccitatis, et aër in primo humiditatis, et aqua ingraduata, videlicet in tribus partibus.

§ III. Est alia species, sicut faeniculus in quo ignis est in secundo gradu caliditatis, et terra in primo siccitatis, et aër in tribus partibus minutis, et aqua in duabus.

§ IV. Est quarta species, ut anisum in quo ignis est in primo gradu caliditatis, terra in tribus partibus minutis, aër in duabus humiditatis, aqua vero in uno minuto unius gradus.

§ V. Per istas quattuor species sive plantas praedictas, et per alias similes, extenditur regio ignis, in qua ipse est dominus; et sicut diximus de regione B, ita de regione A C D suo modo intelligas.

---

1 ellectuarijs *X* 8 *f.* ⟨§ I.⟩ Sub 14 faeniculus] *sic X*

Cap. 3^{m}. De alio modo.

§ I. Potest etiam medicus facere electuarium de una planta calida in quarto gradu et de alia humida in quarto; et quia B vincit A, in illo electuario B erit dominus, A vero subditus; tamen erit dominium temperatum et servitus temperata. Et illud electuarium erit bonum in domo AB ratione concordantiae inter calidum et humidum, et erit cura contra C D, quae causant infirmitatem propter nimiam abundantiam quam habent in domo AB.

§ II. Si in domo de AB patitur A plusquam B, debet medicus facere electuarium de una planta humida in quarto gradu et de alia quae sit calida in tertio, ut quartus gradus reprimat tertium.

§ III. Contra A C debet medicus facere electuarium de una planta humida in quarto et de alia calida | in secundo **179v** et sicca in primo, et hoc contra domum BF. Et si ad hoc non sufficit, signum est quod B est nimis fortis, et tunc medicus debet facere electuarium de una planta humida in quarto et de alia calida in primo gradata per siccitatem, et dare patienti contra domum BF. Et si adhuc remaneat infirmitas, et B non est domesticum cum amicitia, quam habet cum A, per caliditatem, debet medicus miscere illa quattuor electuaria et dare patienti, et tunc erit domesticus B per siccitatem et erit concordantia inter B et A per caliditatem contra domum BF. Et si adhuc non valet, debet medicus facere unum electuarium de una planta humida in quarto et alia frigida in quarto, multiplicando domum de AC contra domum de BF, quae est in eius aspectu, et

---

4 *senza interpunzione* X 6 *e* 14 ellectuarium X 25 domum de BF X^1 28 AC] A* X^1

quia A vincit D et D vincit C et C vincit B, oportet quod vincatur per domum de AH domus de BF. Et si adhuc non valet, debet medicus multiplicare domum de AH cum quattuor electuariis tali domui pertinentibus, et dare patienti; tunc vere curabitur, si curabilis est per medicinam; nam aliter signum est mortis.

§ IV. Sicut diximus de quattuor electuariis de domo AB et de aliis quattuor de domo AD, sic fieri potest de aliis quattuor de domo DC et de aliis quattuor de domo CB. Et per ista XVI electuaria discurrunt aliae omnes medicinae, quae possunt esse per A B C D et per E F G H.

§ V. Item per ista potest homo habere experientiam de gradibus infirmitatum et etiam medicinarum in decoctionibus, videlicet si B (et sic de aliis) causet infirmitatem quoad quartum gradum, tertium, secundum aut primum. Et si infirmitas est in quarto gradu ratione B, datur quartus de D contra B; et si non valet, addatur quartus de A, ut adiuvetur D; et sic domus de AH destruit domum de BF. Et de hoc data est doctrina supra, quia ista XVI electuaria debet medicus in | promptu habere, ut subito infirmitati- **180r**
bus possit succurrere; et talis doctrina est utilis et facilis scientibus istum librum, et quia sine isto libro vel arte non potest haberi scientia de omnibus supra dictis, quae ars sine scientia thesaurus pauperum vere erit.

---

14 *abbiamo aggiunte le parentesi*: *o forse da trasporre* et sic de aliis, videlicet si B? 22 librum.] librum, qui. Et quia X^1 24 *segue di altra mano una ricetta* (Recipe *etc.* fiat colirium) *X*

DE VINCVLIS IN GENERE.

*Nel trattato ' De vinculis in genere', che nel codice di **Mosca** (=M; per le sigle M^1, M^b, M^f v. sopra p. 508) occupa i ff. 87-98ʳ, sono rifusi per la maggior parte quegli appunti che sono scritti di mano del Bruno (=Br) ne' ff. 1-5ʳ (per f. 5ᵛ v. prefaz. p.* XVIII) *del codice stesso. Cf. Lutoslawski in ' Archiv für Gesch. d. Philos.' II (1889) p. 529 sqq. 553 sq. Crediamo quindi opportuno preporre al ' De vinculis' tutto quello che degli appunti autografi del Bruno siamo riusciti a leggere sulla fotografia, omessi i frequenti titoli marginali che vi occorrono, come* Vinculi species, Vinculorum relaxatio, Vinciens, Vincibile *etc. La maggior parte di f. 4ʳ (cioè p. 648, 15-31. 649, 11-28) e alcune altre proposizioni (p. 637, 1-16. 640, 5-9. 641, 3-10) erano state già lette dal Sigwart e dal Lutoslawski. Cf. anche Noroff ap. Berti, 'Documenti' etc. p. 93 sq., ovvero ap. Frith, 'Life of G. B.' p. 346 sq. In questi luoghi notiamo accuratamente le discrepanze fra la lezione nostra e quella dei sullodati dotti,[1] perchè il lettore non creda sieno dovute nel nostro testo ad errori di scrittura o di stampa. Del resto non dubitiamo che molto più si troverebbe da correggere nella parte letta soltanto da noi.*

---

[1] *Apponiamo però il solo nome del Lutoslawski, il quale annota a p. 530 n. 6: ' Dem Herrn Prof. Sigwart verdanke ich eine Abschrift von Bl. 1ʳ, Bl. 4ʳ und Bl. 5ʳ, die er nach einem Facsimile und einer Photographie angefertigt hat, und die mir das Lesen der sehr undeutlichen Handschrift ausserordentlich erleichterte, so dass ich einen grossen Theil der andern Seiten habe entziffern können.'*

De vinculo spiritus { naturali, animali, divino. 1r

His absque medicus non est, divinator non est, operator non est, amator non est, philosophus non est etc. | Per haec sunt omnes omnia.

Nihil absolute pulchrum quod vinciat, sed ad aliquid pulchrum; alioqui asini amarent | pulchras mulieres, simiae abolerent filios. Similiter nihil absolute bonum quod | alliciat, sed cum omnia seu universum et ens est ex contrariis, ita et bonum est ex contrariis; | sunt enim alia quae consistunt igne, alia quae aqua etc.

Se si potesse à te chiuder l'entrata,
tant' il regno d'amor saria più vago.

Honestum et iustum civile lege videtur esse, et non natura; sed opinio multum valet | ad habitum, ut quasi naturale sit quod appetatur et vinciat appetitum, et e contra.

Evenit ut idem diversimode dispositum vinciatur et non vinciatur: ut in Venere | intumescentibus vasis et inanitis, in turbato et tranquillo animo; in cibis etiam idem | eidem est amarum et dulce, cum diversimode afficiantur. Et praegnantes vidi appetere | cineres.

---

7. 9 *cf. Opp. ital. p. 604, 25 sqq. Lag.* 8 alioquin *Lutoslawski innanzi a* simiae *parola cancellata nell' interlinea* abolerent] *cf. per es. sopra p. 446, 10. Cant. Circ. p. 240, 14 Imbr.* 9 aliciat *Br?* omnia] oia *Br*: deus (deū) *Lutoslawski* 11 qua *la prima volta Br?* 12. 13 *e* p. 688, 3 *cf. Opp. ital. p. 630, 16 sqq.* 15. 16 quod appetitur *Lutoslawski*

Vincire novit qui universi rationem habet et naturam particularis et particularis | dispositiones, habitus et inclinationem.

Quant' il mondo senz' odio et senza morte.

Id quod absolute pulchrum et bonum et absolute vincit est universum, et hoc ideo nil | perdit omnia continens. Et omnia esse desiderant, et non est quod fastidiat esse in universali | et simpliciter, sed hoc vel illud esse.

Cum nullum particulare sit simpliciter pulchrum, nil simpliciter vincire potest. Est tamen appeti|tus simpliciter pulchri in omnibus; omnia enim appetunt esse absolute et ex omni parte pulchra, | non simpliciter, quod hoc est impossibile particularibus; alia enim est pulchritudo unius speciei, alia alterius, alia | unius generis, alia alius. Non tamen specie, quia tota pulchritudo est in tota specie. Unde | licet omnis puella desideret esse ex omni parte pulchra, nulla tamen est. Unde bene dixit | Charidemus mutilatum imperfectumque esse pulchrum quod corporea natura cernitur; et testatur | Zeusis Helena de pluribus Crotoniatis virginibus (—)

Item cum pulchritudo in quadam simmetria consistat, haec autem sit multiplex et innumera|bilis numero ad multa supposita, non autem simplex, vinculum pulchritudinis non erit simpliciter, | sed ad aliquid. Immo sicut diversae species, ita et diversa individua a diversis vinciuntur; | alia enim simmetria est ad vinciendum Socratem, alia ad Platonem, alia ad multitudinem, alia ad paucos; | alii masculos, alii faeminam, alii viraginem, alii mollem adamant.

Ideo stultus amor qui uni alligatur, quia conditiones boni et amabilis sunt dispersae; | ideo plures possumus bene amare: sicut bonum cocum, bonum militem, bonum philosophum; | ita mulierem

---

2 *in Br sembra piuttosto* dispositionis *e* inclinationū; *ma cf. p. 659, 16 sq.* 11 *dopo* pulchra *cancella* quod...... *Br* 15 Chardemus *Br ?* 17 Zeusis] *sic Br*; *cf. per es. a vol. II, 2 p. 135, 14. De Umbr. idear. p. 91, 11 Imbr.* Helena *etc.*] *v. Brunn, Gesch. der griech. Künstler* I^1, *80*; *cf. p. 660, 12 sqq.* 18 *e* 22 simmetria] *sic Br* 18 *cf. Opp. ital. p. 643, 37 sqq.* 23 Socr. *Br* 26 *sqq. in marg.* .... surdi .... amabilium, bellus ..... et parvus (?) *Br* 27 dispersae] *la lezione non è interamente sicura, ma cf. p. 661, 4*

bene incedentem, aliam bene loquentem, aliam bene ...., aliam ..... | .... una ...... omnia .... amabili.

Ita nulla est absoluta iustitia nec sapientia quae animum vin- 1v
ciat, sicut nulla est mensura cibi vel | potus quae omnibus sit adcommodata.

Quidquid dicimus de pulchro, idem de turpi per contrarium dici potest.

Quidlibet vincitur pulchro ad se et non pulchro ad aliud aliter et bono; et falla|cia iudiciorum hinc dependet maxime. Videat ergo iudex.

Sunt quae vinciunt non sui sed alterius ratione, ut aurum; nusquam enim per se.

Est vinculum cathena, ordo, daemon magnus, quo omnia vinciuntur.

Apprehensio utilis, quia bonum est similitudine vel spe vel specie vincit ratione cor|porea et incorporea.

Idem dicitur bonum alliciens, pulchrum, animi vinculum. Hinc deus dicitur | circulorum pulchritudinis seu vinculi centrum, a quo quattuor | vinciuntur, ut ab ipso nequeant recedere ni velint adnibilari. | Haec cum moveantur, moventur ideo circa ipsum in circulum: et | ipsum non minus nequeunt destituere, quam suum quaeque circumferentia | centrum. Sunt ergo 4r circuli: mens, anima, natura, materia. | Mens per se stabilis, anima per se mobilis, natura mobilis in alio non | ab alio, materia mobilis in et ab alio. Deus est vinculum et pul chrum sibi et aliis. Ab hoc centro 4 illa procedentia in idem | redire nituntur, et ideo circuli rationem subeunt.

Vinculum pulchritudinis dicitur actus seu radius boni, primo diffusus in men|tem, secundo in animam, tertio in naturam, quarto in materiam. Hoc mentem rationum ordine decorat, animam rationum serie complet, naturam | seminibus fulcit, materiam formis exornat. Ideo vinculum | hoc est splendor divini nullus. Qui radius

---

3 nec sapientia *sopra* quae animum *Br* 11 ut aurum *sopra correzione Br* 15 silitud^e vel spe vel specio (*sic*) *Br* 17 *sqq. in marg. alcune parole italiane* (Amor simile al fuoco .... è al mezzo ....?) 18 cir(?) | circulorum *Br*[1] 21 suum] q.. *Br*[1] 24.25 in, et ab *Br* 26 circuloru (*sic?*) *Br*[1] 30.32 *cf. p. 642, 31 sqq.* 32 nullus] *sic Br*

obscure est in rerum | corruptibilium subiecto, minus obscure in natura, clare in anima, clarissime | in mente.

Vincula sunt morum concinnitas, corporis forma, vocum consonantia, et caetera quae | profluunt et ab aedificiis, a statuis, carminibus, orationibus. Haec Plato|ni pulchrum, Socrati excellens animi venustas, Timaeo animi ty|rannis, Platoni naturae privilegium, Theophrasto tacita deceptio, Salomoni ignis | absconditus, aquae furtivae, Theocrito eburneum detrimentum, Carneadi | regnum sollicitum, et aliis aliter.

Vinculum hoc non est corpus, licet in corpore versetur; idem enim hodie formosum, | cras casu aliquo foedum. Unde aliud formosum, aliud corpus, aliud vinculum.

Id autem est vinculum tum ad partes corporis concinnandas, 2r ratione quadam incorporea, | tum etiam ad aliquid ea ratione trahendum ad corpus.

Vinculum hoc non est moles nec in mole consistens, licet circa molem etiam versetur; quandoquidem | non grandia modo, sed et brevia, formosa videantur, et saepe grandia deformia, parva | formosa, et e contra; et saepe stante eadem quantitate casu quodam pulchritudo tollitur, eademque mutata pulchritudo perseverat.

Vinculum hoc est quaedam rei species, quae a re ad animam proficiscitur, non tamen recedit a re | subiecta, sicut ignis qui suam speciem emittens et comunicans non attenuatur, sicut imago | quae in subiecto primo, in speculo, in intermedio, in oculis.

Vinculum, quod a corpore proficiscitur, nullam habet corporis partem definitam; licet enim rapiunt | dicendi suavitas, oculi, incessus, maxilla et caetera, haec tamen eodem numero si diversis trib⟨uan⟩|tur subiectis, non identidem similiterque vinciunt. Alia quoque ratione nullam habet definitam | corporis partem, quia ex omni parte gratia procedit: unde Plato incorpoream et spiritalem animae pulchritudinem, licet | post raptum universum corpus gratiosum reddit amautis.

---

4 caotera quae] *Br ?* 5. 9 *cf. p. 690, 20 sqq.*; *Diog. Laert. 5, 1, 11* 7. 8 *cf. Opp. ital. p. 712, 21 sq.* 9 et aliter alia *Lutoslawski* 18 e 19 sepo *Br* 27 rapiunt *piuttosto che Br* 29 ⟨uan⟩] *marg. reciso* 31. 33 *sic Br* 32 pulchritū *Br, ma sono cancellate questa e le quattro precedenti parole*

Falsum esse videtur quod vinculum a certa membrorum omnium proportione proficiscatur cum colorum suavitate; | quod si esset verum, aiunt Platonici, solae res compositae vincirent, nunc autem puri colores, vox una, | fulgor auri, argenti candor ...... Nil citius labitur et senescit quam pulchritudo, nil tardius quam | figura; non ergo idem pulchritudo et vinculum quod figura, immo et manente eadem pulchritudine et | figura praeterit amor, ut accidit quibusdam post fruitionem rei amatae. Vinculum ergo est in quadam | convenientia non tantum membrorum ad invicem, sed et in quadam rapientis et rapti condispositione, | ut ita dicam. Quandoque enim etsi nil habeamus in una puella quod ratione arguamus, in alia vero plura, | displicet tamen illa et ista placet. Color item per se non vincit; clarior enim in seniore | despicitur, remissior in iuniore vincit.

Non color purus, ut omnino albus, omnino niger, sed mixtus; non vox simplex, ut acuta vel gravis, sed media; non una currente nota vel tono, sed pluribus.

Nodum istum difficile est invenire; ideo non facile est solvere.

Vinculum ligat spiritum maxime per visum, auditum, per imaginationem.

Vinculum quoddam gratum vincto, quoddam ingratum, sicut quo bubo trahit mustellam, lupus detinet etc.; incu|bus spiritum rationalem, daemon energumenum occupat etc., gallus leonem, mugil navim.

Vinculum non rapit animam nisi liget vinciatque; illam non vincit, nisi perveniat ad ipsam; non | pervenit, nisi per aliqua rapiatur. Pervenit per cognitionem in genere, ligat per affectum in genere, | trahit per delectationem in genere. 'Cognitio in genere' dicimus, quia aliquando nescimus quo sensu rapiamur. | Item expertus sum amare quod audivi, et absens et de non nota specie nescio quomodo deperibam. 'In genere' | inquam, quia per

---

1 vinculum] pulchrum *Br*^{1} 4 ......] *forse* similia ? 7 et figura] cū figura *Br*^{1} 11 ratione *nell' interlinea Br* 15.17 *in marg. a vv. 2 sqq. Br* 19.20 *tutto cancellato (in modo da non lasciar bene riconoscere le parole* visum, auditum) *Br, ma cf. p. 669, 6* 22 mustellā *sic Br* 25 rapit] ligat *Br*^{1} liget] lige *Br*

omnes, per plures et per singulos sensus vincimur, et aliquando sensu indeterminato | et non satis noto.

Plato ponit tria vehicula vinculi: visum, auditum et mentem. Vincit enim gratia per vocem, forma | per visum, mores per mentem.

Plura vinciuntur affectu per haec tria, quae vinci consequenter cupiunt actu, per tactum in genere; | unde visibile non vincit oculum, sed per oculum vincit, per aurem vincit audibile, per mentem ratio.

Quatuor motus sunt vinciendo, primo iniectio seu invectio, secundo ligatio seu vinculum, tertio attractio, quarto copulatio | quae fruitio dicitur. Et haec ni fiat per omnes sensus, per quos vinculum vectum est, non erit | perfecta. Ideo amans totus vellet migrare in amatum, lingua, ore, oculis etc.

Triplex amor triplexque raptus Platonicis. Rapit enim ad 2v
vitam aut contempla|tivam aut activam seu moralem et voluptariam. Prima est a formae corporalis aspectu ad conside|rationem spiritalis et divinae erecta, secunda in sola videndi et conversandi oblectatione perse|verat, tertia a visu ad tactus concupiscentiam descendit. Per primam ingeniosi, per | ultimam hebetes, per mediam medii. Primum vinculum dicitur amor divinus, secundum huma|nus, tertium ferinus. Tripliciter illectant: intellectualiter, animaliter, corporee: primum est | boni splendor ⟨—⟩

Vinculum non in omni vinciente aequale, neque in omni vincto idem.

Vinculum hoc quia ad summum bonum visum, auditum atque mentem | convertit, hinc veluti circulus quidam divinae lucis est a bono manans, | in bono residens, per bonum se diffundens et ad bonum sempiterne refluens, | estque velut unum rerum omnium principium vel principiorum potius unitivum.

Hinc primo mens decoratur idearum ordine, secundo animus rationum serie numerosisque | discursibus, tertio naturas

6 vinci *Br*: *l.* vinciri 10 Quat^r *e* sunt *corr. Br* 15. 20 *Opp. ital. p. 639, 13-19* 16 activam seu moralem et *nell' interlinea Br* 22 tertium] 3^s *Br* 3^r illectāt *Br* 23 p^{iii} est | (vinculum *cancellato*) boni splendor *Br* 31 mens *corr. Br*: mentem *Br*[1]; *ma in seguito senza correzioni* naturas (nās) *e* materiam (mām); *cf. p. 639, 30 sqq.*

seminibus, quarto materiam formis. Omnia vivificans, leniens, mulciens, excitans. | Omnia ordinat, procreat, regit, complet. Omnia aperit, purgat, illuminat, gratifi|cat. Omnia movet, incendit, allicit.

Nil vincitur nisi aptissime praeparatum, quia fulgor ille non eodem modo rebus omnibus comunicatur.

Corporum praeparatio ad vinciendum tribus constat: ordine, modo, specie; 1. ordo partium | intervalla, 2. modus quantitatem, 3. species figuram, lineamenta et colores significat. Sicut | in vocis vinculo 1. ordo consistit in ascensu a gravi ad acutum et descensu, | 2. modus in debitis tertiis, quartis, quintis, sextis, tonis et semitonis progressione, | 3. species in canoro, claro, suavi. In omnibus proportionalia iis tribus ad | vinciendum disponunt, sive compositis, sive simplicibus; iis enim color placet etc. | Sic animus disciplinis adcommodatur, ut per eas in eo divini vultus luceat imago.

Deus, angelus, animus nos non ligant ut corporea, quia non afficiunt, quia non pulsant per se|se sensus, vel alio genere vinculi, quod manu methaphorica affectus intellectūque........tur.| Duplex ergo ad vinciendum praeparatio, et reddit aequivoce significans vinculum.

Sic per omnes sensus cupimus, per omnes sensus vincimur.

Non simplicibus et absolutis, sed compositis et appositis vincimur. Vinculum enim est | ex plurium concinnitate cooriens gratia, cui contrarium est ingratum seu turpe. | Deus non habet in se pulchritudinem, quia non habet ordinatam compositionem; non hanc, | quia non habet partes. Est autem pulchritudinis et vinculi fons, author et actor. | Dii similiter non sunt pulchri. Universum non est pulchrum, ut videri potest; | ita enim est simplici quadam ratione constans suis similiter se habentibus sphaeris, stellis, astris, magnis animalibus; nisi quadam similitudine et analogica ratione; vel saltem | in iis non est pulchritudo quae nos vinciat.

Vinculum sequitur rei sensum, sicut umbra corpus. Omnia

---

2 mulciēs *sic Br*; *ma cf. p. 655, 16* 3 *dopo* movet *cancella* excitat *Br* 6 coīcatur *Br* 19 methaphorica] *sic Br*; *del resto cf. p. 655, 8* 22 Sic *Br*: *forse* Sic̄ (=Sicut)? 28 Dii *corr.* (*forse da* Deus) *Br* 30 spheris *Br*

ergo quae vinciunt, quoquo | pacto sensum aliquem ingerunt, et quae vinciuntur, quoquo pacto sentiunt. Ferrum | magnetem sentit.

Sunt cantus quidam et harmoniae quae vinciunt homines, non autem feras; aliae aves, non | autem homines. Quibusdam figuris et linearum coloribus rapiuntur homines, quibus non | alia animantia; quibusdam fumigiis rapiuntur spiritus, quibus non homines. | Aliud ergo nobis, aliud aliis est pulchrum; ideo diversa vinculorum genera. 3r

Plura vinciunt homines quam bruta, quia plures habet potentias, partes, circumstantias, | fines, et consequenter plures appetitus.

Pulchrum non vincit sensum, sed per ipsum vincula connectenda iniicit; sensus enim sunt | veluti ostia seu portae seu fenestrae.

Caeli astra, viridia prata, cantus etc. movent, alliciunt, inclinant, non rapiunt; et in | iis proprie amor non dicitur, cum non sit cum appetitu Veneris, quae eius amor est. Atqui | sunt horti Veneris, quibus patet ad Venerem accessus. Qui vincitur ad cibum famelicus, | qui ad potum sitiens, qui ad Venerem amans, et hic secundum speciem sensibilem, et hic amor | fertur cum feris, vel ad intelligibilem, et divinus dicitur. Primus amor est physicus seu naturalis, secundus | est abstractus seu mathematicus, et est amor heremitae masturbantis.

Vinculum non aequaliter ab omnibus, nec aequaliter in omnia, nec semper, sed dispositum disposita. | Hinc vinculum non est quod vincit, sed quod vincire valet non prohibitum, non impeditum.

Vincitur maxime aliquid per hoc quod aliquid sui est in vinciente, vel per hoc quod per aliquid sui vinciens | imperat illi. Hinc ungues et capilli vivorum sufficiunt ut in universum corpus habeat imperium, | item et in spiritus; necromanti avocant manes per ossa mortuorum, similiter et per cognata iis. Hinc non |

---

3 *precedono in cima al f. 3r un paio di righi di scrittura cancellata e per noi illeggibile* 9 *l.* hominem 12 sed per *Paoli*: p p *Br* 13 ostia] postia (*ma* p *cancellato*) *Br* 17 *sic Br* 20 secundum] 2⁀ sm (sm *cancellato*) *Br*; *cf. p. 689, 13* spem *Br* amor (*o* amore ? amare ?) *Br* 21 Primus] divinus *Br*[1] 23 *in marg.* (*svanito*) perfect.... primus (?) masturb: *Br* 30 necromagi *Br*[1] avocant] *sic Br*

temere antiquorum quidam maxime curabant sepulturas, alii rogos, et inter supplicia insepultum relinquere.

Tot genera vinculorum quot pulchri, quot boni; et haec sunt pro specierum numero. Ideo falluntur qui amant | hominem solum pulchrum.

Non me vincit musica in puella, qui musicae cum pudicitia non convenit: vincit autem a puella. Nec versutia nec fortitudo corporis.

Vincit Venus decora voce, anhelitu odoreque suavi, carnis lenitate, osculi etc., quia laquei per | omnes sensus iniecti arctius ligant. Sed sint sine superbia.

Iactu seminis vincula relaxantur, retentione vero intendnntur; taliter debet affectus qui vincire | vult, qualiter qui vinciri debet. Propterea in conviviis et post convivia inspirare introducitur in | ossibus ignem Cupido. Vide.   Continentia est principium vinculi, abstinentia praecur|rit famem, haec melius cibum attrahit. Indignatio è santo sdegno.

Ab habitu interno, qui convictu delitescit, et externo, qui in corporis cultu consistit, provenit | vinculum. Movent haec, si transfuga quadam artis dissimulatione fiant; neque si qui satis | belle loquitur et satis nimisque superstitiosule sapit, placet, neque qui nimis methodice or|nat capillos, oculos, motus, gestus etc. placere potest magis quam displicere. Sicut de Mario ambitu.

vestes chirotecas
con i guanti piegati

Puella, cuius gratia praeparationem habet in animi concinnitate tantum, animum movet ad animalem | fruitionem duntaxat; cuius vero gratia praeparationem habet in corporis forma, animum movet ad corporalem | fruitionem; cuius gratia praeparationem habet in utroque, ad utramque fruitionem movet. Atqui sunt qui ita | vinciuntur ab animo, ut et corpus ipsum, quod illius animi vas est, concupiscant; sunt qui corpus sine animo despi|ciant: talis perhibetur Socrates, cum dixit 'loquere, puer.'

Potens est corporalis pulchritudo, ut et mentem vinciat et

---

3 vincullorum *Br*   7. 8 Nec — corporis *nell' interlinea* (*sotto a* vincit musica) *in Br*   6 qui] *l.* quia   7 a] a' *Br?*   13 *f.* debet ‹esse›   15 *lo spazio bianco è in Br*   18 *per* delitescit *v. a p. 504, 16 sq.*   22 chirotecas] *sic Br, ma cf. Opp. ital. p. 236, 14*   23 Ambitu *sic Br?*

adtollat; amor enim plures reddit poetas et heroas, | sed illud non fit per vinculum nisi per accidens; causat enim illud concitationem quamdam.

Ars est artificis pulchritudo, et hac artifex vincit. Stupide enim videbit quis artificialium et natu|ralium pulchritudinem, qui una ingenium, quo sunt effecta, non contemplatur: iis 'caeli non enarrant | gloriam Dei'; ideo non magis Deum quam Dei effectus exosculantur.

Vinculum intellectuale per mentem anima rapit, naturale per sensum.

Helluones iactant continentiam quod ....

....

Gratia .... Veneris .... perfectos, non mutilatos, non 3v
aegrotos, non senes non bon............., non iuvenes senibus ....

Vinculum si aptum ad generationem vel illi simile consequatur, non sine actione vel passione Ve|neris affectu completur.

Ii quibus utitur natura et eam omnino dominam habent, ut bruta, ad masculam non vinciuntur Venerem: sed qui | natura utuntur et .... ipsa suae voluptatis finis, forsè .... aliquando.

Alio vinculo exosculamur filios, alio patrem, alio sororem, alio uxorem, alio amicam, | alio cinaedum, alio amicum.

A contrariis dispositionibus evenit ut hic vinciatur, amore, alius omnino solvatur et fastidiat illud | idem. Unde patet non idem esse pulchrum et in eadem specie; simpatiam enim habet hic | qua caret ille; ideo pulchrum est huic quod illi deforme; ideo qui vincire cupit videat | quos possit et quomodo possit. Non ignoret autem causam huius esse satis occultam, | item effectus esse inconstantes, quia hodie consonat quod cras dissonabit, imo et eadem hora.

Omnes a cubili et cibo vinciuntur et trahuntur, sed non ab

---

11. 12 *cf. p. 672, 5* 13 Gratia *non è sicuro, e ciò che segue fino a* perfectos *è cancellato, in Br: forse* n.... non imperfectos *etc., ma non intendiamo affatto quello che segue; cf. p. 691, 13?* 14 *incerto se* sonibus *o* senilis *Br* 18 Ii *è affatto incerto in Br, dove è anche cancellato* quibus 19 ad *nell' interlinea Br* 20 *cf. p. 677, 25* 23 vinciatur, amore,] *sic Br* 25 simpatiā *sic Br*

eodem cubili atque cibo, neque eodem | cibo vesci cupimus mane atque vesperi, aestate et hieme; fluit enim complexio, | fluunt omnia; ideo cum quis vincire potest, quanto primo potest vinciat et stringat; | amor enim sicut et occasio praeceps; ita vinciat primo, ut semper tentat.

Non eodem vincimur vinculo; quoniam nostra natura non est simplex nec semper | eadem. Est igitur sicut Thetis ad Peleum et Proteus etc. Cum | ergo natura multifariam varia sit, alia atque alia idio...... individualique complexione afficietur; ideo Proteus fluvius ab Hercule serpens seu coluber aliter vincitur quam cum leo. | Deus simplex a variatione a......s est, ideo vincire semper gaudet. Caetera varia|tione gaudent, ideo varie aliter atque aliter vinciunt: aliter Acheloum | virum, aliter anguem, secus taurum vinxit Hercules.

Quia est omnia gaudet omnibus ille omnia .... amor omnia vel nihil.

Qui .... vincitur a vinculis minus vincitur, qui a pluribus magis. Haec igitur est maxima ad solutio|nem viri a pluribus occupati. Amor perfectus non est plurium. Amor in|tensus superlationi comparatur; supereminens autem semper est unum.

......dus est qui a pluribus vincitur. Quia diversi sunt pulchritudinis gradus | atque disiuncti. Hinc una ratione me urit hic, alia alius ratione. Quod si utraque | ratio aggregaretur in uno, placeret unus ex duobus; si omnes gradus atque ratio|nes aggregarentur in uno, unus ex omnibus placeret.

Placet iuvatque vincire, quia amari et honorari iuvat atque placet. Hinc | assentatores adulatoresque vinciunt. Sed si sint cauti, ne ita agant ut | assentationem detegant: magnificent modicas virtutes, attenuent vitia, excusent | accusabilia, convertant in virtutes facinora. Avarum faciat providum et parsimo...

Quae vincit generosum et laudatum virum, vincto gaudet, et hoc gaudium est via | qua ex eius vinculis ipsa vinciatur. Ultra

---

8 cum (?)] s *aveva cominciato Br*[1] quanto p° potest *sic Br*; *cf. p. 667, 9 sq.* 5 *sic Br*: *forse* ut semper sentiat? 10 cum] Cū *Br* (*sic*) 14. 15 *in marg. Br* 16 ....] *parola corretta*; *si aspetterebbe* paucioribus 16. 17 qui a pluribus magis *nell' interlinea Br* 20 qui] quia *Br* ? 29 *avrà coniata una forma* parsimonium?

molam enim vilis est quae laudatur et egregium virum amantem non redamet; alia ratione si ignobilia amet aliquis (—)

Multa sunt quae cum pulchra exstant, tanquam bona nos vinciunt, ut equus, navis, domus, statua, canis, avis, et ex iis turpia sunt mala. At homo pulcher non vincit | ut bonus habeatur, bonus non ut pulcher exstimetur, sed hoc est per accidens, id est per malam educationem. Et quia pulchrae magis sollicitantur et per paupertatem etiam sunt minus pudicae. Contraria ratione aliae quandoque bonae .... | oculi naturalis complexio melior temperantior est et virtutibus in mediocritate consistentibus aptior.

Vincimur maxime per visum; est enim sensuum activissimus, 4r
spiritualissimus, optimus. Atqui | saepe multi rem non visam depereunt.

Is vere uni vincitur, qui in rebus negociisque aliis torpescit et in ipso sollicitatur; io cundior enim operatio alteram excludit, animus auribus intentus remittit oculos. | Hinc vehementius gaudentes, tristes, aestuantes, non valde aliud agimus, imo statim cessamus ab opere; ; hoc est teneri, vinciri, abstrahi, trahi.

Voluptas hominum minus est determinata ad unum, unde rationalis dicitur, quam voluptas brutorum, | quae naturalis appellatur; hinc equa pariter omnes equos vincire potest, mulier una viros omnes non ita: ut aiunt.

Pudor et fides propugnator vinculorum optimus; est autem pudor ignominiae metus. | Quae bene vinculis obstat et vere afficitur pudore, rubet; quae vero timore vecordiaque se proripit a vinculis, pallet: hanc qui vincire cupit, additis animis superabit, non illam. Primam proprie dicimus verecundam, secundam vero proprie pudere dixerim; verecundia enim recti honestique rationem habet, pudor autem | infamiae timorem prae se fert; pallent enim et qui timent verbera et mortem.

---

3 exstāt *sic Br* 4 navis domus statua *nell' interlinea Br* 6 exstimetur] *sic Br* 6 idest] .i. *Br* 8 per paupertatem *etc.*] *cf. sopra p. 162, 2* 18 tristes aestuantes *nell' interlinea Br* 23 aiunt] aīnt *Lutoslawski* 25. 31 *cf. Arist. Eth. Nicom. Δ15. 1128^b 11 sqq.* 25 vero *Br*[1] 28. 29 primum—verecundiam—secundum vero proprie pudorem *Lutoslawski* 29 pudere] pud * * * *Br*[1]

N Si fecit hoc, factus est hinc verecundus.
Si fecit illud, postea erubuit.
Si fecit aliud, pudorem concepit.
Ergo bonus est, quia est verecundus
iuxta illud ' Verecundiam serva.'

Homini probo verecundia non competit propter sua delicta qui ...... | ..... veritus improbus fiat. Seniorem hominem | nemo laudabit quia est verecundus; nil enim agere | debeat pro quo verecundia emergere solet. | Frustra ergo N semper est verecundus. Verecundiam | enim servent pueri atque puellae.

Amor ut in amante est, passive dicitur et est vinculum, alio modo dicitur active, id est quod amare | facit; et est quaedam divina vis in rebus, et hic est ille qui vincit. Et Orpheo atque | Mercurio est Daemon magnus, antiquus ante mundum, quo chaos ornamentum appetebat | eratque in sino illius. Quia autem in generatione operatur et nova facit et principiis domi|natur, senectutem fugere et odisse dicitur, iuvenibus se miscere, duros habitus aufugit, mites | mollesque inhabitat, iuvenis et tenellus .... habetur etc. Vide Polyantheam.

Hunc vincientem vel vinculum hoc nec pulchrum neque bonum appellat Socrates, quia pulchrum appetit | atque bonum; eo igitur caret: ideoque noluit esse deorum aliquem. Item inquit ille amorem medium inter bonum et malum, turpe et pulchrum, mortale et immortale. Sed hic rhetorice et aequivoce sentit | de appetitu et medio. Sumimus amorem vinculum secundum rationem comunem activo (et) passivo, qua omnia volunt perfici, uniri, copulari, ordinari, et natura agit perfectionem, unionem, copulam et ordinem.

Et sic nihil est sine amore divinum ne(que) perfectum. Imo amor ubique dicit perfectionem, et si in | materia et chaos supponat (ut aiunt) inperfectionem, nunquam tamen significat imperfectionem, | sed semper perfectionem et participationem luminis

6. 10 *cf. Arist. Eth. Nicom.* Δ *15* 6 propter sua delicta *nell' interlinea Br* 12 id est] .i. *Br*: id *Lutoslawski* 14 antiqu* *Br*[1]: antiqus (*sic*) *corr. Br* 15 autem] amor *Lutosl.* 18 ....] et coelestis *Lutosl.* 19 Polyanteam (*sic*) *Br*: *cf. p. 650, 12* 22 *sqq. Plat. Sympos. p. 201E sqq.* 26 activo passive, quo *Lutosl.*, *ma cf. p. 695, 3* 29 am * * * *Br*[1]

divinitatis. Si quodlibet imperfectum amat | perf
perfectionem amat perfici, sed per perfectionis
tanto magis vivaciter, | quanto vehementius app
summi boni amore flagrat quod perfectius est q
perfectum.

Hoc vinculo superiora dicuntur providere i
riora converti ad superiora, et aequalia | invicem
est numen et divinitas in omnibus subiective, ut u

Hic amor unus est et vinculum unum, qui fa
Habetque in diversis diversas facies; | aliter e
alia vinciuntur atque alia. Hinc illae Cupidinis
amoris. Vide amor. Poly. et Natal.

Hoc vinculo rapitur amans, ut in amatum tra
totum concipere amatum | et imbibere.

Est vinculum quo volumus habere quae ab
culum quo nolumus amittere quae habemus: | pri
rium et appetitus, secundum est amoris species
citur nobis.

Est pulchri amor quo pulchri fieri volumus
amor quo pulchro potiri concupiscimus: | primo
quo caremus, secundo et id quod habemus.

Duplex amoris vinculum dixit Eriximachus,
traria in ipsius....... male | concordant, velut in ae
humores, et hic malus amor dicitur; alterum quo
..... magistratibus, orationibus, harmonia.

Contemplativi a formae corporalis aspectu di
voluptuosi a visu ad tangendi concupiscentiam | des
in conversandi oblectationem trahuntur: primi ....
tes, tertii medii: | primi digni ethere, secundi vi
primi ..pavent et fugiunt, secundi haerent, tertii

---

9 *e* 19 et vinculum unum *e* pulchri (*la prima volt*
12 Poly.] *cf. p. 649, 19; intenderà l'art.* 'amor' *della* '*Po*
(*Basil. 1512. Colon. 1585 etc.*) Natal.] '*Natalis Comes*
1568) f. 126ᵃ 47; cf. sopra p. 161, 4 sqq. 17 amoris (*sic,* [spēs]
17. 18 dicitur (d[r]) *Br? f.* de? 22 Eriximachus] *sic B*
p. 186B sqq. 23 *o forse* ipsis *Br?* 28 ......] *f.* altiss
cf. p. 674, 6 29 ethere] *sic Br* 30 appropiāt (*sic*)

Sanctimonia, zelus et religio ligant; unde quidam sanctus doctor 'A.................... ideo | cavendae; quo enim sanctiores fuerint, eo magis alliciunt; et sub praetextu blandi piique sermonis ...miscet | se viscus impiissimae libidinis, crede mihi.' Haec ille.

Vincit non solum bonum, sed opinio boni; vinculum tamen semper est cum quadam adcommodatione proportioneque.

Amoris, amicitiae, benevolentiae, placentiae, voluptatis, charitatis, compassionis, cupiditatis, cupidinis, avaritiae, libidinis, desiderii | vinculum, nisi mutuum fuerit, facile evanescit. Unde illud proverbium 'sine amore perit amor.'

Catullus Lesbiae nuptae magis vinctus, quod maiore fruendi desiderio afficiebatur. 'Nitimur in vetitum' aliquid est .... pro univ^{s} complex^{n}

Vinculum fit ex prolifico semine quod ad actum suum rapitur, nititur atque rapit; ideo hoc emisso secundum partem, perit secundum partem | vinculi vis.

Multiplex semen, multiplex Venus, multiplex amor, multiplex vinculum. Unde et scientiarum et morum concinnitatem | in aliis ingenerare concupiscimus. Semen quo cum quis plenus est, desiderat emittere in alterius viri animam.

Alligatur faemina faeminae, puer puero, mas mari, mas faeminae, homo supernis, aequalibus, infernis, naturalibus, | artificialibus. Res rebus, sicut per incantationem cicada aurea etc.

Amabile et bonum pulchro fusius; ideo plura sunt vinculorum genera quam a pulchro; imo sunt et a malo et violento | plura, quae principium sunt corruptionis. Pater vincitur filio etiam monstro.

Plures vincit phantasia et opinio, quam ratio, imo et intensius. Multi amant, et cur amant nesciunt, | quia sine ratione amant: non tamen sine causa impellente, febricitantem vincit amor aquae.

Unde devinciuntur et invincibilia animalium. Arist. De animalibus, Agripp. Quae est propter cognationem quandam | vel cognati vestigium.

---

8 Cupidinis *nell' interlinea Br*   10 prov̄. *Br*   12. 18 *cf. p 674, 25 sq.*
19 cum *da cancellare ?*

Omnia sunt bona, non tamen ab omnibus vi omne bonum vincit, quod aliis aliud est bonum et spec........... differentia sunt bona: super h est dulce ......

Vincimur apprehensione voluptifici.

Si philautiam extinguamus, invincibiles re que; philautia excitata vincimus | concitamusque

Voluptas vinculorum vinculum; quaerenti en caperis?' respondemus 'quia voluptate capior',

Non idem omnium bonum, non idem sun maximum, si contraria et diversa sunt genera, identitate entis, maxime aequivocum.

Vincimus confortando, si timidum prohibe pium deos colere, inhumanum nolumus suis | s Pro naturae inclinatione quemque rapimus. Qu ducere, non ad | capita et angulos, sed in rotun

Plus vincit cautus adulator quam verus ami

> Chi mette il piè su l'amorosa pania e

Crates Thebanus dixit 'remedium amoris fa sufficit, tempus; si hoc | non sufficit, laqueus.'

Dove l'amor Venereo spinge più gaglard .... pero........... | .... l'armi et amori: e che la cupidità del oro ne gl'animi generosi .. fece Menelao ...... o Agamen. S il M...o che d

> Ne distanza di loco ne di tempo
> altra affettione
> Ne .... alcuna che la morte
> Ne passion di corpo ne diggiuno
> Ne esser voto o pieno ne per forte
> altrove affaticarmi

Palladis Cup.
Martis phantas.
Veneris auri Cupid.
Cupidinis ....
Vincula — Saturni Malefici necro

8 querenti *Br* 18 *Opp. ital. p. 640, 9* 19. 20

IORDANI BRVNI NOLANI 87r

DE VINCVLIS IN GENERE.

Ut eum qui vincire debet necessarium est rerum quodammodo universalem rationem habere, ut hominem (qui epilogus quidam omnium est) valeat alligare, quandoquidem, ut alibi diximus, in hac potissimum specie rerum omnium species maxime per numeros licet intueri, ut eorum alii referuntur ad pisces, alii ad aves, ad serpentes, alii ad reptilia, tum secundum genus, tum secundum eorum species. Singulis item horum accidit diversitas usus, consuetudinis, finis, inclinationis, complexionis, aetatis; atque ita ut de Proteo fingunt atque Acheloo, eandem licet subiectam materiam in varias formas atque figuras transmigrantem, ut continue ad vinciendum aliis atque aliis et nodorum utendum sit speciebus. Huc spectat quod consideratio de moribus hominum, nunc iuvenum, nunc senum, nunc mediorum, nobilium, divitum, potentium, fortunatorum, quibus adde mores invidorum, ambitiosorum, mili-

---

1 *in margine c' è un monogramma* (B *in* G, *secondo il Noroff*) *in M* 3 Ut *da cancellare* 6 alibi] *per es. sopra p. 261, 11 sqq.*; *cf. De Minim. p. 207, 13 sqq. De Monad. I, 119 sqq.* (*p. 327 sq. Fior.*). *Opp. ital. p. 411, 9. 662, 27 sqq. Lag.* 12. 15 *cf. p. 647, 6 13* 12 Protheo *M* 13. 14 *o* transmigrare *o è omessa qualche parola* 15 *da cancellare* quod ?

tum, mercatorum et id genus aliorun in reipub. administrationem plerisque muntur, vel talibus etiam opus sit medi quos propterea vincire sibi etiam oport esse videtur, quod a civili speculatione considerationis (quatenus vel vinciunt vincula quaedam sunt vel horum circ esse alienum. Quapropter adiecimus han quae De vinculo in genere intitulatı

6 consyderationis *M*

DE VINCIENTE IN GENERE.

Artic. I. Vincientum species.

Vincientia per universum sunt Deus, Daemon, Animus, Animal, Natura, Sors et Fortuna, tandem Fatum. Hoc universaliter vinciens, quod uno non potest nomine designari, non ligat sub specie et sensu corporis; corpus enim per se sensum non pulsat, sed per vim quandam in corpore existentem et a corpore prodeuntem. Manus ergo vinciens metaphorico nomine appellatur, quae multiplici ad vinciendum praeparatione deflectitur et inclinat.

Effectus vincientis. Art. II.

Hic est quem vinciendo aiunt Platonici mentem idearum ordine decorare; animum rationum serie numerosisque discursibus implere; naturam variis foecundare seminibus; materiam innumerabilibus conditionibus informare; omnia vivificare, lenire, mulcere, excitare; omnia ordinare, procreare, regere, allicere, incendere; omnia movere, aperire, illuminare, purgare, gratificare, complere.

Vt arte vinciat. Art. III.

Vincit arte artifex, quandoquidem ars est artificis pulchritudo. Nimirum ut attonitus et stupidus videbit quispiam artificialium et naturalium pulchritudinem, qui una ingenium, quo universa sunt effecta, minime contemplatur

---

8.10 *p. 643, 17-21* 12.18 *p. 639, 30-32. 642, 31-643, 4; cf. p. 684, 17 sqq.*
10 *e* 14 preparatione *e* faecundare *M* 17 alligere *M* 20. p. 656, 3 *p. 646, 4-8*

et admiratur. Illi 'stellae non enarrant gloriam Dei'; item non magis Deum, quam Dei effectus (bruta nempe anima) exosculabitur etc.

Ut pluribus hominem vinciat. Artic. IV.

Ex his quae vinciunt plurima nimirum vinciunt homines quam bruta, plura item magis vegeti ingenii quam stupidiores, utpote qui pluribus abundant facultatibus atque potentiis, ad plures respiciunt partes, circumstantias atque fines, pluribus consequenter aguntur appetitibus.

Ut sensus est leno vincienti. Art. V.

Hominem stupidum rara et impetu naturali excitata vincit libido, paucis speciebus definitur cibus atque crassis. Hunc non eloquium mulcet, non veneres pelliciunt, non musica, non pictura, non caetera naturae lenocinia.

Quare uno non expleat vinculo. Art. VI.

Pluribus ideo vincior, plures ideo sentio vincientes, quia diversi sunt pulchritudinis gradus atque disiuncti. Hinc una me hic, alia me alii urunt et vinciunt ratione. Quod si omnis ratio in unum aggregaretur, forte pro omnibus et ex omnibus placeret unus. Id vero hactenus minime natura passa est, ut varia pulchritudinis, iocunditatis, bonitatis, contrariorum et diversorum ab his affectuum vincula spargeret, et iuxta partium materiae numeros distincte promeret atque seiunctim. Accidit vero ut quidam uno tantum obiecto teneatur interdum, vel propter sensus

---

1 stellae M^b: caeli *sopra p. 646, 6 (Psalm. 18, 2)* 5. 9 ***p. 644, 9-11***
5 *l.* plura 16. 20 *p. 647, 20-24* 21 varius M^b: varias M^f

stupiditatem, qui ad reliquos ordines est caecus et remissus, vel propter vinculi unius vehementiam, quae sic unice affligat atque torqueat, ut inde aliorum sensus lentescat, obruatur, supprimatur. Hoc vero raro et in paucis accidit et est mirabile, ut in quibusdam, qui spe vitae aeternae et quadam vivacitate fidei vel credulitatis ita animo abrepti visi sunt et a corpore quodammodo distracti, et obiecto, cui phantasiae et opinionis virtute devincti erant, vehementius astringente, horribiles cruciatus ne sentire quidem visi sunt, ut in Anaxarcho philosopho et Andrea Galilaeo, in Laurentio presbytero et aliis usque ad nostram aetatem pro religionis specie in principes et reges sicariis est manifestum; cum ratione vero in Cynico Diogene et Epicuro, quibus hac ratione animo rerum contemptu et specie opinionis secundum principia naturalia et ordines devincto, sensum voluptatum et dolorum omnium abigebant; ...que summum huius vitae pro conditione humanae speciei bonum se assequutos esse censebant, ubi animum extra dolorem, timorem, iram tristesque alios affectus positum in quadam heroica voluptate servarent, et rerum ignobilium quae sunt in hac vita, nempe temporanearum, contemptu Deorum se similem vitam in hoc etiam mortali corpore consequutos testabantur, itaque summum bonum et eximiam virtutem cum aliis ostendisse, tum ipsos putarunt se esse consequutos.

Quid genius conferat vincienti. Art. VII.

Sunt qui dicant vincientem genii superioritate alium vincire et ab alio non revinciri, comparis vero ingenii esse

7. 10 et obiecto—sunt] *sic M* 10 *cf. sopra p. 101, 3 sqq.* 12 sicarios *M* 14 *forse* qui 16 ...que] subque *M*[b] : *forse* itaque

reciprocum vinculum et in quodam qualitatis ordine consistere. | Atqui iuxta horum sententiam genium sequeretur 88
continue mutari et alterari, sicut formae, complexiones et species alterantur, quia quem puer vincit, iuvenis non item vincit; quem vinciebat puella, eadem matrona non vincit. Non ergo ad unum principium referendum est et simplex, quod aliquid compositum et in sua natura varium atque etiam ex contrariis consistens vinciatur.

Quem facilius vinciat. Art. VIII.

Homo potissimum vincitur, qui verius homo est, specie dignissimorum, qui longe placet amplius dignissima sperare quam possidere vilia: horum quippe possessione facile stomachamur; quaecunque non facile possidemus, ardentius deperimus.

Ut idem eodem contrariis alligat. Art. IX.

Confusa et quodammodo etiam contraria videntur esse vincientia ab eodem etiam vincientis genere, ubi contrarii vinculorum effectus et affectus inspiciuntur. Quem enim (verbi gratia) Cupidinis vincula invaserint, uno eodemque igne atque laquei sensu videbitur cogi ad exclamandum et tacendum, laetitiam tristitiam, spem et desperationem, timorem et audaciam, iram et mansuetudinem, fletum et risum; unde illud

> Io che porto d'amor l'alto vessillo
> Gelate ho speme e li desir cocenti,
> A un tempo agghiaccio e tremo, ardo e sfavillo,
> E muto colmo il ciel de strida ardenti.

---

4 alternantur *M*[f] 10 potiss. *M* 11 qui] *l.* cui 24. p. 659, 4 *Opp. ital. p. 633, 26-33 Lag.* 25 e] ę *M* 26. *e* p. 658, 1. 2. 3. 4 e] *solita abbreviazione* (et) *M*

Dal cuor scintille e da gli occhi acqua stillo,
E vivo e muoio, e fo risa e lamenti;
Ho vive l'acqui e l'incendio nò more,
Che han Theti a gli occhi e ha Vulcano al cuore.

Non uno vinculo vincit vinciens diversa. Art. X.

Nihil absolute pulchrum quod vinciat tanquam iocundum, nihil absolute bonum quod alliciat tanquam utile, nihil absolute magnum si finitum est. In pulchritudine enim respice ut simius simiae, equus equae placeat, ne Venus quidem aliae ab homine et heroum speciei. In bono respice ut ex contrariis sunt universa, ut aliis animantum bona sunt sub undis, aliis in arido; hiis in montibus, illis in campo; quibusdam in profundo, aliis in sublimi.

Qui vinciat. Art. XI.

Vincire ergo novit, qui universi rationem habet vel saltem rei particularis vinciendae naturam, dispositionem, inclinationem, habitum, usum, finem.

Non est unus qui omne vinciat particularis. Art. XII.

Id quod absolute pulchrum et bonum et magnum et verum absolute vincit affectum, intellectum et omne. Item nihil perdit, omnia continet, omnia desiderat, desideratur et persequitur a pluribus, quod diverso vinculorum genere viget; ideo pluribus artibus abundare ambimus, siquidem non est quod fastidiat esse in universali atque simpliciter, sed hoc et huiusmodi, illud et eiusmodi. Cum ergo nullum

---

1 scintille *poco chiaro in* M^f 2 muoio *Er. Fur.*: m.... *M* 3 nò] *sic M* 4 *sic M* 6. 7 *cf. p. 637, 7 sqq.* 9 *cf. Lamp. trig. stat. p. 86, 3. De Minim. p. 191, 30. Cant. Circ. p. 199, 10 (Imbr.)* 10 aliae] *cf. sopra a p. 175, 10* 15. 17 *p. 638, 1-2* 17 usum, finem] *sic* M^b 19. p. 660, 14 *cf. p. 638, 4-17*

particulare atque absolute pulchrum, bonum, verum etc., non solum supra genus, sed neque in genere neque in specie aliqua nihil est quod simpliciter vincire per eosdem gradus possit, nihilominus tamen appetitus pulchri, boni etc. est in omnibus; omnia enim appetunt esse absolute et ex omni parte pulchra, iuxta propriae speciei et generis conditionem saltem. Alia enim pulchritudo et bonitas est unius speciei, alia alterius; in alia quidem unum contrariorum, in alia alterum dominatur. Totam quoque pulchritudinem | et bonitatem speciei unius non nisi in tota specie 88^v et per totam aeternitatem per omnia individua atque sigillatim est petendum. Hoc testatus est Zeuxis in pulchritudine humana, qui Helenam de pluribus Crotoniatis virginibus depinxit. Quin imo si dari esset puellam ex omni parte pulchram seu ex toto, quî fieri potest, ut omnimodo et omnibus modis pulchrum afferre possit, quandoquidem innumerabiles sunt pulchritudinis corporalis in muliebri specie differentiae, e quibus non nisi unae in uno subiecto possunt reperiri? Pulchritudo enim, sive in quadam symmetria consistat sive in alio quodam quod incorporeum corporea in natura cernitur ipsum, multiplex est et innumerabilibus proveniens ordinibus; ideo quemadmodum lapidis asperitas non cum cuiuslibet lapidis asperitate quadrat, concurrit, cohaeret, sed ubi respondentes sunt magis sinus atque cavitates, ita non quaelibet species in quolibet animo sedebit. Diversa igitur individua a diversis vinciuntur obiectis; etsi quippe idem sit quod vinciat Socratem atque Platonem, aliter tamen hunc vin-

12 Zeuxes (*sic*) M^b: Zeusius M^f (?) 13 Crotoniatis] ***così anche Br p. 638, 17*** 14 Quin] Cum M^b dare M 19 possint M^b **19. p. 661, 2** *cf. p. 638, 18-25* 20 simmetria M

ciet atque illum; alia multitudinem, alia paucos movent; alia mares et viriles, alia foeminas et muliebres.

Varia vincientis instrumenta. Art. XIII.

Dispersit, distinxit et quodammodo disseminavit natura pulchritudinis, bonitatis, veritatis et dignitatis obiecta; ideo plures pluribus rationibus et pro diverso fine vincire possunt. Vincit fitque amabilis bonus agricola, alia ratione coquus, alia miles, alia musicus, alia pictor, philosophus, puer, puella haec quod bene incedat, illa quod melius loquatur. Ex his nemo est qui solus habeat omnia atque omnimode; sed qui ad plurima secundum species atque modos inveniatur habilis atque felix, ille vinciet plures, pluribus dominabitur et per plures de omnibus in sua specie triumphabit.

Vincientis commoda Art. XIV.

Ut diversa sunt tempora, diversae occasiones, et diversi subeunt affectus, neque una eademque mensura; ita neque est aliquid unum atque simplex et eiusdem quantitatis et qualitatis, quod omnibus placere aeque possit, aeque omnes explere, quinimo vel singulos, vel diversis temporibus unum, sicut nec idem cibus nec eadem cibi mensura atque qualitas. Idem iudicium est de omnibus, quibus vincitur appetitus.

Vincientum differentiae. Art. XV.

Et sunt quae vinciunt secundum se, et sunt quae vinciunt per aliquid sui quod est vel pars vel quantitas,

---

4. 22 *cf. p. 638, 26-639, 5* 10 omnia] animo *M*[b]

et sunt quae vinciunt alterius ratione, cui adsint, subministrent, vel ad quod disponant, sicut et formosum aedificium ex informibus partibus consurgit.

Vincientis varia facultas. Art. XVI.

Multa sunt quae, cum pulchra existant, tanquam bona tamen nos vinciunt, ut equus, navis, domus, statua, canis et avis. Homo vero pulcher non vincit ut bonus habeatur, bonus etiam non vincit ut pulcher existimetur; accidente enim quodam fit, ut cum pulchritudine sit facinus et error. Da quippe pulchram et pauperem: magis sollicitatur, facilius donis allicitur. Diversa diversorum, contraria contrariorum et similium similis est ratio.

Vincientis sedes. Art. XVII.

Putant nonnulli parum distinguentes, ut Platonici, illud quod vincit esse rei speciem, quae a re | ad animam 89r
proficiscitur, a re subiecta tamen non recedit, sicut ignis qui communicans suam speciem non attenuatur, sicut imago quae in subiecto primo, inde in speculo, in intermedio et in oculis. Atqui profundius considerantes invenimus, esse quidem in corpore et quodam sensibili vinculi consistentiam, sed, sicut anima, cuius conditionem animae virtus consequitur, nullam habet definitam in corpore partem. Etsi quippe vulnus amoris sit ab oculis vel ab ore vel a colore, non tamen in illis simpliciter vel ab illis inveniri vel provenire videbitur, quando oculi per se seorsimque conspecti non habent eandem vim, quam a collatione cum reliquis partibus faciei. Simile iudicium est de ore, de naso,

---

1 *cf. p. 639, 11* 5. 12 *p. 648, 3-11* 14. 19 *p. 640, 22-25* 19 *sqq. cf. p. 640, 26 sqq. 686, 26 sqq.* 19 consyderantes *M* 21 cuius] huius *M*

simile de colore, qualis etiam in pyxide pictoris non placebit. Indefinita ergo et incircumscriptibilis omnino est ratio pulchritudinis, et a simili ratio iocundi atque boni. Proinde non tota vinculi ratio in re subiecta perspicienda est, sed etiam, secundum alteram non minus praecipuam partem, in eo quod vincitur; nihilo enim mutata cibi qualitate atque substantia, nunc post refectionem reiicitur, qui paulo ante avide sumebatur. Cupidinis vincula, quae ante coitum intensa erant, modico seminis iactu sunt remissa et ignes temperati, obiecto pulchro nihilominus eodem permanente. Non tota igitur vinculi ratio ad illud est referenda.

Praeparationes vincientis. Artic. XVIII.

Vinciens tribus dicitur praeparari ad ligandum: ordine, modo et specie. Ordo partium dat intervalla, modus definit quantitatem, species figuris, lineamentis et coloribus significatur. Sicut in vocis vinculo ordo consistit in ascensu et descensu per grave, acutum et media; modus in debitis tertiis, quartis, quintis, sextis etc., tonis et semitonis progressione; species in canoritate, suavitate, claritate. Proportionalia sunt tribus hisce in omnibus sive compositis sive simplicibus, ubi praeparatio est ad vinciendum.

Diversitas praeparationum. Artic. XIX.

Pro vinculis alia est praeparatio ex signis et vestigiis animi concinnitatem indicantibus tantum, et per ipsam movetur animus ad animalem tantummodo fruitionem persequendam, ut illi adhaereat et uniatur, gratia vero praeparationem habens in corporis et huiuscemodi nempe

---

1 pixide *M* 13. 21 *p. 643, 7-14* 23. p. 664, 11 *cf. p. 645, 24-31*

membrorum dispositione, vel quae est ex habitibus, qui circa corpus sunt, animum corporali appiscendae fruitioni alligat; ubi vero praeparatio fuerit in utroque, ad utramque vehementius fruitionem impellet, seu ab utroque attrahet principio. Porro sunt qui ita ab animo vinciuntur, ut corpus ipsum, quod illius vas est, etiam concupiscant. Pauci item animo magis incumbunt, ut quamlibet etiam corporalem speciem absque animi praeparatione etiam despiciant, ut fama est de Socrate, qui venustum puellum effari primo praecipiebat, antequam de suo erga illum amore definiret.

Vincientis conditio. Art. XX.

Magnificant assentatores modicas virtutes, attenuant vitia, excusant mendas, referunt in virtutes facinora, et caute ita agunt ne propriam detegant assentationis artem. Itaque non admodum astutos sibi devinciunt, per hoc quod cuicumque amari et honorari maxime placet atque iuvat, nec non vincire quenquam posse praedominantis cuiusdam est virtutis.

Ut vinciens vincitur. Art. XXI. 89'

Gaudium et gloria quaedam est vincientis, eaque maxima atque tanto vehementior, quanto generosius, laudabilius et praestantius est quod vincitur; eo in gaudio eaque in gloria est sita vinculi vis, qua et vinciens ipse a vincto revinciatur. Victores laudando suos victos victoriam suam efferunt, et interdum seque etiam nedum alios decipiunt,

---

2 appiciscendae *M*; *ma cf. sopra p. 17, 2. 156, 19* 3 ad utranque *M* 13. 19 *p. 647, 25-29* 21. p. 665, 4 *cf. p. 647, 30-648, 2* 22 quando, *a quel che sembra*, *M* 24 à victo *M*

et in cupidine et aliis civilibus vinculorum effectibus. Ultra modum vile oportet esse ingenium, quod laudatum et egregium amantem, seu alia ratione sibi ex animo devinctum, ingrato non vicissim persequatur animo.

Vincientis distinctio. Art. XXII.

Est vincientis species qua digni, pulchri et boni fieri volumus, et est species qua bono, pulchro et digno potiri concupiscimus. Primum vincientis genus est ab obiecto quo caremus, secundum ab eo quod habemus magis. Ex his vincit non solum bonum, sed et opinio boni; ubique tamen vinculum cum quadam proportione et accommodatione semper est. Plures quoque vincit phantasia et opinio, quam ratio; quin immo intensius illa quam ista. Multi quippe, quia sine ratione amant, quamvis non sine causa ament impellente, vinciuntur quidem, sed unde vinciantur ignorant.

Vincientis caecitas. Art. XXIII.

Occulta etiam maxima ex parte etiam sapientibus vinculorum est ratio; quid enim magni est referre rationem analogiae, similitudinis, congeneitatis et id genus vocum sine sensu, quando hominem videmus nihil odisse magis quam alterum hominem, eumque consortem atque simillimum, interdum quoque nihil amare magis, idque ex ignota causa? Quae enim generalis affertur ratio, nulla est omnino, ut solutio quaedam est et apathia inter ea quae eiusdem generis et speciei, ut foeminam et foeminam, marem et foeminam; quibus adde conditiones viri, senis, pueri.

---

4 *o* **[in]grato non** *o* **ingrato [non];** *cf. p. 648, 1 sq.* **6. 15** *cf. p. 650, 15-21* ***651, 5 sq. 651, 28-31*** **13 intentius** ***M*** **25. 26 faeminam,** *come suole, M*

Quid dices de amore eorum, quorum solummodo est auditus, qui devotionis nomine vulgo describitur? An non homo supernis et immaterialibus, imo imaginariis et non repertis summopere devincitur? Mitto speciem virtutis vinculorum referre per species, potissimum vero eam, quae est per incantationem. Nec est quod dicit quisquam vinculi vim esse a bono magis, quam vincire possit boni opinio; quin etiam ab evidenti magis, quam ab occulta causa. Et diximus supra ut diversae sunt bonorum differentiae atque species.

Vincientis industria. Art. XXIV.

Quemadmodum ignorantes plus a cauto vincimur adulatore, quam ab amico vero, ita artificiose formantur et confortantur vincula et vincientis efficacia, si timidum ille prohibeat militare, vesane impium deos colere, inhumanum propriis inservire commoditatibus, et illuc quo res inclinant magis afflare, quemadmodum qui cylindrum sibi vult arripere, non per capita et angulos, sed per suam rotundam superficiem obvertit.

Arma vincientis. Art. XXV.

Vincientis arma triplicia sunt. Prima in ipso, et haec sunt duplicia: essentialia seu naturalia, nempe quae sunt ex natura speciei; et accidentalia seu adiuncta, nempe quae naturam speciei consequuntur, cuiusmodi sunt sagacitas, sapientia et ars. Quaedam | sunt circa ipsum, ut sors, fortuna, casus, occursum et incursionem facientia; quaedam super ipsum, ut fatum, natura et favor divûm.

---

12. 19 *cf. p. 652, 13-17*   13 * * * * * * formantur *M*[1]   17 cilyndrum *M*

Vincientis vices. Art. XXVI.

Proportionale est in omni vinciendi actu, quod in cibo et coitu continue experimur. Trahimur enim et vincimur horum desiderio et amore, sed non eorundem semper, eodem modo, eademque mensura, iisdemque temporis vicissitudinibus; cum tempore enim fluit et praecipitatur complexio, et omnia quae complexionem consequantur. Ideo provide et praematurato consilio vinciendi tempus praecognoscendum est, velocissime praesens praesenti utendum, ut vincire potens quamprimum vinciat et stringat.

Vincientis oculi. Art. XXVII.

Ut subtilia sunt vincula, ut pene insensibile est quod vincitur atque profundum, quod leviter tanquam a superficie liceat examinare, quod item per momenta transformabile, non aliter ad vincientem se habens, quam Thetis ad Pelei concubitus evitandos, respicere debet mutationis ordinem et potentiam subsequentis formae sub praecedente. Quamvis enim materia ad innumerabiles indefinita sit formas, a praesenti tamen forma non aequaliter distat ab omnibus, sed ex his una tantummodo est potissime succedens, alia vero plurium mediorum interiectione, alia pauciorum, quaedam vero omnium elongata consistit. Itaque sicut formam chyli immediate consequitur forma sanguinis, ita indignationis vinculo succedunt irae, irae vero vinculis succurrunt vincula tristitiae, ut facile bilis flava transit in atram. Dispositione igitur perspecta et praesenti

---

1 *e* 5 vicis *e* temporum *M*[f] 2. p. 668, 4 *cf. p. 646, 31-647, 13*
9 *sic M*: *f.* [praesens] ? 10 * * * stringat *M*[1] 15 *sqq. cf. sopra p. 91 sqq.* 18 indefinitas *M*[f]

qualitate subiectum afficiente, Thetidi certam migraverit formam, Peleo praec parata sunt vincula, non ignoranti aliter leonem, aliter aprum esse vinciendum.

Vincientis lenocinia. Art. XXVIII.

Non ligat vincibile vinciens, sicut mam arcem expugnat dux facile, nisi proditore vel alio quocunque pacto cons cumbente vel utcunque tractabili min: sicut in specie non vincit Venus nequ facile, ubi inania sunt vasa, turbatus spii sed produnt arcem intumescentia vasa, tr mens quieta, corpus otiosum, quorum cus vicibus observatis repente audendum, vi omnibus agendum, non cessandum. Ha vinciendi actibus observandum.

Vincientis scala. Art. XXIX.

Vinciens non unit sibi animam, rapit, nisi vinctam; non vincit, nisi illi se copulatur, nisi ad eam pervenerit; non p motum; non movetur, nisi per appulsum; postquam inclinaverit vel declinaverit a clinat, nisi desideraverit et appetierit; i cognoverit; non cognovit, nisi oculis et a sensus obtutibus obiectum specie vel sin adfuerit. Pervenire igitur facit vincula p genere, nectit vincula per affectum in ge

---

10 *sqq. cf. p. 637, 17 sqq.* 11 anxia = *ital.* '

18 p. 669, 16 *cf. p. 641, 25-642, 14* 26 ad fuerit *M*

dico in genere, quia nescitur interdum quo sensu rapiatur; affectum dico in genere, quia nec iste facile interdum definitur.

Portae per quas vinciens adoritur. Art. XXX. 90v

Tres sunt portae per quas audet animarum venator ligare: visus, auditus et mens seu imaginatio. Quod si contingat per omnes illum intrare portas, potentissime vincit arctissimeque obligat. Per portam auditus ingreditur armatus voce et sermone filio vocis; per portam visus ingreditur armatus forma, gestu et motu figuraque convenienti; per portam imaginationis, mentis, rationis ingreditur per mores et artes. Inde facta primum invectione, secundo copulatione, tertio ligatione, quarto fiet attractio. Per omnes sensus occurrit vinctum vincienti, adeo usque perfecta obligatione facta, ut hoc in totum illud immigret vel immigrare concupiscat, ubi de concupiscentiae vinculo agitur; sunt quippe etiam ingrata vincula proportionalia his, de quibus in his quae de vinculo naturali proferemus, qualibus bufo trahit mustelam spiritus quadam vi occulta, gallus voce rumpit leonem, mugil tactu sistit navim, energumenus phantasia ebibit daemonem, humor melancholicus et ventosus ut magnes se habet ad incubum.

Habet ergo campus iste vincientis intentiones triginta, nempe a

Specie	1
Effectu	2
Arte	3

5 audet ligatur *M*[1] 6 * * * * * visus *M*[1] 15 ut] ut totum *M*[1] immigrari *M* 16. 22 *cf. p. 641, 21-24* 18 Bufo (*cf. p. 350, 14*) *M*: bubo *Br l. c.* 19 gallus *etc.*] *cf. Cant. Circ. p. 202, 16 Imbr.*

15 Preparatione *M* 26 Schala *M*

DE VINCIBILIBVS IN GENERE. **91r**

Species vincibilis. Articulus I.

Circa Deum seu naturam universalem seu bonum universum seu pulchrum absolute, quod est centrum magni mundi, quatuor sunt convertibilia, ita ut ab ipso, ni velint adnihilari, nequeant recedere, nec magis ipsum nequeant destituere, quam proprium quaeque circumferentia centrum; quatuor (inquam) in circulum mobilia circa proprium vincientem, ita ut in eodem ordine perpetuo consistant. Platonicis sunt mens, anima, natura, materia; mens per se stabilis, anima per se mobilis, natura partim stabilis partim mobilis, materia ex toto mobilis et ex toto stabilis.

Vincibilis conditio. Artic. II.

Nihil vincitur nisi aptissime praeparatum, quia fulgor ille non eodem rebus omnibus communicatur modo.

Vincibilis forma. Artic. III.

Omnia quae vinciuntur aliquo pacto sentiunt, in cuius sensus substantia inspicere est certam cognitionis et certam appetitus speciem; non aliter magnes secundum genus attrahit et impedit. Vincire ergo volens debet aliquo modo sensum ingerere in illud quod est vincibile; ita quippe vinculum sequitur rei sensum, sicut umbra corpus.

Vincibilium comparatio. Art. IV.

Considera ut homines plus vinciuntur quam bestiae, et homines bestiales atque stupidi ad heroica vincula minime

---

1. 12 *p. 639, 17-27*   14. 15 *p. 643, 5 sq.*   17. 22 *p. 643, 33-644, 2*
25 minimè *M*: *l.* minus

sunt apti, quam hi qui clariorem animam sunt adepti. Quod vero ad naturalia vincula attinet, his magis subiicitur vulgus quam philosophus, unde et sapientes astris dominari est in proverbio. Quod vero attinet ad vincula medii generis, habet generatio helluonum ut continentiam iactet, generatio vero libidinosorum sobrietatem.

Vincibilium distinctio. Art. V.

Ex eo quod proxime dictum est, considerare licet ut intensio unius vinculi reddat alia vinculi specie minus vincibile seu remissius. Idcirco Germanus minus sollicitatur ad Venerem, Italus minus ad crapulam; Hispanus magis pronus est ad amorem, Gallus ad iram.

Vincibilis semen seu fomes. Art. VI.

Vincitur maxime aliquid, quando aliquid sui est in vinciente, vel ideo quia per aliquid sui vinciens imperat illi. Hinc necromantici (ut uno in genere demonstrem) per ungues et capillos vivorum, quin imo et per vestium partes et vestigia, in universum corpus exercere confidunt imperium; per ossa item et quascunque mortuorum partes manes evocant. Unde non temere sepulturas maxime curabant, rogos praeposuerunt et insepultum relinquere inter fera supplicia computabant. Rhetores arte benevolentiam captant, ideo ut aliquid sui auditores et iudex habeat in ipso.

Vincibilis tempus. Art. VII.

Pro aetatis atque temporis varietate varie unum idemque fit vincibile, et varia sunt ad unum idemque vincu-

---

2 subjcitur *M*   5 *cf. p. 646, 11*   14. 22 *p. 644, 27-645, 2*   16 Necromanticis *M*   21 proposuerunt M^b 23 *f.* ipsis?

lum non uno modo disposita, neque ex eodem pariter composita redduntur. Hinc adverte ut qui iunior extiterit et facilis, vir est constantior et prudentior, senex suspiciosior magis et morosus, decrepitus contemnit et fastidit.

Vincibilium differentia. Art. VIII.

Unde vincire volenti animadvertendum est, ut vincibilium quaedam magis natura, quaedam ma|gis iudicio seu **91v** prudentia, quaedam magis usu et consuetudine agantur; ut solers primos per vincula ex naturalibus comparata, secundos ex rationibus et demonstrationibus, signis et argumentis, tertios ex propinquis et necessariis obliget et astringat.

Vincibilis aversio. Artic. IX.

Quoniam magis uni obiecto vincitur animus, quo magis ab aliis abstrahitur et relaxatur, ideo vincibile ad unum definire volenti operae precium est, ut eum in negotiis aliisque rebus torpentem, vel magis ab earum sollicitudine abductum reddat; iocundior quippe operatio iocundam alteram excludit, animus auribus intentus remittit oculos, attentius respiciens obsurdescit, vehementius gaudentes ob unam causam vel tristes non valde aliud agimus, desidiosi vel cessamus vel retardamur ab opere; hoc est abstrahi, trahi, teneri, vinciri. Hinc rhetor per risum, per invidiam et alios affectus solvit ab amore, vincit odio vel contemptui vel indignationi.

---

2 extiteris *M*[b] 14.23 *cf. p. 648, 15-19* 23 trahi *in marg. (con richiamo) M*

Vincibilium numerus. Art. X.

Contemplativi a sensibilium specierum aspectu divinis vinciuntur, voluptuosi per visum ad tangendi copiam descendunt, ethici in conversandi oblectationem trahuntur; primi heroici habentur, secundi naturales, tertii rationales; primi altiores, secundi inferiores, tertii medii; primi dicuntur aethere digni, secundi vita, tertii sensu; primi ascendunt ad Deum, secundi haerent corporibus, tertii ab altero extremorum recedunt, alteri appropinquant.

Vincibilis motus. Art. XI.

In rebus compositis et variabilibus, et omnino in omnibus quae novitatem naturae et dispositionis subeant, cuiusmodi est anima et spiritus, qui vices varias per corpora et corporum motiones assumunt (quamvis utraque substantia in sua simplicitate constantissima sit et aeterna, ex privatione habet appetitum, ex appetitu appulsum, ex appulsu motum, ex motu solutionem). Inde nullum vinculum est aeternum, sed vicissitudines sunt carceris et libertatis, vinculi et solutionis a vinculo, vel potius demigratio ab una ad aliam vinculi speciem. Idque ut naturale est et aeternam rerum conditionem antecedit, concomitatur atque consequitur, ita natura varietate et motu vincit, et ars naturae aemulatrix vincula multiplicat, variat, diversificat, ordinat et successiva quadam serie componit. Status quoque usque adeo a rebus abhorret, ut interdum etiam in vetitum nitamur magis et eius desiderio amplius afficiamur.

---

2. 9 *cf. p. 642, 15-21. 650, 26-30* 3 copiam] *sic M*: concupiam (*cioè* concupiscentiam) *Br nei luoghi citati* 11 *sqq. manca per anacolutia la proposizione principale* 25. 26 *cf.* **p.** *651, 12. Ovid. Amor. 3, 4, 17*

A vinculis enim solvi ita naturale est appetere, sicut et paulo ante ipsis alligari ultronea et spontanea quadam inclinatione potuimus.

Vincibilis indefinitio. Art. XII.

Quanto ex pluribus constat vincibile, tanto minus ad certa definitum est vincula. Unde voluptas hominum minus determinata est ad unum tum tempus tum individuum tum sexum, quam brutorum; equam pariter forte omnes equi vincire possunt, mulierem vero frequenter omnes viri non ita. Hic gradus et haec indefinitio, sicut est ab homine ab brutum, ita est a vero homine ad brutalem, a magis sensato, qui etiam magis afficitur, ad magis stupidum. Et quod dicitur in uno vinculi genere, ad omnia vinculorum genera atque species referendum.

Vincibilitatis fundamentum. Art. XIII. 92r

Ratio prima qua unumquodque vincibile est, partim est ex eo quod in eo esse quod est sibi praesens appetit servari, partim quod secundum ipsum et in ipso maxime perfici. Hoc est philautia in genere. Ergo si quis philautiam posset in subiecto extinguere, maximopere potens ad quomodolibet vinciendum et exolvendum redderetur. Philautia item accensa, facilius naturalium sibi vinculorum generibus astringuntur omnia.

Vincibilium relatio. Art. XIV.

Contemplari animalium amicitiam et inimicitiam, sympathiam et antipathiam, cognationem et diversitatem, et cir-

---

2 alligatione inclinatione M^1 5 Quando *M* 6. 10 *cf. p. 648, 20-23* 19. 23 *cf. p. 652, 6 sq.* 25 *l.* contemplare

cumstantias horum; et subeat in humana specie particularia et individua sigillatim, singulas et per universum omnes aliorum animalium primo, deinde omnium rerum aliarum species ordine quodam et analogia referre, ut quam tibi vinculorum diversitate opus sit atque commodo coniicias.

Vincibilium materiae diversitas. Art. XV.

Etsi vincibile omne compositum sit quodammodo, aliud tamen simplex dicitur, aliud multiplex seu compactum, aliud simplicius, aliud permixtum magis. Hinc est quod alia pure vinciuntur alia impure, et vincula alia pura sunt alia impura, ut voluptates et dolores alii puri sunt alii impuri alii commixti, ut Epicuro voluptas Veneris impura iudicatur, quia dolorem et inexplebile desiderium (quo corpus totum in totum immigrare contendit in frustra) concomitatur, et tristis eam consequitur lassitudo. Si quae vero essent, in quibus principia nunquam deficiunt, cuiusmodi fortasse sunt astra et magna mundi animalia seu numina, quibus defatigatio ⟨non⟩ accidit, et in quibus effluxio et influxio substantiae aequalis est et eadem, felicissime ipsa sibi in se ipsis sunt devincta.

Qui ergo civiliter vincire concupiat, diversitatem compositionum seu complexionum rimetur oportet, et aliter de heroicis, aliter de ordinariis, aliter de magis brutis ingeniis consulat, definiat atque statuat.

Vincibilium gradus. Art. XVI.

Quemadmodum ad naturales affectus, minus vinciuntur pueri, ratione qua natura in illis incumbit in augmentum,

---

2 singulus *M* 5 *l.* qua 10 *e* 13 permistum *e* commisti *M* 15 in (*la seconda volta*) *da cancellare?* 19 non *om. M* 20. 21 felicissimæ *M* 27 Quemadmodum] *si aspetterebbe* Quod

et maiore alteratione exagitatur, et nutrimentum totum ad augmentum et constitutionem individui convertitur. Item ad XIV annum incipiunt bene vinciri; quamvis enim aetas adhuc ad incrementum tendat, auctio tamen non est aeque velox atque tanta quanta in pueris. Viri autem in consistente aetate, ut maiorem habent seminis genitalis vim, inde magis vinciri posse videntur. Porro iuvenes et adolescentes ea de causa salaciores esse videntur, et quia novitate delectationis longe magis ardent, et quia meatus per quos transit semen sunt angustiores et humiditas cum suaviori resistentia scaturit; unde fit ut venereo pruritu, qui ex tali conflictu enascitur, delectentur et resolvantur magis. In senioribus vero, in quibus vires sunt semimortuae et organa et meatus effoeti et semen non ita exuperat, vincula sunt difficiliora. Proportionaliter se habet omnino in aliis affectibus, qui cum Venere analogiam, oppositionem et consequentiam quandam agnoscunt.

Vincibilium temperamenta. Art. XVII.

Ad indignationem, tristitiam, voluptatem et amorem ex merito temperaturae melancholici vinciuntur magis; ex hoc enim quod magis sunt apprehensivi, et fortius voluptatem imaginantur. | Unde contemplationi et speculationi etiam 92v
sunt aptiores, affectuum in universitate magis et vehementius fluctuant et agitantur. Hinc quod ad Venerem attinet, magis propriam voluptatem finem constituunt, quam speciei propagationem. Istis affines sunt cholerici, quibus minus pruriunt sanguinei. Prae reliquis minus libidinosi sunt phlegmatici, sed magis helluones. Stat tamen quod ad obsequium naturae singuli suas habent partes; vinciuntur

---

21 e 23 *senza interpunzione M* 25 *cf. p. 646, 20*

[illegible] [illegible] [illegible] imaginationis [illegible] [illegible] facilitate et calid phlegmaticorum [illegible] humoris abundantia. c et [illegible] [illegible] [illegible] prurigine et stin

[illegible] Art. XVIII.

Habet in hac consideratione suas etiam partes. Tibias enim habentes graciles et ne[illegible] qui ad Satyros referuntur, nasum habent [illegible], suspiriosi et remissi vultus i[illegible] et licentiam per venereas species magis affe[illegible] placabiles facile, nec illos affectus habent

[illegible] Art. XIX.

Senes ad vincula sunt tum duriores. iuvenes instabiliores et aptiores: medii ver[illegible] et arte vinciuntur.

[illegible] Art. XX.

Mutua gratia parit mutua vincula: scommatibus, in histrionia, in facetia; pe[illegible] alioqui turpis et deformis arte vincit eos modi sunt affecti. Adde quod experti sun[illegible] membrositatis et salacitatis; parta enim puero vel puellae fascinationem iniecit; u[illegible]

Me pulchra fateor carere forma;
Porro me mavult, quam Deus pri[illegible]
Si qua non fatui est puella fundi.

---

2 facultate facilitate M^1 6 consyderation[illegible] 20 opinione ex M^1 21 Partha M 24 *forse* Deos *composit. imag. p. 164, 12*; *cf. Martial. 7, 18, 11*

Proportionaliter vincula sunt, quibus turpes vinciunt ex opinione animositatis, strenuitatis, item eloquentiae, solertiae et aliorum huiusmodi, ut ex uno genere virtutis etiam per aliud genus affectus vincire possint. Non est rara experientia, qua ex opinione virtutis vel actu facundiae turpiores ad Venerem vinciunt viragines.

Vincibilium heterogeneitas. Art. XXI.

